W., 10,000—20/9/98.

Croydon Public Libraries.

CENTRAL REFERENCE LIBRARY.

Accession No. 8666 Class No. 9942

Besides the class topic, other topics treated of in this book are as follows:—

TOPIC NO.	PAGES.	TOPIC NO.	PAGES.

This Volume is presented *by the Lords Commissioners of Her Majesty's Treasury to*_____

and will, in the event of the Library being broken up, be returned to the Controller of Her Majesty's Stationery Office, Westminster.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

BROMLEY LIBRARIES
3 0128 01814 6822

RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

o 53108.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

On the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each Chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

FLORES HISTORIARUM.

FLORES HISTORIARUM.

EDITED

BY

HENRY RICHARDS LUARD, D.D.

FELLOW OF TRINITY COLLEGE AND REGISTRARY
OF THE UNIVERSITY, CAMBRIDGE.

VOL. II.

A.D. 1067–A.D. 1264.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

LONDON:
PRINTED FOR HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,
BY EYRE AND SPOTTISWOODE,
PRINTERS TO THE QUEEN'S MOST EXCELLENT MAJESTY.

And to be purchased, either directly or through any Bookseller, from
EYRE AND SPOTTISWOODE, East Harding Street, Fleet Street, E.C.; or
ADAM AND CHARLES BLACK, 6, North Bridge, Edinburgh; or
HODGES, FIGGIS, & Co., 104, Grafton Street, Dublin.

1890.

BROMLEY PUBLIC LIBRARIES
AL 25
CLASS
L 25
ACC.
01814 6822
[942]

Printed by
EYRE and SPOTTISWOODE, Her Majesty's Printers,
For Her Majesty's Stationery Office.

CROYDON PUB

CONTENTS.

Page

FLORES HISTORIARUM:
1067—1264 - - - - - 1

o 53103

INCIPIT LIBER[1] SECUNDUS.

De coronatione regis Willelmi primi [*Angliæ et ducis Normanniæ*].

Matt. Par. ii. 1.

Anno[2] gratiæ MLXVII°. Dux Normanniæ[3] Willelmus, urbem Londoniarum adiens, in magna exultatione a clero et populo susceptus, et ab omnibus rex acclamatus, Dominicæ Nativitatis die ab Aldredo, Eboracensi archiepiscopo, regni [Angliæ] suscepit diadema. Timuit enim hoc munus consecrationis a Stigando, Cantuariensi archiepiscopo, suscipere, eo quod non legittime occupaverat illius excellentiam dignitatis, licet[4] de jure antiquo ad illam ecclesiam illa sollempnitas spectare comprobetur. Deinde homagiis a magnatibus cum fidelitatis juramento obsidibusque receptis, in regno confirmatus, omnibus, [qui ad regnum aspiraverant, factus est terrori. Civitatibus] quoque dispositis et castellis, propriisque ministris impositis, ad Normanniam cum obsidibus Angliæ et thesauris impreciabilibus navigavit. Quibus incarceratis et sub salva custodia deputatis, ad Angliam denuo remeavit, ubi[5] commilitonibus suis Normannis, qui in bello Hastingensi patriam secum subjugaverant, terras Anglorum et possessiones, ipsis expulsis successive, manu distribuit affluenti, et modicum illud quod eis remanserat, factus jam de rege tirannus, sub jugo detrusit perpetuæ servitutis. Et cum se viderat in sullimi elevatum et

A.D. 1067.

Reception and coronation of William in London.

He goes to Normandy, and then returns, and divides England among his soldiers.

[1] *liber secundus*] pars secunda, E. Ch. E. W. have a picture of the coronation of William.

[2] From this year to 1244, at the beginning of each year in Ch. the original hand has added in the margin a note of the Dominical letter, year of the "Ciclus Decennovalis," and Easter Day. The Bissextile years are marked B.

[3] *Normanniæ*] Normannorum, E.

[4] The passages printed in larger type are not in Matthew Paris. Some of the longer additions in MS. N. (the Rochester Annals) are also in small type. The words and passages in brackets are not in MS.Ch.,and except when otherwise mentioned are from MS. E.

[5] E. ins. cum.

A.D. 1067. in fastu regni confirmatum, in alium virum subito est transmutatus, nobiles terræ, quos avitus sanguis ab antiquo sullimaverat, proth dolor, conculcando. Unde nobiliores de regno indignati, quidam ad regem Scotorum Malcolmum confugerunt, aliique malentes vitam infelicem terminare quam servitutem insolitam subire, loca deserta et nemorosa petentes, ibique vitam feralem ducentes, Normannis cessisse[1] pœnitentes, et dolore vehementi corde intrinsecus tacti, sed[2] sero, quæ poterunt, occultas insidias et dampna paraverunt. Videntes igitur partem suam infirmiorem, et servire renuentes, recesserunt ab Anglia comites generosi, Ædwinus et Morcardus fratres, Mercherus et Welterphus, nobiles, cum episcopis et clericis, et aliis multis, quos longum esset exprimere nominatim; qui omnes ad regem Scotorum Malcolmum fugientes, ab ipso honorifice sunt recepti. Tunc etiam Eadgarus Etheling, de regno Anglorum hæres legitimus, cernens res patriæ undique distrahi et perturbari, ascensa navi, cum Agatha matre sua et sororibus Margareta et Cristina, in Hungariam, ubi natus fuerat, reverti conabatur; sed tempestate suborta, compulsus est in Scotiam applicare. Hac quoque occasione actum est, ut Margareta regi Malcolmo nupta traderetur; cujus vitam laudabilem et mortem preciosam liber specialiter inde editus insinuat evidenter. Soror autem ejus Cristina sanctimonialis benedicitur, cælesti sponso perpetuo copulata. Nati sunt denique reginæ Margaretæ sex filii et duæ filiæ, quorum tres, Eadgarus scilicet, Alexander, et David, juxta generis sui nobilitatem, reges fuerunt; ex quibus regum Angliæ nobilitas, a propriis per Normannos expulsa finibus, ad reges est devoluta Scotorum.

Flight of the English nobles to Scotland and elsewhere.

Cf. Matt. Par. Hist. Anglor. i. 8.

Eadgar Ætheling.

Nota de sancta Margareta regina Scotorum.

Children of Margaret.

Quare Willelmus rex primus Angliæ non fuit coronatus a Cantuariensi archiepiscopo.

Coronation of William by Abp. Aldred.

Consecratus est, inquam,[3] rex Willelmus, et coronatus die nativitatis Dominicæ, feria[4] secunda, [ut dic-

Diceto, Abbrev. Chron. i. 197 (ed Stubbs).

[1] *cessisse*] cescisse, Ch. E.
[2] *sed . . . paraverunt*] recesserunt quo potuerunt, T.; r. q. poterant, W.
[3] *inquam*] om. E.
[4] *feria secunda*] om. E.

Diceto, i. 197.

tum est,] ab Alwredo, Eboracensi archiepiscopo, quia Stigandus Cantuariensis archiepiscopus tanquam scismaticus ab Alexandro papa suspensus erat. Vacabat autem tunc temporis sedes[1] Londoniensis. A.D. 1067.

Abbatia de Bello construitur.

Cf. Matt. Par. ii. 2. Diceto, i. 200.

Rex vero Willelmus, exultans de victoria, dedit laudem Deo, construxitque[2] abbatiam, quam appellavit pro bello ibi commisso Bellum, in qua imperpetuum Deo gloria et laus et gratiarum actio pro victoria optenta solverentur, necnon et pro ibidem mortuis exequiæ a sanctis monachis ibi constitutis cum salutaribus hostiis Deo redderentur, ipsamque ecclesiam, possessionibus et libertatibus dotatam et ditatam, commisit patronatui et tutelæ regum, qui post eum forent in Anglia regnaturi. Foundation of Battle Abbey.

See the charter in the Monasticon, iii. 245.

Ducissa consecratur in reginam.

Diceto, i. 200.

Anno gratiæ MLXVIII°. Matildis uxor regis Willelmi consecratur in reginam die Pentecostes ab Alwredo, Eboracensi archiepiscopo, x.[3] kalend. Aprilis. Hoc Coronation of Matilda.

Matt. Par. ii. 4.

etiam anno, natus est regi Willelmo filius in Anglia, et vocatus est Henricus. Nam primogenitus ejus Willelmus Rufus et Robertus in Normannia nati sunt, antequam pater eorum Angliam sibi subjugaret.[4] William's sons.

Duo filii Swani venerunt in Angliam, ut eam expugnarent.

Id. ii. 5.

Anno gratiæ MLXIX°. Inter duo festa beatæ Mariæ in autumpno, venerunt duo filii Swani de Dacia cum trecentis navibus in Angliam, ut ipsam hostiliter expugnarent, et Willelmum regem vel caperent vel ab Anglia effugarent. Invasion of Swend's sons, [Harold and Cnut].

---

[1] *sedes*] om. A. having *episcopatus* in the margin; ecclesia, N.

[2] *construxitque*] Eodem anno idem rex construxit, E.

[3] *x. kal. Aprilis*] This was Easter Day. It comes from Florence, who has "Post Pascha."

[4] *subjugaret*] subjugaverat, E.; subjugavit, Cl.

A.D. 1069. Quorum adventus cum divulgatus esset, exierunt illis obviam comites et barones et nobiles terræ, oppressi a Normannorum inportabili superbia ; et fœdus ferientes cum ipso, additi sunt exercitui Danorum, ut regem W[illelmum] confunderent. Sed rex Willelmus prudentissimus, videns periculum sibi iminere, humiliavit se illis, compescens elationem suorum Normannorum, et sic revocatis multis Anglorum nobilibus, fœdere cautius cum omnibus confirmato, Eboracum, ubi fuit Danorum receptaculum, potenter cum ibi inventis expugnavit, et multa milia hominum occidit [1] ibidem.[2] Matt. Par. ii. 5.

York taken by William.

Quomodo rex Willelmus, jam securus, factus est de rege tyrannus.

Anno gratiæ MLXX°. Pridie nonas Aprilis, rex W[illelmus], factus jam securior, in multis promissa violavit. Monasteria vero totius Angliæ perscrutari fecit, et pecuniam simul cum cartis, in quarum libertatibus nobiles Angliæ confidebant, et quas rex in arcto positus observaturum se juraverat, ab ecclesiis, ubi in securo deposito jacuerant, auferri præcepit violenter et in ærarium suum deferri. Concilium quoque magnum in octavis Paschæ apud Wintoniam celebravit ecclesia [3] tota Anglicana, rege procurante, ubi multa regnum contingentia mutata sunt. Ibi etiam Stigandus archiepiscopus degradatus est ignominiose, [et [4] Aylmarus frater ejus episcopus Est Angliæ] ; plures quoque episcopi et abbates ibidem depositi sunt. Solus [vero] inter omnes Angliæ prælatos, Egelwinus, Dunelmensis episcopus, videns fratrum injustas oppressiones, condolens et zelum Dei habens, exulavit spontaneus ab Anglia, violentos [5] oppressores vinculo excommunicationis innodavit.

Plunder of the monasteries by William.

Diceto, i. 201.

Council of Winchester.

Degradation of Stigand, and Aylmar bp. of Elmham.

MS. Cl. from Flor. Worc.

Matt. Par. ii. 6.

[1] *occidit*] interfecit, E.

[2] There is an erasure of two and a half lines after this in Ch.

[3] Ch. ins. Anglia. E. om. tota.

[4] *et . . . Est Angliæ*] only in Cl. It is taken from Florence, ii. 5. The person is Ægelmar, bishop of Elmham.

[5] *violentos*] volentes, E.

Stigando vero successit Lamfrancus monachus, vir eleganter litteratus et moribus multimodis ornatus, qui inter cætera magnifica opera librum composuit de sacramento altaris, fidem roborando catholicam. A.D. 1070. Lanfranc.

MS. Cl. partly from Flor. Worc.

[Aylemaro[1] successit Arfastus, regis capellanus ; hic transtulit sedem ad Thifordiam.] See of Elmham transferred to Thetford.

Angli a Normannis repulsi[2] *injuriose* [*et malitiose*] *tractantur.*

Matt. Par. ii. 7.

Anno gratiæ MLXXI°. Lamfrancus, Cadomensis abbas, in archiepiscopum Cantuariensem consecratus est, octavo kalend. Maii. Ipse quoque archiepiscopus L[amfrancus] monachorum ordinem secundum [regulam][3] sancti Benedicti in multis cœnobiis Angliæ [constituit]. Primo vero in ecclesia Cantuariensi, postea in ecclesia sancti Albani, Anglorum prothomartyris, ubi etiam decedente Frethorico abbate substituit Paulum nepotem suum, qui fretus adminiculo avunculi sui ecclesiam restauravit, et ordinem pæne lapsum reformavit. Hoc quoque tempore, cum Angli nimis injuriose tractarentur a Normannis, in Helyensia arundineta[4] et [ad] insulam Thorneie fugientes, ibidem castra refugii facientes, Herewardum in armis strenuissimum sibi ducem præfecerunt. Sed rex W[illelmus], aliquos promissis alliciens, alios terroribus exasperans, alios donis corrumpens, demum omnes copioso exercitu circumvallans, ad suam coegit ditionem remeare. Lanfranc archbishop of Canterbury.

Cf. Matt. Par. Gesta Abbatum, i. 52, 53, and Diceto, i. 215. Paul abbat of St. Alban's.

Cf. Hist. Anglor. i. 15. Hereward.

Rex Willelmus cepit homagium a rege Scotorum.

Diceto, i. 205.

Anno gratiæ MLXXII°. Generale concilium regni Angliæ, de primatu Dorobernensis ecclesiæ super[5] Council to determine the precedency of

[1] *Aylemaro . . . Thifordiam*] from Cl., where "ad Thifordiam" is in the margin.

[2] *repulsi*] expulsi, E.

[3] These words in brackets, which are in E. N., are in the margin in A. Re.

[4] *arundineta*] harundine, Ch. E. Cl. T. W.; harundinem, A. N. Re.

[5] *super*] apud ecclesiam, Cl. in marg.; om. E.

A.D. 1072. Eboracensem, celebratum est, sexto idus Aprilis. Et tandem decretum est, quod præponi habet Cantuariensis et eidem [1] subici per omnia Eboracensis. Rex etiam W[illelmus] Scotiam adiit, et hostiliter invasit, credens aliquos ibidem de hostibus suis indomitis et profugis penes regem vel suos delituisse. Sed cum nullum ibidem reperisset, accepto regis Scotorum homagio, [ad propria] remeavit.

Canterbury over York.

William in Scotland.

Matt. Par. ii. 8.

Hereward. [Hoc tempore fuit Herewardus qui per paludes juxta Ely latuit cum sociis suis.]

MS. Re. from Diceto.

Rex Willelmus Normanniam sibi rebellem subjugavit.

P. Gregory VII. Anno gratiæ MLXXIII°.[2] Pridie kalend. Aprilis obiit Alexander papa, cui successit Hyldebrandus, qui Gregorius vocatus est. Eodem anno, invaserunt monachi sancti Audoeni Johannem archiepiscopum Rothomagensem, missam celebrantem [3] in festivitate ejusdem sancti, cum armata manu virorum. Unde judicatum est in concilio in eadem civitate congregato, præsidente rege Anglorum W[illelmo], monachos hujus criminis reos per abbatias carceribus intrudi. Rex etiam W[illelmus] eodem anno, Anglorum fretus auxilio, in Normanniam, jam sibi rebellem, dominio suo potenter [4] mancipavit. Deinde omnibus pacificatis et bene dispositis, Anglis quoque in plenitudinem dilectionis receptis, in Angliam est reversus.

Southwark Annals.

John archbishop of Rouen attacked by the monks of S. Ouen.

Matt. Par. ii. 11.

[Maine] reduced.

Sacerdotes symoniaci, necnon et uxorati, a papa Gregorio excommunicantur. Beatus Wlstanus in episcopatu suo restituitur.

Removal of married priests by Gregory VII. Anno gratiæ MLXXIV°. Gregorius, qui et Hyldebrandus [dicebatur], celebrata synodo, simoniacos anathematizavit. Sacerdotes uxoratos a divino officio amovit, novo exemplo et, ut multis [5] visum est, inconsiderato præjudicio, contra sanctorum patrum sententiam.

---

[1] *eidem*] ei, E.

[2] Cl. has here "qui sedit in cat. "annos xii., m. i., d. xi., et cessavit an. ii.," instead of after *vocatus est.* See Matt. Par. A. 1074.

[3] *celebrantem*] celebrantes, Ch. N. T.; altered in A. Cl. Re.

[4] *Cenomanniam* is omitted. See note [2], Matt. Par. ii. 11, and Madden's note [1], Hist. Anglor., i. 18.

[5] *laicis* is in the margin in a later hand in Ch.

Abbrev. Chron. iii. 171. Beatus Wlstanus, per Lamfrancum archiepiscopum injuste depositus, miraculose restituitur. Cum baculum pastoralem sepulchro beati Ædwardi infixisset, nullus præter eum a lapide evellere poterat. Papa vero, ut validius uxoratos sacerdotes puniret,[1] et punitos revocaret ab amplexibus illicitis, laicis interdixit ne missas eorum audirent, decimas etiam presbyteris debitas igne jussit concremari. Eodemque anno venerunt ex[2] Dacia in manu forti et hostili Cnuto filius Suani et Hacon comes cum navibus magnis ducentis, sed cito frustratus est conatus eorum per circumspectam prudentiam invictissimi regis W[illelmi]. A.D. 1074. St. Wulstan restored. Matt. Par. ii. 12. Id. ii. 13. Attempt of Cnut and Hakon.

Obiit regina Edhitha. Rex maledixit Roberto filio suo cognomento Curthehewse, quod in fine apparuit.

Anno gratiæ MLXXV°. Obiit Editha regina,[3] nonas Aprilis. Death of Queen Eadgyth.
Id. ii. 14. Rex quoque Willelmus præcepit Weltheofum comitem in Wintonia capite privari. [Eodem anno rex Willelmus
MS. E. Radulpho consuli filiam[4] Willelmi, filii[5] Osberti, nuptui tradidit, et consulatum de Nortfolk et Sutfolk. Iste Radulphus erat de genere Britonum ex parte matris, et pater suus Anglicus fuit. Natus fuit in Nortfolk, et vocabatur Radulphus. Ille autem accepta uxore sua duxit eam apud Nortfolk, ibique habuit nuptias suas, quæ multis hominibus dampno fuerunt. In quibus fuerunt Rogerus[6] consul et Waltheof consul et episcopi et abbates, et consuluerunt expellere regem Willelmum de regno suo. Quod cito regi innotuit qui fuit in Normannia, et postea venit rex in Angliam, et cepit Waltheofum et Rogerum cognatum suum, et misit eos in carcerem. Sed et de ceteris, qui fuerunt ad nuptias, fecit postea judicium.] Conspiracy of Ralph of Wader.

---

[1] *puniret*] punire, MSS.
[2] *ex*] in, E.
[3] Cl. ins. "uxor Sancti Edwardi."
[4] Emma.
[5] *filii*] filio, E.
[6] Roger de Breteuil, E. of Hereford, son of William Fitz-Osbern.

A.D. 1075. Cicely takes the veil at Fécamp. Robert cursed by his father.

Eodem quoque anno, idem rex W[illelmus], die Paschæ, in ecclesia de Fescamp filiam suam Ceciliam Deo consecrandam optulit cum devota sollempnitate. Rex etiam Willelmus eodem [1] anno, quia multotiens eundem ad iram provocaverat, maledixit Roberto filio suo, et a conspectu præsentiæ [2] suæ in [3] mentis amaritudine abegit. Ipse autem Robertus, quantum invaluit paterna maledictio, in fine vitæ suæ manifeste expertus est,[4] cum excæcatus, et incurrens fraternam cum odio persecutionem, in carcere lamentabiliter diem clausit extremum. Matt. Par. ii. 14.

[Per idem tempus Radulfus comes exivit ab Anglia.] MS. Re.

Arnost bishop of Rochester. Condition of Rochester.

[Eodem anno Sywardus Roffensis episcopus obiit, cui successit Arnustus Beccensis monachus.[5] Tempore vero prædicti Sywardi venerunt Normanni in Angliam; paucis diebus supervivens fatum explevit, derelicta ecclesia miserabili et vacua omnium rerum indigentia intus et extra, vix enim quatuor canonici erant qui victu exili et ipso ad horam vel prece vel precio comparato et indumento plebeio vitam tolerarent. Has miserias corrigere pergens sapientissimus archiepiscopus Lanfrancus, Arnustum Beccensem monachum loco dedit; sed in eo anno tantum dimidio vixerat. Volens autem Lanfrancus archiepiscopus ut ex more antiquorum in ecclesia Roffensi monachus succederet monacho, cogitare cœpit qui hoc onus sibi injunctum portare [6] valeret. Cogitanti tamen Gundulfi citius occurrit sanctitas quæ jam certis experimentis satis ei fuerit approbata. Ordinatur itaque vir vere dignissimus episcopatu Gundulfus in ecclesia Dorobernensi, xii. kal. Aprilis, anno ab incarnatione Domini M° septuagesimo septimo, undecimo vero adventus Normannorum in Angliam sub comite Willelmo, rege postmodum Anglorum nobilissimo. Consecratus autem ex more propriam tendit invisere sedem; tripudiantibus turbis Roffensem ingreditur urbem. Pontificali sedi intronizatus inducitur, præsul omni veneratione ex eo habetur.] MS. N.

Vita Gundulfi (Wharton, Anglia Sacra, ii. 279, 280).

Consecration of Gundulf as Bp. of Rochester.

---

[1] *eodem anno*] om. E.

[2] *præsentiæ suæ*] suo præsentem, E.

[3] E. ins. *suæ*.

[4] *est*] om. MSS.

[5] This sentence is from Florence, A. 1070.

[6] *portare*] parcare, N.

Waldef[1] *dux Anglorum nobilissimus decollatus est.* A.D. 1076.

Matt. Par. ii. 16. Diceto, i. 210. Matt. Par. ii. 15.

Anno gratiæ MLXXVI°. Sexto kal. Aprilis terra tremuit, et factus est generalis terræmotus in Anglia.[2] Gelu magnum et glacies validissima, a kal. Novembris usque ad medium Aprilis. Waldef[3] dux decollatus est. Et hic est annus tertius decimus primi decennovennalis cicli, repetito anno magno Dionisii, duobus annis a passione Domini revolutis.[4]

Earthquake. Frost. Waltheof beheaded.

Ordo monasticus in Anglia reviguit per exemplum et doctrinam Lanfranci archiepiscopi et Pauli nepotis sui.

Id. ii. 16. Diceto, i. 211. Southwark Annals. Hist. Anglor. i. 23.

Anno gratiæ MLXXVII°. Dominica Palmarum, xvi. kalen. Maii, circa horam sextam, sereno cælo stella apparuit. Translatus[5] est sanctus Nicholaus a Mirrea civitate ad Barum. Lanzo, prior sancti Pancratii, venit in Angliam, [et] Paulus monachus Cadomensis, nepos Lamfranci [archiepiscopi], creatus est abbas sancti Albani. Per ipsum etiam totus ordo monasticus in Anglia refloruit, coadjuvante Lamfranco. Ipse etiam Paulus abbas multis possessionibus et libertatibus ecclesiam suam ampliavit.

Remarkable star. Lanzo, prior of Lewes. Paul, abbat of St. Alban's.

Imperator per inobedientiam excommunicatur.

Matt. Par. ii. 16. Id. ii. 22. (A. 1087.)

Anno gratiæ MLXXVIII°. Scisma magnum inter [dominum] papam et imperatorem ortum est. Tandem imperator excommunicatur. In fine tamen Sueviam devastat. Rex W[illelmus] curiam suam apud Gloverniam tenens, tribus capellanis suis, Mauricio scilicet Londoniensem, Willelmo Norwicensem, Roberto Cistrensem[6] contulit præsulatum. Eodemque anno obiit Guiscardus, magnanimus dux Apuliæ, et successerunt ei duo filii ejus, Rogerus scilicet et Boamundus. Hoc etiam anno mota est guerra navalis, precipue funesta nimis inter Venetos et Barenses, pro corpore sancti Nicholai.

Quarrel between Gregory VII. and Henry IV. Three sees filled up. Death of Robert Guiscard.

---

[1] E. has for the heading *Generalis terræmotus in Anglia.*

[2] E. ins. *et.*

[3] *Waldef . . . est*] om. E.

[4] *revolutis*] evolutis, W.

[5] *Translatus . . . Barum*] om. E.

[6] *Cistrensem*] Cycestrensem, E.

A.D. 1078. S. Pancras, Lewes, founded. [Eodem anno Willelmus comes Warenniæ, qui venit in Angliam cum Willelmo Bastard, fundavit prioratum sancti Pancratii de Lewes.] MS. Cl.

Wallia capitur [ab Anglis, et] Anthiochia a Paganis capitur.

Archbishops of Rouen. Anno gratiæ MLXXIX°. Obiit Johannes, Rothomagensis archiepiscopus, cui successit Willelmus, qui fuit abbas Cadomensis. Incipitur renovari ecclesia episcopatus Wintoniæ. Ventus validissimus nocte Natalis Domini ædificia solida concussit. Eodemque anno rex Anglorum Willelmus in Walliam copiosum duxit exercitum, et eam sibi subjugavit, et ab ejusdem regulis homagia per fideles obsides suscepit. Eodem anno Antiochia capitur a paganis, cum adjacente provincia, quæ extitit Christiana a tempore beati Petri sine exturbatione.

Southwark Annals.

Conquest of Wales.

Matt. Par. ii. 17.

Loss of Antioch.

Falsus rex occiditur ab imperatore Henrico.

Prophecy of Gregory VII. Anno gratiæ MLXXX°. Hildebrandus papa, qui et Gregorius dictus est, quasi sibi divinitus revelatum, prædixit falsum regem [1] hoc anno moriturum. Verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso rege opinio et conjectura, secundum velle suum interpretata super imperatore Henrico. Imperator enim [2] contra Saxones gravi prælio congreditur, ubi falsum regem, scilicet Radulphum, cum multis Saxoniæ principibus interfecit.

Newcastle-on-Tyne built. [Eodem anno Novum castrum At ye Tyne a Willelmo rege conditur.] MS. Cl.

Willelmus Rothomagensis archiepiscopus concilium celebravit [apud Lyssebonam]. In Anglia terræmotus [factus est], cum mugitu terribili.

Council of Lille-bonne. Anno gratiæ MLXXXI°. Willelmus, Rothomagensis archiepiscopus, tenuit concilium apud Lissebonam, præsente rege Matt. Par. ii. 18.

[1] *regem*] rege, Ch. | [2] *enim*] vero, E.

Willelmo, cum principibus et episcopis multis. Eodem ann factus est terræmotus [magnus] cum terræ mugitu terribi in tota Anglia, contra ejus solitum cursum naturæ, quod creditur evenisse in triste præsagium mutationum decretorum, legum, et præceptorum in prædicto concilio. A.D. 1081. Earthquake.

Marianus historiographus, vir quidem magnæ auctoritatis, a nativitate Christi usque huc cronica scripsit.

Matt. Par. ii. 18. Anno gratiæ MLXXXII°. Marianus Scotus, sancti Bedæ linealiter[1] consanguineus, ipsius sancti libros omnes cum aliis multis perscrutans, similis illi in moribus et scientia esse nitebatur. Iste Marianus, a nativitate Christi cronica sua incipiens, vera et plenaria[2] usque ad hunc annum perduxit,[3] multum laborans ut errorem de annis Domini corrigeret. Super hoc enim multorum opinio animos lectorum reddebat suspensos. Marianus Scotus.

Matildis[4] *regina mortua est, et rex Willelmus tyrannior factus est.*

Anno gratiæ MLXXXIII°. Idus Aprilis obiit Matilldis regina senior, uxor Willelmi regis, filia Baldewini comitis Flandriæ, et sepulta est Cadomi in monasterio sanctæ Trinitatis,[5] quod ipsa a fundamentis construxerat et nobiliter dotaverat. Et eodem anno rex Willelmus misit justiciarium per totam Angliam sigillatim[6] per comitatus, et inquirere fecit et diligenter perscrutari, quot acræ vel[7] jugera terræ, quidque uni militi sufficere posset. Fecitque inquirere de urbibus et villis et viculis ad quid in solidum ascenderent. Inquisivit etiam, quot animalia possent sufficere ad unius hydæ culturam, et de fluminibus, paludibus, silvis, quem censum redderent per annum, et quot milites essent in unoquoque comitatu, ut sciret in quo numero virium Death of Queen Matilda. The survey.

[1] *linealiter*] lineariter, Ch. E. has it after ipsius sancti.
[2] Ch. A. Cl. W. ins. *incipiens.*
[3] *perduxit*] predixit, E.
[4] erased in Ch.
[5] *Trinitatis*] so Ch. later over erasure. Margaretæ, E.; Sancti Stephani, W.; left blank in A. N.
[6] *sigillatim*] om. E.
[7] *vel jugera*] et virgatæ, E.

A.D. 1083. posset, si tanta necessitas emergeret, confidere. Quæ omnia, in scriptum [1] redacta et ad Westmonasterium delata,[2] in thesaurum regium deferebantur reservanda. Deinde senior, factus avarior et de rege tyrannior, de unoquoque aratro, id est hyda terræ, totius regni sex solidos extorsit truculenter.

St. Paul's, London, begun by Bp. Maurice.

Eodem [3] anno Mauricius episcopus Londoniensis templum maximum quod necdum perfectum est incepit.

[Hoc anno concessæ sunt libertates ecclesiæ Dunelmensi a Thoma archiepiscopo Eboracensi.] MS. Cl.

Hic Lanfrancus archiepiscopus reddidit Gundulpho episcopo Roffensi Frekeham et Yselham cum integritate omnimodæ jurisdictionis spiritualis et temporalis, et sicut recepit a L[anfranco], sic tenuit omnibus diebus vitæ suæ et successori dimisit.

[Eodem tempore Lanfrancus archiepiscopus et Gundulfus Roffensis episcopus miserunt monachos in ecclesiam Sancti Andreæ Rofcestriæ. Redduntur et ei denique possessiones quædam Roffensis ecclesiæ quas præsulantibus antecessoribus suis Lanfrancus in sua tenuerit ditione, quia quædam maneria fuerunt in manibus regis, quædam in ditione archiepiscopi, quædam in manibus Odonis Baiocensis episcopi, tunc comitis Cantiæ. Ea vero conditione redduntur; ut in ecclesia Roffensi, sicut jam præsul uterque deliberaverat, monachi ponantur. Audierant enim hic quondam monachos fuisse, unde ad antiqua statuta redeuntes monachorum ordinem statuere sanxerunt. Tempore ergo brevi elapso, ecclesia nova, veteri destructa, incipitur; officinarum ambitus convenienter disponitur; opus omne intra paucos annos, Lanfranco pecunias subministrante multas, perficitur. Igitur perfectis omnibus, quidam tantum ex quinque clericis qui ibi inventi sunt ad religionis habitum confluentes, associatis multis aliis ad sexagenarium numerum et amplius in brevi sub doctrina patris Gundulfi subcrevere monachi. Quem numerum Gilebertus [4] de Ganevilla multum minuit, sicut inferius dicemus. His prædictis monachis Gundulfus vivendi speculum, his totius religionis factus est documentum. Cum autem postmodum tot esset possessionibus domus illa ditata, ut earum pars quidem episcopo, pars vero monachis, sufficere posset, placuit episcopo, placuit et Lanfranco, ut episcopus res suas seorsum, monachi vero et ipsi possessiones MS. N. Vita Gundulfi, p. 280. Vita Gundulfi, p. 283.

[1] *scriptum*] scriptura, E.
[2] *delata*] relata, E.
[3] *Eodem . . . incepit*] om. E.
[4] Gilbert de Glanville, bp. of Rochester in 1185.

suas haberent seorsum. Hoc autem ideo maxime factum est, ne quis episcopus superventuro tempore esset, qui monachos non adeo diligens res eis divisas minuere posset. Quia vero monachi pluribus utpote jam multi indigebant, tum quidem pro eorum victus necessitudine et vestitus, tum vero pro hospitum susceptione, sapienter rursus provisum est ut monachi plura, episcopus vero possideret pauciora. Quæ vero plura sint illa, satis evidenti distinctum est carta in ecclesia Roffensi reposita, regum et procerum necnon et episcoporum Angliæ auctoritate confirmata. Hoc enim ab omnibus optinere viro Dei facillimum fuit; nam nullus regum ejus temporibus in Anglia regnandi potestatem habuit, qui non eum offendere timuisset.] A.D. 1083. Affairs of Rochester.

Waltheof perimitur fortissimus. Imperator Henricus respirat.

Matt. Par. ii. 19.

Anno gratiæ MLXXXIV°. Waltheof decollatus est, amplæ[1] prosapiæ comes, nervosus lacertis, robustus pectore, et procerus toto corpore, filius Siwardi comitis magnificentissimi, quem Digtra[2] Danico vocabulo nominabant,[3] id est fortem. Croilandiæ vero[4] sepultus est. Eodemque anno, Romani Henricum imperatorem receperunt, et a papatu abjudicatur eorum judicio Hildebrandus. Wibertus, Ravennensis urbis episcopus, in sedem apostolicam inthronizatur, et Clemens nominatur, ac juste omnes Hildebrandum fuisse depositum conclamant, tanquam læsæ majestatis reum, qui contra imperatorem [Henricum] alium ordinavit. Eodemque[5] anno Cassinensium abbas Desiderius contra Clementem papa efficitur; sed cito post moritur morbo dissinterico resolutus. Eodem [itaque] anno rex Anglorum Willelmus, in festo Pentecostes, apud Westmonasterium, Henricum filium suum juniorem insignivit pompose nimis cingulo militari. Deinde cepit homagia hominum totius Angliæ, et juramentum fidelitatis, cujuscumque essent feudi vel tenementi, et extortis magnæ pecuniæ copiis, de quibuscumque aliquam poterat

Execution and character of Waltheof.

Guibert Antipope.

Victor III.

Henry knighted.

---

[1] *amplæ*] Danicæ, A. (margin), N.

[2] *Digtra*] Droggere, E.

[3] *nominabant*] congnominabant, E.

[4] *Croilandiæ vero*] Hic Croilandie, E.

[5] *que*] vero, E.

A.D. 1084. Oppression of the English nobles.

invenire causam qualemqualem.[1] Deinde in Normanniam transfretavit. Jam jam igitur, peccatis exigentibus, emarcuit oppressa Anglorum antiqua nobilitas, et diatim corda nobilium nova juxta beati Eadwardi vaticinium trahunt lamentabilia ab alto suspiria.

Willelmus rex prosperatur in viis suis, [duo] cœnobia fundat.

Character of William I.

Anno gratiæ MLXXXV°. Rex Willelmus, cum jam pæne omnem Anglæ nobilitatem exsufflasset, omnem induit tyrannidem, factus [est] ferus et inhumanus, feras solas dilexit, pro quibus homines mutilavit, exhæredavit, incarceravit, trucidavit. Normanniam quoque subpeditavit, Cenomanniam expugnavit et adquisivit, Britanniam Armoricam[2] sibi subjugavit, Angliæ Scotiam inclinavit. Prædonum vero et latronum explorator fuit sagacissimus, et eorum dampnator immiserabilis. Unde per totam Angliam ire poterant mercatores, peregrini, et viatores, indempnes, etiamsi aureis thesauris onerati viderentur, cum antecedentibus quælibet silva lupis et vispilionibus habundaverat. Nobiles enim et generosi Anglici expulsi a propriis, et erubescentes mendicare vel fodere nescientes, cum filiis et fratribus suis in silvis latuerunt, solis prædis et rapinis, cum defuerunt venationes vel alia victualia, inhiantes. Eodem tempore rex W[illelmus] Remigio cuidam, de Fescam monacho, contulit episcopatum de Dorecestre, cujus edoctus[3] rex monitis salutaribus, pro transgressionibus suis expiandis, duo cœnobia fundavit, unum in honorem sancti Martini in Anglia, ubi bellum consertum fuit, quod et sic ideo nuncupavit, ut prædictum est. Aliud vero monasterium in Normannia apud Cadomum construxit, quod in honore sancti Stephani prothomartiris[4] jussit consecrari.

Cf. Matt. Par. ii. 20.

Safety of England in his reign.

His foundations.

Id. ii. 21.

---

[1] *qualemqualem*] talem vel qualem, E.

[2] *Armoricam*] Armonicam, Ch. E. A. W.

[3] *edoctus*] doctus, E.

[4] E. ins. et, omitting quod in the previous line.

Matt. Par. ii. 21. Ex regina vero Matilda liberos plures suscepit, Robertum scilicet, Ricardum, Willelmum, et Henricum, ex quibus postea propagata est linea regum Angliæ. A.D. 1085.

MS. Cl.

[Willelmus Conquestor

- Robertus Curthose
- Willelmus Rufus, rex
- Ricardus
- Henricus clericus
- Agatha,[1] Stephanus ejus filius et postea rex, Blesensis, et quatuor aliæ filiæ.

Matildis mater istorum, et regina, erat filia Baldewini, comitis Flandrensium.] William's children.

Rex W[illelmus] duo [cœnobia], quæ fundavit, ampliat, [scilicet] Sancti Martini in Anglia [et] Sancti Stephani in Normannia.

Anno gratiæ MLXXXVI°. Sedit[2] Papa Victor anno i., mensibus quatuor, diebus ix. Rex [Willelmus] secundum cœnobium, in Normannia scilicet fundatum,[3] [et] jam perfectum, possessionibus[4] et libertatibus ampliavit. Primogenitus regis [Willelmi] Robertus, adhuc patre vivente, Normanniam sibi negari moleste ferens, in Ytaliam abiit ira succensus, ut, filia[5] Bonefacii Marchionis sumpta in matrimonio, patri validius adversaretur; sed hac spe frustratus, Philippum regem Francorum contra patrem excitavit. Quare paterna benedictione et hæreditate cassatus, Anglia[6] post mortem[7] caruit, ducatu Normanniæ vix retento. Rex W[illelmus] habuit optimam consuetudinem, per quam dicitur divinam in tyrannide ultionem evasisse. Missas et horas divini obsequii diligenter et cum matura simplicitate exaudivit, nec se toleravit, etiam pro urgentissimis et arduis [negotiis], impediri, interim genua flectere et devote orare non cessavit.

Pope Victor III.

Foundation of William in Normandy.

Matt. Par. ii. 21.

Intended marriage of Robert.

William's piety.

---

[1] sic, for Adela.

[2] *Sedit . . . ix.*] in marg. in Ch., not in E. A. Cl. N. Re.; it is in T. W.; but T. has id est for i.

[3] *fundatum*] fundamentum, Ch. A. Cl. N. Re.

[4] *possessionibus*] passionibus, Lamb.

[5] *filia*] filiam, MSS. This is Adelais, daughter of Boniface I., Marquis of Monferrat.

[6] *Anglia*] Anglie, E

[7] Lamb. ins. patris, as Matt. Par.

A.D. 1087. *Rex Willelmus magnus moritur, substantiam suam mirabiliter dividit. Robertus primogenitus reicitur, Willelmus succedit.*

Pestilence and famine in England.

Anno gratiæ MLXXXVII°. [Contigit magnum infortunium in Anglia. Gens enim tanta infirmitate occupata est et pestilentia, ut qui febres evaderet, fame moreretur. Immisit etiam tempestates et tonitrua et fulgura, quibus multi homines perierunt, nec animalibus nec pecoribus pepercit Deus. Sed et domesticæ aves Angliæ, pavones, gallinæ, anseres, a domibus se extrahentes, silvestres omnes efficiuntur. Hoc anno fuit rex Willelmus in Francia prædavitque regnum regis Philippi, et multos suos neci dedit. Combussit quoque castrum nobile, nomine Mahaunte, et omnes ecclesias, quæ ibi inerant, plebemque multam, et duos anachoritas sanctos igni tradidit; quo facto abiit in Normanniam, et perhendinavit ibi.

MS. E. Flor. Wig. A. 1087. Hen. Hunt. p. 209. Sigebert, A. 1086. Diceto, i. 212.

Burning of Mantes.

Rex vero Willelmus, extremo vitæ suæ tempore, in Normannia habitans, contractis inimicitiis cum rege Francorum Philippo, aliquantisper conticuit.[1] Cujus abutens patientia Philippus rex fertur dixisse, "Rex Angliæ Willelmus jacet Rothomagi, more absolutarum partu feminarum cubile fovens." Quo perstrictus rex Willelmus convitio, respondit, "Cum ad missam post partum iero, centum milia candelas illi illuminabo." Nec multo post, mense Augusto, copioso exercitu congregato, Franciam ingreditur, omnia proterit, cuncta populatur. Postremo Medantum civitatem injectis ignibus concremavit, quo succenso exhilaratus, dum suos audacius incitat, ut igni adiciant pabula, propius flammas accedens, foci calore et autumpnalis æstus inæqualitate morbum nactus est, quo affectus receptui suis cecinit, et Rothomagum est regressus.]

Matt. Par. ii. 23.

Death of William I.

Quinto [vero] kalend. Aprilis rex Willelmus, cum sensisset diem mortis iminere, fratrem suum Odonem, et omnes quos in Anglia vel Normannia custodiæ mancipaverat, relaxavit. Pro eo quod si quis tempore suo

Diceto, i. 212. (Not in Diceto.)

[1] *conticuit*] sic E.; continuit, Par.

(Not in Diceto.) cervum vel aprum caperet, oculis privabatur, gravem[1] egit pœnitentiam. Pacis et justitiæ inviolabilis conservator exstitit, ita ut puella auro onusta regnum Angliæ pertransiret impune. A.D. 1087.

Diceto, i. 212.

MS. N. [Idem vero rex Roffensem ecclesiam beati Andreæ in tantum dilexit, ut imminente articulo mortis suæ centum ei libras donaret, regiam quoque tunicam propriumque cornu eburneum, dorsale etiam unum cum feretro deargentato dimitteret. Pro quo et aliis ejus multis beneficiis dictæ ecclesiæ ab eo benigne impensis, ejus anniversarium constituitur debere singulis annis festive fieri.] Gifts of William I. to Rochester.

Diceto, i. 212 and Matt. Par. ii. 24. [Rex] Willelmus hic[2] mirabiliter terram suam sic divisit; Roberto primogenito suo invitus et coactus Normanniam, Willelmo secundo filio suo Angliæ monarchiam, [et] Henrico possessiones maternas et thesauri copiam delegavit. Rex igitur Willelmus, postquam viginti annis, mensibus decem, et xxviii° diebus genti Anglorum præfuit, quinto idus Septembris regnum cum vita reliquit. Corpus ejus [apud] Cadomum delatum est, et ibidem sepultum. Division of his kingdoms.

Diceto, i. 213. Willelmus filius regis Willelmi Angliam festinato adiit, et sexto[3] kalend. Octobris die Dominica apud Westmonasterium a Lamfranco, Cantuariensi archiepiscopo, consecratus est in regem. William II. goes to England, and is crowned by Lanfranc.

(Not in Diceto.) Hic abbatiam sancti Martini de Bello ampliavit et[4] dilexit, collata a patre suo confirmavit, et tumbam ejus et diem anniversarii sui veneratus est. Quod tamen Robertus obstinatus facere contempsit, et alii filii sui, ipsius exemplo. Intererant exequiis assidue[5] tres, qui sui fuerant capellani, quibus præsulatus dignitatem idem rex contulerat, Mauricius Londoniensis, Willelmus Norwicensis, Robertus Cestrensis. Funeral of William I.

---

[1] *gravem*] altered to *digne* in Ch., and so W.
[2] *hic*] om. E.
[3] *sexto*] quinto, E.
[4] *et dilexit*] dilexit et, E.
[5] *assidue*] assidui, E.

A.D. 1087. *Nota de Sacramento altaris.*

Berengar of Tours. Eodem tempore Berengarius Turonensis, in hæreticam prolapsus pravitatem, omnes Gallos, Ytalicos, et Anglos suis jam pæne corruperat pravitatibus, nova et inaudita ac falsa asserens super sacramento altaris et transubstantiatione tam panis in carnem quam vini in sanguinem. Sed Lamfranci prudentia, omnes versutias adversariorum detegens, catholicam circa illa omnia confirmavit veritatem. Paulus quoque, de quo superius fecimus mentionem, ecclesiasticam non est passus veritatem titubare. Et sic stetit irrefragabiliter religio circa altaris sacramentum Christiana. Matt. Par. ii. 23. Cf. Will. Malmesb. iii. 284.

Translation of S. Nicholas to Bari. [Venetianis meditantibus auferre corpus sancti Nicholai a Mirrea Lichiæ a Turcis desolata, præoccupaverunt eos Barenses cives, numero quadraginta septem, ab Antiochia Mirream venientes; qui a quatuor tantum monachis ibi[1] inventis extorserunt ostendi tumbam sancti; qua effracta, ossa sancti Nicholai in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, et Barim cum gloria detulerunt. Facta est autem hæc translatio anno DCCXLV° a depositione sancti Nicholai. MS. E. Matt. Par. ii. 22.

Prodigy at Milan. Eodem tempore, Mediolani, dum patriciæ dignitatis viri de republica tractantes sub una residerent turri, auribus omnium vox insonuit, unum ex illis nomine vocans, et festinato exire rogans. Quo tardante,[2] persona quædam apparuit, quæ vocatum virum, ut egrederetur, prece optinuit. Exeunte illo, turris repente cecidit, et omnes, qui ibidem aderant, casu miserabili oppressit.]

Succedit Willelmus Rufus, secundo genitus regis, in regnum, mortuo Willelmo rege regni Angliæ magno conquisitore.

P. Urban II. Anno gratiæ MLXXXVIII°. Sedit[3] Papa Urbanus annis XV. mensibus quatuor. Multi magnatum Angliæ,

[1] *ibi*] sibi, E.
[2] *tardante*] tardente, E.
[3] In the margin in Ch., not in E. A. Cl. N. Re.; it is in T. W.

contempnentes servire juniori, et relinquere Robertum primogenitum, duxeruntque[1] indignum fore nimis, tam strenuam militiam relicto tam nobili servire juniori. Sed regis prudentia, omnes non valens simul flectere, singulos cautius emollivit, et primo libertates pro suo arbitrio promittens, denuo[2] quæ sua erant non segnit̄er[3] revocavit, callide promittens, subdole reservavit in fine, quod Deum non latuit. A.D. 1088. Opposition to William II. His craft.

MS. Cl. [Victor papa sedit annum i. menses iv. dies viii.] P. Victor III.

Coronatio[4] *regis Willelmi dicti et existentis Rufi apud Londonias. Continuatio memoriæ.*

Hen. Hunt. p. 211 (ed. Arnold). Coronatus est igitur Londoniis novus rex Willelmus, dictus et existens Rufus. Affuerunt[5] autem Lamfrancus archiepiscopus Cantuariensis qui eum consecraverat in regem, et Thomas Eboracensis et Mauritius Londoniensis et Walkelinus Wintoniensis et Galfridus episcopus Cicestrensis[6] et Ulnod[7] episcopus Wigorniensis et Willelmus Theofordensis et Robertus episcopus Cestriæ et Willelmus Dunelmensis,[8] et Odo episcopus Baiocensis, justiciarius totius Angliæ, et Remigius episcopus Lincolniæ. Cujus episcopatus, Remigio procurante, translatus est, secundum situm, usque ad locum ubi nunc est sedes. Cum autem episcopatus ille maximus sit, durans a Thamense usque ad Humbram, displicebat ei, quod in urbe modica et in termino episcopatus sita fuit sedes, cum clarior Lincolnia situ et ædificiis emineret. Mercatis igitur prædiis, in ver- Coronation of William II. *Disgressio sed utilis.* Remigius moves his see to Lincoln.

[1] *duxeruntque*] dixeruntque, E.

[2] *denuo . . . promittens*] om. N.

[3] *segniter*] signiter, Ch. A.

[4] A picture of the coronation is given in Ch. E.

[5] This was at his first court at Christmas.

[6] *Cicestrensis*] Exicestrensis, MSS. exc. E. This is Gosfrid, bp. of Chichester. Hunt. has Exceastre.

[7] *i.e.* S. Wulstan.

[8] E. ins. *episcopi*, omitting episcopus three times.

A.D. 1088. tice urbis juxta castrum ædificata est ecclesia præclara [1] et canonici in territorio ordinati.

The opposition to William II. defeated.

A [2] diverticulo materiæ revertentes, materiam ordiamur. Plaga tetigerat Anglos, jam ad Normannos in parte revertitur; omnes namque nobiliores regni, quos Willelmus magnus promoverat, superbi effecti, indignantes quia regnaret super eos junior, spreto Roberto primogenito, nobili et magnanimo, non sine perjurio bella moverunt in Willelmum. Sed infra tertium annum omnes confusi sunt, et possessiones eorum fidelioribus distributæ.[3] Matt. Par. ii. 25.

Nota de speciali amore quam habuit Willelmus Rufus erga Roffensem ecclesiam.

[Hic autem rex, ut supradictum est, accepto regno, cum multis ob insolitas quasdam infestationes et rerum multarum gravedines onerosus et minus amabilis esset, audiens multorum relatione vitam hominis Dei in studio supernæ dilectionis diu esse probatam, etsi alios quibusdam angariis perturbavit, patri Gundulfo et ecclesiæ Roffensi omnibus diebus suis benigne pepercit; et non solum pepercit, sed et larga manu possessiones episcopatui multum libenter auxit. Hujus speciali amore [4] maneria duo, Hedreham videlicet et Lamhetham, Gundulfo episcopo et ecclesiæ suæ omni post tempore ex integro possidenda concessit. Lamhetham vero idem rex donavit ex propria voluntate sua pro restauratione dampni, quod ecclesia Roffensis perpessa est in obsidione quæ in eodem loco facta est contra Baiocensem episcopum Odonem. MS. N. from the Vita Gundulfi.

De beneficiis Lanfranci collatis ecclesiæ Roffensi.

Lamfrancus archiepiscopus inter cætera bona quæ fecit ecclesiæ Roffensi, misit una die xxv. [ ] [5] de serico optime de aurifriso ornatas, et duo candelabra meliora de argento deaurata, et duas cruces de auro, et dalmaticam principalem de albo dyapre circumdatam aurifriso optimo. Fecit etiam levari corpus sancti Paulini et in feretro argenteo quod ipse fieri fecit reponi. Dedit etiam duas casulas, unam rubeam et alteram nigram de purpura, et tabulam argenteam ante majus altare et crucem quæ stat super feretrum sancti Paulini et turribulum argenteum.

[1] *præclara*] om. E.
[2] *A . . ordiamur*] om. N.
[3] *distributæ*] distribuit, W.
[4] *amore*] amoris, N. The MS. had *specialis* originally, but the *s* is erased.
[5] A word is omitted.

MS. N. Argentum vero quod idem Lamfrancus super feretrum sancti Paulini posuerat, propter placitum inter ecclesiam Roffensem et Gilbertum de Glanville ejusdem ecclesiæ episcopum, in subsidium ecclesiæ antedictæ est allatum. Post aliquantos vero dies contigit ut dominus Lamfrancus quoddam manerium, quod in feodo de rege habebat et non erat de terris ecclesiæ Cantuariensis, donavit ecclesiæ sancti Andreæ ad pascendos monachos quosquos ibi congregaverat; quod donum ejus rex Willelmus confirmavit suisque baronibus firmari fecit. Quia vera locum illum volebat exaltare et monachos, et monachos qui per antiquitatem, sicut quidam dicebant,[1] ibi fuerant, volebat restituere, reddidit quasdam terras ecclesiæ sancti Andreæ et episcopo Gundulfo quas antecessores illi ecclesiæ abstulerant et in suo dominio habebant.] A.D. 1088. Gifts of Lanfranc to Rochester.

Obiit Lamfrancus nobilis antistes Cantuariensis [*ecclesiæ*].

Matt. Par. ii. 29. Anno gratiæ MLXXXIX°. Nono[2] kalend. Aprilis obiit[3] Lamfrancus archiepiscopus Cantuariæ, qui in Cantuaria majorem ecclesiam cum officinis renovavit. Dignitates multas ecclesiæ eidem adquisivit, maneria restauravit, cenodochia duo stabilivit, hæreses condempnans fidem roboravit, ordinem monasticum ministerio Pauli, nepotis sui, quem secum duxit monachum a Normannia et[4] abbatem sancti Albani stabilivit, eleganter reformavit, ecclesiam autem[5] Rofensem reformavit, libros quos rudis simplicitas Anglicana corruperat, ab antiquo diligenter sane correxit, quorum corroboratione se gaudet ecclesia communiri. Rex Willelmus contra Robertum fratrem suum, Normannorum ducem, bella movere cœpit. Eodem anno, terra[6] mota est, [et] monachi de Beremundesei, vocante Lamfranco, venerunt in Angliam. Death of Lanfranc. His good works to Canterbury and Rochester. Monks brought to Bermondsey.

[1] MS. N. ins. *qui*.
[2] *Nono*] om. E. T.
[3] *obiit*] abiit, N.; omitting ix. kal. April.
[4] *et*] in, E.
[5] *autem*] apud, E.
[6] The mention of the earthquake is from Hen. Hunt. vii. § 1, p. 215.

A.D. 1089. [Quo etiam anno obiit Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus. Eodem quoque anno Ethelwoldus abbas hujus[1] loci ex hac luce migravit ad Dominum.] MS. Re.

Rex Willelmus contra fratrem suum Robertum bella movet.

William invades Normandy. Anno gratia MXC°. Rex Willelmus, contra fratrem suum primogenitum arma movens, castra sancti Valerici et Albemarliæ cepit. Nitebatur enim ulcisci injurias, quas fecerat fratri suo juniori,[2] a quo magnam pecuniæ partem subdole adquisierat, vendendo ei terræ suæ partem et postea auferendo, et in aliis fraudibus fraternam simplicitatem circumveniendo, tum[3] vi tum astutia. Matt. Par. ii. 29.

Character of Robert. Erat enim idem Robertus corpore integer et fortis, audax et imperterritus, nervis connexus, ossibus congestus, corpore procerus, facie[4] virilis, sed mente insatiabili avarus et astutus, et patri licet magnanimo ex superbia inobediens, Deo indevotus, fratri [suo] regi Willelmo infidelis; tandem tamen, etsi invitus, illi fidelis. Necessitate enim compulsus, petiit amicos magnos, ut pacabilem[5] sibi redderent fratrem suum, et ipsum illi sub aliqua forma reconciliatum.[6]

S. Mary Acre founded. [Eodem anno fundata est ecclesia beatæ Mariæ de Castilacre a Willelmo comite Warenniæ.] MS. Cl.

Rex Scotorum Malcolmus fecit homagium regi Willelmo. Rex infirmatus promisit bona, cum convaluit, reddidit mala.

Storm in London. Anno gratiæ MXCI°. Ventus vehemens et[7] dampnosus percussit Londoniam, turres et ædificia cum arboribus fructiferis concutiens. Remigius Lincolniensis Southwark Annals.

---

[1] *i.e.* S. Benet Holme, where MS. Re. was written.

[2] *juniori*] juniore, E. This sentence is from Hunt. vii. § 2, p. 215.

[3] *tum vi tum astutia*] cum virium astutia, W.

[4] *facie*] facile, Ch. N.; it is altered in A.

[5] *pacabilem*] placabilem, E.

[6] *reconciliatum*] concialiatum, Ch.; conciliatum, the other MSS. exc. E.

[7] *et*] om. Ch.

Matt. Par. ii. 31. episcopus, cum ecclesiam jam perfectam magnifice dedicare disponeret, paratis necessariis ad talem sollempnitatem, die proxima antecedente obiit.[1] Thomas vero [2] Eboracensis archiepiscopus resistendo contradicebat, affirmans eam in sua parochia esse constructam. Unde [3] pro appellatione pendente, et morte importuna episcopi, est dilata dedicatio. Eodem anno Methis corpus beati Clementis, primi episcopi ab Apostolis ordinati, inventum est. A.D. 1091. Death of Bp. Remigius. Opposition of Archbishop Thomas to the dedication of Lincoln.

Id. ii. 30. In contermino autem hujus anni et consequentis concordiam iniit rex Willelmus cum fratre suo [Roberto], precibus multorum mitigatus, eo tamen pacto, ut castra illa, quæ rex a fratre adquisierat, regi remanerent. Rex autem adjuvaret eum ad omnia, quæ pater suus ei legaverat conquirenda, et e converso. Statuerunt etiam irrefragabiliter, si quis eorum moreretur prior altero sine filio, quod alter fieret hæres illius. Hoc pactum juraverunt præelecti nobiliores vice regis, et totidem vice comitis. Terms agreed on between William and Robert.

Rex Scotorum Malcolmus, dum discurrens per confinia Angliæ prædas ageret; rege autem cum Roberto fratre [suo] illuc cum exercitu properante,[4] Malcolmus perterritus occurrit ei [5] pacificus, et homagio facto, juravit ei fidelitatem. In Malcolm III. does homage.

Id. ii. 31. confinio autem hujus et [præteriti] [6] anni, utrum[que] contingenti, instaurata [est] monachis et informata [7] beati Benedicti regulari vita, sub Paulo abbate Sancti Albani, ecclesia Sancti Oswini de Tinemue. Monks introduced into Tynemouth.

Cf. Id. ii. 32, 33. Rex [Willelmus postea] graviter infirmatus promisit bonas leges positurum, et pacem habere cum ecclesia. Sed cum sanus effectus [8] est, pœnituit hoc promisisse, et gravius solito ecclesiam et regnum oppressit, ita quod fingens falsam causam, ab una ecclesia, scilicet Illness of William II.

---

[1] Cl. ins. "Iste Remigius erat "monachus Fiscanni, qui etiam "fecit ex novo cœnobium mona- "chorum apud sanctam Mariam "de Stoke, alterum apud Har- "denes," at the end of 1089; the passage belongs to this year.

[2] *vero*] om. E.

[3] *Unde*] Ut, MSS. exc. E.

[4] *properante*] properaret, E.

[5] *ei*] om. E.

[6] *præteriti*] there is a blank for this word in Ch., as if the scribe could not read his original. The other MSS. vary. The account is varied in language from Paris's.

[7] *informata beati*] informati . . . sancti, E., where the words of the sentence are in a different order.

[8] *effectus*] factus, E.

A.D. 1091. Lincolniæ, quingenta milia [marcarum] extorsit. Hic [vero] Anselmum statuit archiepiscopum Cantuariensem. Sed postea enormiter persequens eum, usque ad exilium lacessivit. Exulans igitur, moram fecit Anselmus ibidem, donec videret in visione nocturna, quod omnes sancti Angliæ conquerentur Altissimo super tirannide W[illelmi] regis, ecclesias suas destruentis.[1] Et ait Deus, "Accedat Anglorum prothomartyr Albanus." Et tradidit [ei] unam sagittam ignitam, dicens, "Ecce mors "illius, de quo querimoniam coram me reponitis." Et beatus Albanus ipsam accipiens dixit, "Et ego trado "eam spiritui nequam, ultori peccatorum," et projecit eam in terram volantem per aerem, ad instar cometæ. Et mox intellexit sanctus[2] archiepiscopus Anselmus in spiritu, quod rex, sagitta illa sagittatus, interiit illa nocte. Et summo diluculo missa celebrata, jussit vestimenta cum libris et aliis rebus vehendis disponi, et iter arripuit statim ad ecclesiam suam. Et cum appropinquasset, audivit quod eadem nocte rex Willelmus sagittatus expirasset. Et hæc inferius suo loco dicentur.

Anselm archbishop of Canterbury. His vision of the death of William II. Matt. Par. Gesta Abbatum, i. 65.

Herbert bishop of Thetford. [Eodem anno dominus Herbertus abbas de Ramissie suscepit episcopatum Theofordensem.] MS. Cl.

Rex Scotorum Malcolmus perimitur. Videns hæc et alia mala, sancta Margareta, ejus uxor, expiravit.

Deaths of Malcolm III. and Margaret. Anno gratiæ MXCIIº. Rex Scotorum Malcolmus, in Angliam prædatum veniens, interceptus est et subito interfectus. Quod ut audivit regina, Deo dilecta Margarita, ex eo tempore tabuit præ dolore, et vitam cito [post] in lacrimis et orationibus terminavit. Duplici enim dolore flagellavit eam Dominus. Ædwardus enim, filius Malcolmi et ipsius reginæ et hæres Scotiæ si viveret, simul cum patre Malcolmo interemptus est. Tunc Scoti elegerunt Duneval, fratrem Mal-

Donald VII.

Matt. Par. ii. 33.

Rob. de Monte, i. 79 (Delisle).

[1] *destruentis*] destruentes, E. | [2] *sanctus*] om. E.

Matt. Par. ii. 33. colmi, in regem; sed Dunecolmus filius Malcolmi, qui obses erat[1] in curia regis Willelmi, auxilio ejus superveniens, avunculum suum fugavit, et post patrem regnavit. Eodem anno Johannes, Wellensis episcopus, natione Turonicus, transtulit in Bathoniam sui[2] cathedram præsulatus. Rex [Willelmus] cancellario suo Roberto Bloet Lincolniensem contulit præsulatum. Rex [Willelmus] civitatem Carleolensem restauravit, Danica persecutione diu dirutam, et ex australibus finibus Angliæ illuc habitatores transmisit. Hoc anno etiam inundatio pluviarum diffusa est, qua major non erat prævisa. Rex Willelmus graviter tam regnum quam clerum variis opprimit exactionibus et exagitat servitutibus, pro quibus multorum oppressorum incurrit maledictiones.[3] Quidam actus istius anni finaliter attingunt partem consequentis.[4]

A.D. 1092.

The see of Wells transferred to Bath.

Carlisle rebuilt.

Oppressions of William II.

MS. Re. [Eodem anno Yvo Carnotensis episcopus exceptiones ecclesiasticarum regularum scripsit.]

Ivo of Chartres.

Gelu et nix qualis nunquam antea visa fuit.

Cf. Matt. Par. ii. 33. Anno gratiæ MXCIII°. [Post] pluviarum maximas inundationes, flumina etiam magna ita spisso et diutino gelu constricta sunt, quod hominibus et onustis bigis et plaustris facta sunt transmeabilia. Tandem nix resoluta stiriis, et crustilis[5] natantibus, vix pontem

Severe frost.

Id. ii. 34. unum in magna[6] patria reliquit integrum.[7] Hoc [quoque] anno, Suho[8] Belvacensis præpositus a papa Urbano consecratus est in episcopum Carnotensem.

Ivo bishop of Chartres.

Hoc etiam continuato priori anno, rex Willelmus Dorobernensem in pace dimisit præsulatum Anselmo,

Consecration of S. Anselm.

Id. ii. 35. cujus ordinatio ii. nonas Decembris fuit.

MS. Re. [Revera suscepit hic Herebertus pontificatum Norwicensis ecclesiæ.]

Herbert bishop of Norwich.

---

[1] *erat*] om. MSS.

[2] *sui*] sine, E.

[3] *maledictiones*] maledictionem, E.

[4] *consequentis*] sequentis, E.

[5] *crustilis*] crustis, E.; cristilis, A.

[6] *magna*] tota, E.

[7] *integrum*] integram, Ch.

[8] Sic for Ivo. The MSS. of Par. have Suo.

A.D. 1094. *Transfertur sedes episcopalis a Theoford ad Norwicum. Stellæ*[1] *visæ sunt cadere.*

The see of Thetford translated to Norwich.

Anno gratiæ MXCIV°. Quinto[2] idus Aprilis episcopatus de Teffort translatus est Norewicum ab Hereberto Losenge. Obiit quoque Alwinus, fundator de Bermundesheie. Hic Herebertus prædictus ex abbate Remesiensi, empto præsulatu, factus est episcopus Theofordensis. Sed postmodum pœnitentia ductus, Romam profectus est, et symoniacum baculum et anulum Papæ resignavit. Verumptamen apostolicæ sedis indulgentia propiciante, restitutus est et[3] deinde sedem suam ad Norewicum transtulit, ut prædictum est. Matt. Par. ii. 35.

Henry sent into [Northumbria].

Eodem anno rex Willelmus misit Henricum fratrem suum in Normanniam,[4] cum pecunia multa, ut eam expugnaret. Comes Northanhumbriæ, in superbiam elatus, pro eo quod regem Scotorum vicerat, ut prædictum est, curiam regis adire repudiabat.[5] Promovit ergo exercitum in Northanhumbriam contra Robertum, et in Novo castello omnes potentiores de familia comitis cepit et vinculis mancipavit. Redditum est regi castellum de Bamburg, et omnes comitis fautores male tractati sunt. Nam Willelmus de Auco oculis privatus est, et Odo, consul Campaniensis, et alii plures exhæreditati [sunt].

Surrender of Bamborough castle.

Invasion of Wales.

Eodem anno impiger rex Willelmus in Walliam exercitum duxit, eo quod anno præterito Wallenses multos Normannorum occiderant, et eorum firmitates confregerunt, castellum vero de Montegomeri confregerant, et ejus habitatores necaverant. Rex igitur Willelmus, omnes fines Walliæ hostiliter perlustrans, cum in montium latibulis [et] silvarum densitatibus ipsos persequi non valeret, firmatis in confinio castris, ad propria remeavit.

Falling stars.

Eodem tempore stellæ de cælo cadere videbantur.

The first crusade.

[Eodem anno Christiani acceperunt crucem per injunctionem Urbani Papæ.] MS. Re.

---

[1] *Stellæ . . . cadere*] om. E.

[2] *Quinto*] vi°, A. N.; om. W. Neither is in Paris.

[3] *et . . . est*] not in E.

[4] *Normanniam*] an error for Northumbriam; see note [2], Matt. Par. ii. 35.

[5] *repudiabat*] repudiebat, Ch. A. Cl.; repudierat, Re.

[*Versus.* A.D. 1094.

MSS. Cl. Re. (marg.)

[Surgit in ecclesia monstrum genitore Losinga, Verses against Herbert Losinga.
Symonidum secta, canonum virtute resecta;
Petre, nimis tardas, nam Symon ad ardua temptat;
Si præsens esses, non Symon ad alta volaret.
Proth dolor, ecclesiæ nummis venduntur et ære.
Filius est præsul, pater abbas, Symon uterque.
Quid non speremus si nummos possideamus?
Omnia nummus habet, quid vult facit, addit et aufert;
Res nimis injusta, nummis fit præsul et abba.]

MS. E. from Matt. Par. ii. 34. A. 1093.

[In præterito anno, rex Willelmus adiit in Normanniam, et misit in Angliam, jussitque venire ad se viginti milia Anglorum. Sed postquam venerunt ad mare, jussi sunt redire, et mittere regi pecuniam, quam deferebant, scilicet unusquisque viginti[1] solidos.] William II. in Normandy.

Obiit sanctus Wlstanus; celebratum est magnum concilium.

Matt. Par. ii. 38. Id. ii. 43.

Anno gratiæ MXCV°. Octavo kalend. Aprilis obiit vir vitæ venerabilis, Wlstanus Wigorniensis episcopus, cujus transitus Roberto Herefordensi episcopo in visione apparuit, illeque ad ipsum tumulandum Wigorniam properavit. Sanctus autem ille Wlstanus, cujus sanctitati beatus Eadwardus, etiam mortuus, ut prædictum est, testimonium perhibuit, ita miraculorum signis postea choruscavit, ut viderentur Apostolorum tempora renovari. Death of S. Wulstan, bishop of Worcester.

Eo[2] quoque anno, scilicet Dominicæ incarnationis MXCV°, celebratum est magnum concilium sub papa Urbano, apud Clarum montem, civitatem Alverniæ. Ubi ipse dominus papa, sermonem faciens populo super negotio terræ sanctæ, tam sanctum, tam efficacem, Council of Clermont. Sermon of P. Urban II.

[1] *viginti*] decem, Matt. Par. and Wendover from Huntingdon.

[2] *Eo*] Eodem, E.

A.D. 1095. quod multos principes præclaros ad arripiendum iter Jerosolimitanum, et ad rependendum Christo pro Ipso scilicet moriendi[1] vicissitudinem animaret. Exiit igitur sermo, nec vacuus, et cruce signati sunt nobiles non-

Leaders of the crusading army.

nulli, quos longum esset dinumerare. Inter quos Robertus, dux Normannorum,[2] cruce signatus, iter sanctum arrepturus,[3] posuit Normanniam in vadimonium fratri suo regi[4] Willelmo [pro decem milibus libris argenti]. Ivit autem cum eo Robertus, dux[2] Flandriæ, et Eustachius, consul Boloniæ. Iverunt[5] et ex alia parte dux Godefridus et consul de Monte Baldwinus et alius Baldewinus, reges Jerusalem futuri. Iverunt[5] quoque ex tertia[6] parte comes de Sancto Egidio Reimundus, et episcopi[7] Podiensis [Athelmarus armis clarus, moribus autem præclarior,] et[8] Hostiensis, qui primates extiterunt hujus Dei exercitus, Hugo quoque Magnus, frater regis Francorum, Stephanus comes Blesensis, Boemundus nepos Tancredi, et alii quos hæc pagina non sufficit numerare. Petrus vero heremita primus iter arripuit Jerosolimitanum cum innumerabili exercitu. Sed triginta milibus trucidatis, ante quam Jerusalem perveniret, jacturam incurrebat irrestaurabilem.

Matt. Par. ii. 59.

Id. ii. 55.

Id. ii. 57.

Flor. Wig. A. 1096.

Matt. Par. ii. 50–52.

Siege and capture of Nice.

Primum[9] bellum Christianorum fuit ad pontem Pharphar fluminis ix. kalend. Martii. Secundum apud Niceam, quam et ceperunt xiii. kalend. Julii; ceperunt et Laodiciam. Cum vero essent plusquam ccc. milia armatorum, tanta eis suppetebat copia, ut aries uno nummo, bos vix xii. nummis, venderetur.

Diceto, i. 222.

March of the Crusaders on Antioch.

Cum igitur post vii. ebdomadas et iii. dies inde Antiochiam tenderent diviso exercitu, circumdederunt unum eorum exercitum ccclx. milia equitum, et Arabes quo-

---

[1] *moriendi*] moriendo, E.

[2–2] *Normannorum . . . dux*] om. W.

[3] *arrepturus*] accepturus, E.

[4] *regi*] om. E.

[5] *Iverunt*] Inierunt, A. N.

[6] *tertia*] altera, A. N.

[7] *episcopi*] episcopus, E.

[8] *et . . . exercitus*] om. E.

[9] *Primum . . . abierunt* (p. 30)] not in E.

Diceto, i. 222.

rum non erat numerus. Mittitur ergo ad alium exercitum, bellum igitur geritur horrendum, in quo Christiani vehementer attriti sunt. Quibus jam fugam meditantibus occurrit Robertus dux Normanniæ, clamans, " Quo milites, quo fugitis? equi eorum sunt nostris " velociores, fuga nobis non est; melius est enim bene " mori quam male evadere; me sequamini, o viri magnæ " et admirandæ probitatis." Vix dixerat, et in quendam paganorum regem lanceæ direxit aciem, quæ lignum et corpus et æs æque diffidit; stravitque secundum et tertium, et multos alios non resurrecturos. Igitur Tancredus, Boamundus, Ricardus de Principatu,[1] Robertus de Ansa,[2] non segnius indulgent ictibus, cum ecce Hugo Magnus et Anselmus de Ribemont, cum magna caterva alium prævolantes exercitum, defessos paganos recentes fundunt. Visis igitur ex insperato tot hostibus, pagani fugæ indulgent, Christicolæ vero victoria potiti sunt, licet dampnosa, primo die Julii. Deinde venerunt ad Eracheam,[3] inde ad Tharsum, quæ subdita est Baldewino comiti mirifico, Atene vero et Mamistra Tamcheredo. Dux Normanniæ quandam civitatem[4] Symeoni, Reimundus et Boamundus aliam[5] Petro de Alpibus commiserunt. Tandem venientes ad pontem ferreum, Antiochiam, quæ caput est Syriæ, obsederunt, xii. kalend. Novembris. In Februario, congregato mirabili exercitu paganorum ad pontem ferreum[6] apud castellum Areth, nostri sex acies in eos direxerunt, sed maxima vis paganorum eos tam acriter invasit, ut paulatim jam cederent. At Boamundus bellorum arbiter, Robertus etiam filius Gerardi signifer, velut leones proruunt inter hostes. Dux igitur Normannorum gladio caput cujusdam magni viri et dentes et collum et humeros usque in pectora diffidit. Dux Godefridus quendam medium secavit; cum igitur pars terræ cecidisset, partem

A.D. 1095.

Prowess of Robert of Normandy.

Victory of the Crusaders.

Prowess of Godfrey.

[1] Of Salerno.
[2] Hanse.
[3] Heraclea.
[4] Alfia.
[5] Plastencia.
[6] On the Orontes.

A.D. 1095. domini ferebat equus inter paganos, quo monstro perterriti simul cuncti fugientes, in iram dampnationis abierunt.

Alexius I. emperor. Alexius tunc temporis Græcis imperabat, vir quidem subdolus, et nostratibus semper parans cum insidiis nocumenta. Matt. Par. ii. 56.

S. John Baptist, Colchester. [Hoc[1] anno fundata est ecclesia sancti Johannis Baptistæ[2] Colecestriæ ab Eudone dapifero.] MSS. Cl. N.

Translation of S. Edmund. [Eodem anno sanctissimus rex et martyr Eadmundus est translatus. Itemque motio Christianorum euntium Jerusalem.] MS. Re. Southwark Annals.

Perrexit comes vel dux Robertus Jerusalem; Normannia ponitur in vademonium.

Progress of the Crusade. Anno gratiæ MXCVI°. Adhuc seminante verbum Domini Urbano papa, et multis aliis scientia et moribus et eloquentia præclaris theologis et prælatis, prosperatum est negotium crucis efficaciter. Nec adhuc soluto concilio, concessa est a papa, cui concessa est potestas a Domino vice beati Petri ligandi atque solvendi super terram, generalis indulgentia peccatorum se cruce signaturis[3] et jam signatis. Hoc anno perrexit comes[4] Robertus Jerusalem. Et eodem anno fuit interfectio Judæorum Rothomagi. Stellæ visæ sunt labi de cælo. Willelmus rex cepit sibi Normanniam in tutelam. Comes Tholosanus cum suis comitivis[5] legionibus iter arripuit [Jerosolimitanum]. Eo quoque anno obsessa est Nicea civitas a nostris Christianis. Matt. Par. ii. 59. Id. ii. 56. Cf. Id. ii. 57–59.

Nice besieged.

Holy Trinity, Norwich. [Tali anno posita sunt fundamenta sanctæ ecclesiæ Trinitatis Norwici.] MS. Re. from Id. ii. 59.

---

[1] *Hoc*] Eodem, N.
[2] *Baptistæ*] om. N.
[3] *signaturis*] signaturus, Ch. N. Re.
[4] *comes*] dux, E.
[5] *comitivis*] convinis, Ch. A.; communis, Cl. Re. T. W.

Dux Godefridus iter arripit Jerosolimitanum, Antiochia obsidetur. A.D. 1097.

Matt. Par. ii. 60. Abridged from Matt. Par.

Anno gratiæ MXCVII°. Nonas Aprilis, apud Finhamestede in Bercsire quoddam stagnum fluxit sanguine. Dux Lotharingiæ Godefridus iter arripuit Jerosolimitanum, nostroque exercitui adjungitur. Pugna[que] maxima commissa est [1] inter Christianos et Turcos, ut liberaretur civitas Nicea, in vallum a nostris obsessa. Solimannus, dominus civitatis et circumjacentis amplæ et opimæ [2] patriæ, cum suis paganis, quorum dominus et dux fuit, vincitur. Nicea civitas gloriosa capitur, mense Julio, vicesima die mensis. Eodem anno obsessa est Antiochia, civitas nobilissima. Capta [3] est circumjacens patria cum pluribus viculis [4] et casellis,[5] Antiochiæ pertinentibus, cum quodam fortissimo, vicino civitati.

Progress of the Crusade.

Capture of Nice.

Siege of Antioch.

Id. ii. 71.

Ipso quoque anno, Anselmus Cantuariensis archiepiscopus consecravit Sansonem in episcopum Wigorniensem Londoniæ. Eodemque anno Ricardus præficitur abbas sancti Albani.

Sampson, bishop of Worcester.

Richard, abbat of S. Albans.

MS. Cl.

[Hoc anno fundata est ecclesia sanctæ Trinitatis Norwici.]

Holy Trinity, Norwich.

MS. Re.

[Baldewinus abbas sancti Eadmundi ipso anno iv. kal. Januarii feria quarta ex hac vita decessit.]

Baldwin a. of S. Edmund's Bury.

Antiochia capta est. Lancea Salvatoris est inventa.

Abridged from Matt. Par.

Anno gratiæ MXCVIII°. Mense Junio, tertia die mensis, Antiochia capta est a Christianis, nono obsidionis mense. Iterum obsidentur Christiani in ipsa civitate a Corbaranno, Persarum principe, superveniente cum innumerabili paganorum multitudine. Inventa est in civitate in ecclesia sancti Petri, ubi incathedrabatur, lancea Salvatoris. Exeunt de civitate, præfertur lancea, committitur quo nunquam visum majus bellum inter Christianos et Sarracenos, cessit divinitus victoria Christianis, fugit Corbarannus, et confusus est totus ejus exercitus, in quo fuerant [6] reges quam plures et principes paganorum. Facta est hæc congressio

Capture of Antioch.

---

[1] *est*] om. Ch. A. T. W.

[2] *opimæ*] optime, E.

[3] This follows the next two sentences in all the MSS. exc. E.

[4] *viculis*] vinculis, Ch. T. W.; altered in Cl. A. Re.

[5] *casellis*] castellis, E.

[6] *fuerant*] fuerunt, E.

A.D. 1098. victoriosa et plena omni gaudio, mense Junio, vicesima die mensis. Matt. Par. ii. 89.

Foundation of Citeaux.

Hoc anno Cysterciense cœnobium est inceptum a fratribus, quærentibus mansionem oportunam. Voce igitur desuper audita,[1] in lingua illius patriæ, "Ci est a vus," id est "Hic state," ibi manserunt, et ecclesiam cum ædificiis construxerunt, quæ in temporalibus et spiritualibus felix diatim suscepit incrementum. Abbreviat. Chronic. iii. 185.

Obsessa est civitas sancta Jerusalem a Christianis.

Siege of Jerusalem.

Anno gratiæ MXCIX°. Obsessa est[2] Jerusalem civitatum sanctissima a Christianis. Hoc quoque anno mare erupit, et tot mala fecit, quot nullus antea vidit vel audivit. Matt. Par. ii. 95. Southwark Annals.

Citeaux.

Ecclesia magna cœnobii Cysterciensis cum claustro est inchoata, convocatis pluribus fratribus. Matt. Par. ii. 79.

Death of the bishop of Le Puy.

Obiit episcopus Podiensis Æthelmarus, in armis spiritualibus et materialibus strenuus[3] et in negotiis disciplinæ militaris peritissimus, in cujus obitu magna exercitus spes et consolatio[4] expiravit. Id. ii. 90.

Capture of Jerusalem.

Quarto vero[5] idus Aprilis capta est Jerusalem a Christianis. Numerus vero Christianorum, qui eam obsederunt, quadraginta milia peditum expeditissimorum, equitum mille quingenti, exceptis adventantibus cotidie. In urbe Turcorum fortium et ad unguem armatorum quadraginta milia. Southw. Ann. Matt. Par. ii. 95.

Refusal of the crown of Jerusalem by Robert of Normandy.

Optulerunt[6] igitur Christiani Roberto Duci Normannorum regnum Jerusalem, quod quia[7] repudiavit, offensus est in eum Deus, nec prosperum deinceps quid ei contigit. Id. ii. 107.

Godfrey of Bouillon king.

Tunc[6] principes nostri communi assensu, invocata Spiritus Sancti gratia, regem et patriarcham constituerunt, [scilicet] Ducem Godefridum regem, et Arnulphum episcopum[8] Maturanensem de Kalabria patriarcham. Eodem[9] tempore, rex Willelmus Id. ii. 103. Id. ii. 110.

---

[1] E. ins. *est.*

[2] *est*] om. Ch. A. W.

[3] *strenuus*] strenuis, Ch. Cl. T. W.; altered in A.

[4] *consolatio*] consolationis, E.

[5] *vero*] om. E. The erroneous date is due to the compiler.

[6–6] *Optulerunt . . . Tunc*] not in E.

[7] *quia*] que, Ch. A. N. T.

[8] This is a careless error, introduced by altering Matthew Paris, p. 103, who (or rather Wendover) is copying William of Tyre. Arnulf, the patriarch, is mixed up with the Bishop of Martorano, through whose influence he was appointed.

[9] *Eodem . . construxerat*] om. E.

Matt. Par. ii. 110. tenuit curiam suam in nova aula apud Westmonasterium quam ipse construxerat. A.D. 1099.

MS. Re., from Matt. Par. ii. 119. [Eo anno Urbanus Papa obiit, et Paschalis ei successit.] P. Paschal II.

Rex Willelmus moritur sagittatus, et coronatur frater ejus Henricus.

Id. ii. 111. Anno gratiæ MC°. Willelmus rex secundus Anglorum, dum in nova foresta venaretur in die [1] sancti [2] Petri ad vincula, a Waltero Tyrel incauto a sagitta percussus,[3] [diem clausit extremum. Sed pridie quam excederet vita, vidit per sompnium, se fleobotomiæ [4] ictu sanguinem emittere, radium cruoris usque in cælum protentum, lucem obnubilare, diem interpolare. Ita, inclamata sancta Maria sompno excussus, lumen inferri præcepit, et cubicularios a se discedere vetuit. Cum jam aurora diem invehere meditaretur, monachus quidam retulit Roberto filio Hamonis sompnium, quod eadem nocte viderat de rege, scilicet quod in quandam ecclesiam rex venerat superbo gestu, ut solebat, circumstantes despiciens; tunc Crucifixum mordicus apprehendens, brachia illi corroserit, crura pene truncaverit; Crucifixum diu tolerasse; sed tandem pede ita regem depulisse, ut supinus caderet. Ex ore jacentis tam effusam flammam exisse, ut fumi magnitudo etiam sidera obnubilaret. Hoc sompnium Robertus non negligendum arbitraturus, regi confestim intulit. At ille cachinnos ingeminans, multum postea motus, diu cunctatus est, an in silvam, sicut intenderat, iret, suadentibus amicis, ne suo dispendio veritatem sompniorum experiretur. Itaque ante cibum a venatu abstinuit, sed mox post cibum in saltum contendit. Quem Walterus Tyrel cum sagitta, cervum intendens percutere, percussit inscius in corde, sicut supradictum est. Qui corruit, nec verbum edidit, sed vitam crudelem misero fine terminavit, sepultusque est apud Wintoniam]. Quod Anselmus Cantuariensis antistes cognoscens in spiritu, repatriare, ut prædictum est, maturavit. Exulaverat enim, fugiens regis persecutionem. Habebat [5] autem

Death of William Rufus.

MS. E., from Matt. Par. ii. 111.

His dream.

Cf. Id. ii. 113.

Return of S. Anselm.

[1] *die*] crastino, Matt. Par.

[2] *sancti*] om. Ch. W.; beati, A. N.

[3] T. W. ins. *est*.

[4] *fleobotomiæ*] fleobotomi, E.

[5] *Habebat . . . præcessit*] om. E.

A.D. 1100. rex die qua obiit in proprio archiepiscopatum Cantuariensem, episcopatum Wintoniensem et Salesberiensem, et novem[1] abbatias ad firmas datas. Mira res. Quicquid Deo Deumque diligentibus displicebat sibi placebat. Quo sequenti die sepulto apud Wintoniam in ecclesia sancti Petri, ibidem in regem est electus frater ejus ille Henricus, cui omnipotens Dominus tria munera dedit, sapientiam, victoriam, divitias, quibus ad omnia prosperans, omnes suos antecessores præcessit. Matt. Par. ii. 114.

Election of Henry I.

Id. ii. 134.

Coronatio[2] *regis Henrici Primi.*

Coronation of Henry I.

Consecratus est rex Anglorum Henricus primus, frater regis Willelmi, apud Westmonasterium a Mauricio Londoniensi episcopo, Anselmo adhuc absente, nonas Augusti. Cum quo Thomas Eboracensis archiepiscopus coronam capiti regis apposuit. Hoc anno, multa evenerunt adversa. Diabolus quoque visibiliter apparuit in saltibus et deviis, transeuntes allocutus. Præterea in pago de Bercsire in villa [de] Hamstude sanguis manavit de terra continuis[3] xv. diebus. De fonte enim tam ubere emanavit, ut stagnum horribile faceret. Id. ii. 115. Flor. Wig. ii. 46. Matt. Par. ii. 115.

His marriage with Matilda.

Anselmus rediens ab[4] exilio desponsavit Matildem, filiam Malcolmi regis Scotiæ, Henrico I. regi Angliæ, ex qua genuit Willelmum et filiam unam nomine[5] et honestate[6] matrem repræsentantem. Virginem autem hanc quinquennem imperator Henricus petiit et accepit. In hac autem coronatione, non est derogatum ecclesiæ vel antistiti Cantuariensi, quia Londoniensis episcopus, archiepiscopi Cantuariensis immo totius Angliæ decanus, vices ejus in hoc officio exequebatur, et hoc carta ipsius testificatur. Et hoc anno, reversus est a Terra sancta dux Robertus Normanniæ, cognomento Curtheuse, et cum eo comes Flandrensis Id. ii. 121, 117. Id. ii. 118.

---

[1] *novem*] duodecim, Matt. Par.

[2] There is a picture in Ch. E. of the coronation. E. begins the chapter "Igitur post mortem regis "Willelmi Rufi electus est Henricus "frater ejus et," omitting "frater "regis Willelmi" below.

[3] *continuis*] continuus, Ch. A. Cl. T. W.

[4] *ab*] de, E.

[5] E. ins. Matildem.

[6] *honestate*] honeste, MSS. exc. Cl.

Robertus. Comes[1] tamen Robertus Normanniæ non- A.D. 1100.
dum in Angliam venit. Rex Henricus I., in regem ut
Matt. Par. ii. 118. dictum coronatus, dedit episcopatum Wintoniensem Willelmo Giffard. Anselmus, archiepiscopus Cantuariensis, amicis- P. Paschal
simus regi factus est. Obiit Urbanus papa, succedit[2] II.
Id. ii. 120. Paschalis. Coronatur rex Baldewinus in[3] Jerusalem, [quia Baldwin I., king of
id renuit Robertus dux Normanniæ]. Jerusalem.

Rex Henricus et Dux Robertus Normanniæ fœdus inierunt.

Anno gratiæ MCI°. Anselmus Cantuariensis archi- Advice of Anselm as to Robert of Normandy;
episcopus, muniens regem Henricum de adventu Roberti
ducis Normanniæ et de versuto proposito suo, ut rex
navalem expeditionem mitteret contra eum suasit.[4]
Id. ii. 122. Sed amici utriusque fœdus inter eos statuerunt sic quod his treaty with Henry I.
rex, propter manifestum jus quod habuit ad regnum
possidendum, Roberto annis singulis tria milia marca-
rum argenti daret ab Anglia, et quis eorum diutius viveret,
hæres esset alterius, si absque filio moreretur.[5] Hoc autem
per xii. magnates juratum fuit[6] utrimque. Dux Robertus
perhendinavit cum rege, fratre suo, usque ad festum sancti
Michaelis, et postea ad propria remeavit. Eodem anno, rex Reinelm bishop of Hereford.
Henricus dedit episcopatum Herefordensem Reinelmo, sine
electione facta, contra novi decreta concilii, ipsumque publice
investivit, quod et contra juramentum suum [fecit].
Juraverat enim sollempniter, se primo libertatem eccle-
siæ servare illibatam, et bonas leges regni, quæ statutæ
erant et observatæ tempore sancti Eadwardi.

Concilium magnum celebratur ab Anselmo archiepiscopo.

Id. ii. 123. Anno gratiæ MCII°. Rex Anglorum Henricus obsedit cas- Arundel castle taken by Henry I.
tellum de Harundel, quod erat juris Roberti[7] de Beleasmo,
contra regem illud retinentis; et demum rex illud optinuit,
et Robertum ab Anglia relegavit.

---

[1] *Comes*] Dux, E.
[2] *succedit*] successit, Cl. Re.
[3] *in*] om. Cl.
[4] *suasit*] om. MSS.
[5] *moreretur*] morerentur, E.
[6] *fuit*] esset, Ch. Cl. Re.; est, T. W.; fuisset, N.
[7] *Roberti*] om. MSS. ex. N.

A.D. 1102. Council under Anselm in S. Paul's.

Eodem anno, Anselmus Cantuariensis antistes, concilium tenuit Londoniæ in ecclesia sancti Pauli, præsente rege et suffraganeis episcopis, circa factus sancti Michaelis; in quo concilio sacerdotes concubinarios excommunicavit, nisi eas ex tunc abjurarent. Deinde factus securior de amicitia regis tam Henrici quam Malcolmi regis Scotiæ, cogitavit ecclesiam quodam rigidiore modo gubernare, evellendo[1] germina viciorum. De novo enim,[2] id est postquam redierat ab exilio, Matildam filiam dicti Malcolmi et sanctæ Margaretæ, ut prætactum est, regi Henrico matrimonio copulaverat, quod utrique regum et utrique regnorum fuit, propter bonitatem reginæ, beneplacitum. Anselmus igitur de Dei et dictorum regum confisus favore, quæ Romæ decreta in concilio generali acceperat de investituris ecclesiarum, plano sermone descripsit, quod videlicet nullus ecclesiæ prælatus, episcopus, vel abbas, vel clericus, investituras alicujus ecclesiasticæ dignitatis de manu suscipiat laicorum. Unde idem archiepiscopus, asserens hoc animabus expedire, degradavit abbates et priores quosdam, qui de manu laicorum et data pecunia prælatias optinuerant, scilicet Ricardum Helyensem, Aldwinum Rameseiensem, Burgensem, et multos alios, tam priores abbatem[3] non habentes, quam ipsos abbates. Et quoniam ad voluntatem regis quosdam episcopos, qui institutiones a rege susceperant, noluit consecrare,[4] vel[5] cum eisdem communicare, rex *versus in arcum pravum*, contra eum ira incanduit vehementi, præcepitque Girardo, Eboracensi archiepiscopo, ut eos consecraret. Sed Willelmus[6] Giffardus, timens sancti Anselmi rigorem, sprevit consecrationem Eboracensis archiepiscopi. Quare regis injusto judicio a regno est eliminatus.

Matt. Par. ii. 123.

Abbats degraded for simony.

Reinelmus vero Herefordensis episcopus,[7] suæ timens conscientiæ, eo quod a rege institutionem acceperat, Anselmo suum resignavit præsulatum. Hoc etiam anno, Rogerus ad episcopatum Sarisburiensem est electus, idus Aprilis.

---

[1] *evellendo*] et evellere, E.

[2] *enim*] robero, W.

[3] *abbatem*] so E.; abbatie, Ch. Re.; abbatias, Cl. N.; abbates, T. W.

[4] *consecrare*] consentire, E.

[5] *vel*] nec, E.

[6] Ch. has in the margin later, "vide alium librum, utrum intelligit istud de Anselmo aut de Willelmo Giffardo."

[7] *episcopus*] om. E.

MS. Re. [Eodem tempore Robertus prior Westmonasterii factus est abbas sancti Edmundi.] A.D. 1102. Robert abbat of S. Edmundsbury.

Hominum mortalitas. Cæsarea civitas nobilis capitur.

Matt. Par. ii. 124,125 (enlarged from Matt. Par.) Anno gratiæ MCIIIº. Facta est hominum et animalium pestifera ac dampnosa nimis mortalitas. Eo anno, Cesarea civitas, in terra sancta nominatissima et opulentissima, ditioni Christianæ dedita est, et archiepiscopus in ea constitutus est, nomine Baldewinus, in qua magnus pater noster, sanctus Basilius, populo Dei præfuit, archipræsul[1] gloriosus. In ipsa etiam civitate nobile deorum templum statim a Christianis dirutum est. Strages quoque infidelium maxima facta est. Assignata est regimini et dominationi cujusdam principum Christianorum, sub rege tamen Jerusalem. Caliphus autem Paganorum dignissimus misit ad liberationem civitatis multitudinem infinitam Turcorum, ad unguem armatorum, sub duce potentissimo. Cui occurrens rex Jerusalem, Baldewinus, invocato Dei adjutorio, omnes in ore gladii trucidavit. Ceciderunt que in illo conflictu glorioso ex hostibus v. milia armatorum equitum, ex nostris autem equites septuaginta et ducenti pedites. Civitas quoque ad laudem Domini est a dominio paganorum liberata. Pestilence. Capture of Cæsarea.

MS. Re., from Matt. Par. ii. 123, 124. [Ipso quoque anno scisma oritur inter regem Henricum et Anselmum archiepiscopum super investituras ecclesiarum. Anselmus Romam profectus abbates depositos secum adducit.] S. Anselm goes to Rome with the deposed abbats.

Quatuor circuli apparuerunt circa solem. Acon Christianis redditur.

Matt. Par. ii. 126. Anno gratiæ MCIVº. Quinto decimo kalend. Maii quatuor circuli circa solem visi sunt, albi, picti, et mirabiliter implicati. Cometa apparuit mense Februarii. Eodem anno, discordia mota est inter regem Henricum et Robertum ducem Normanniæ, fratres. Non modica subsecuta est, eo anno, rerum depopulatio. Rex [Henricus] Anselmi, viri justi, Solar phenomenon. Comet. War in Normandy. Quarrel of Henry I. with S. Anselm.

[1] *archipræsul*] archiepiscopus, E.

A.D. 1104. possessiones et substantiam infiscari præcepit, nec eum potuit ratio, vel regis Scotiæ vel reginæ intercessio, cohibere. Anselmus vero Lugduni exul commoratur. Acon redditur regi Baldewino. Matt. Par. ii. 127, 8.

Acre taken.

[Eodem quoque anno corpus sancti Cuthberti cum capite sancti Oswaldi incorruptus invenitur.] MS. Re., from Flor. Wig. ii. 53.

Dux Robertus venit in Angliam, ut concilietur[1] *fratri suo, sed frustra.*

Bayeux burnt. Anno gratiæ MCV°. Idus Aprilis rex Henricus Boiacas incendit. Flor. Wig. ii. 53.

Robert at Northampton. Robertus dux Normannorum venit ad [regem] fratrem suum apud Norhamtonam, suppliciter petens ut ablata sibi restitueret. Matt. Par. ii. 130.

Sed Deus non favit concordiæ eorum. Negavit enim rex postulata. Quare dux iratus recessit comminando.

He is besieged at Tinchebrai, but escapes. Rex autem ipsum acriter insecutus, in castro Tenarchebrai eum obsedit, et in arcto nimis tenuit. Sed per posticum nocte elapsus, exercitum conflavit contra fratrem suum copiosum.

Horsham Priory, Norfolk, founded by Robert Fitz Walter. [Per idem tempus fundata est ecclesia sanctæ Fidis a Roberto filio Walteri. Itemque corpus sancti Cuthberti translatum est.] MS. Re.

Dux Robertus capitur, et incarceratur simul cum consule de Mortoil.

Capture of Robert by Henry I. at Tinchebrai. Anno gratiæ MCVI°. Octavo kalend. Maii Henricus rex Anglorum dum obsedit Tenarchebrai, dux Robertus contra regem venit cum exercitu suo conserto, in vigilia sancti Michaelis,[2] et commisso ancipiti nimis prælio, dux licet multo stipatus milite, et in armis leo invincibilis, et, quasi alter Mars, peritus in militari disciplina, tamen non valens amplius ferre pondera belli, quod in magna parte in eum erat congestum, captus est, et custodiæ carcerali in Anglia mancipatus, et Matt. Par. ii. 132.

[1] *concilietur*] reconcilietur, E.

[2] *Michaelis*] Marci, E. The date is from Florence.

comes de Mortoil, et multi alii nobiles [cum ipso], A.D. 1106.
Matt. Par. ii. 132, 133. viii. kalend. Maii. Hoc[1] anno impleta est prophetia quam rex pater ejus, pridie quam moreretur, dixerat filio suo Henrico, "Quinque mille libras de thesauro meo tibi dabo. "Pacifice patere; tempore tuo totum honorem quem ego "nactus sum habebis, et fratribus tuis divitiis et potestate "præstabis."

Imprisonment of Robert.

Rex autem, memor fraternitatis, eundem comitem[2] Robertum in libera carceris custodia, sine ciborum penuria vel luminis beneficio vel preciosarum vestium ornatu, salvo tamen fecit[3] reservari. Liceret etiam ei ad scaccos et aleas ludere. Robas etiam regis, sicut ipse rex, accipiebat; pomeria vicina et saltus et loca delectabilia perambulando, ex regis licentia, visitavit.

Attempt of Robert to escape.

Cf. Hist. Anglor. i. 213. Et cum una dierum sic evagabatur, arrepto equo subito, non id[4] verentibus custodibus, insiluit, et fugam iniit repentinam. Et ecce custodes, elevato ad sidera clamore, rapido cursu insecuti sunt, et quodam lutoso prato, ubi equus suus immersus fuit usque ad ventrem, comprehenderunt, et in arcto custodierunt, donec id

His capture and subsequent treatment.

Cf. Matt. Par. ii. 133. regi nunciaretur. Tunc rex jussit eum clam oculorum lumine privari, salvis tamen orbiculis eorundem. Et tunc dux tabuit in semetipso præ dolore, et maledicens diei nativitatis, infelicis vitæ moram longam non protraxit.

Two moons.

Matt. Par. ii. 132. Eodem anno, in hujus rei signum, visæ [sunt] duæ lunæ in cælo, una in Oriente, alia in Occidente, et cometa uno quasi cubito distans a sole, circa horam tertiam. Hic[5]

Comet.

Order of Canons at Southwark.

Southwark Annals. quoque constitutus est ordo canonicorum in ecclesia sanctæ Mariæ de Suwerc Londoniis.[6]

---

[1] *Hoc . . . præstabis*] not in E.

[2] *comitem*] ducem, E.

[3] *fecit*] om. MSS. exc. N.

[4] *id verentibus*] advertentibus, Lamb.

[5] *Hic quoque*] In isto tempore, E.

[6] *Londoniis*] om. E.

A.D. 1107. *Concilium magnum celebratur sub Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, Londoniis.*

Christ Church, London.

Anno gratiæ MCVIIº. Decimo octavo kalend. Maii Normannus prior fundavit ecclesiam Christi Londoniis, in religione. Henricus, filius imperatoris, Henrico patri suo successit, qui postea duxit Matildem, vix quinquennem, Henrici regis Anglorum filiam. Obiit Mauricius episcopus, inceptor Londoniensis ecclesiæ, cui [1] successit Ricardus de Beaumes. Rex autem [Henricus], pro eo quod inimicos suos suppeditavit, reddidit grates Deo, et apud Beccum veniens, cum [2] Anselmo archiepiscopo Cantuariensi quem ibidem invenit, concordatus est. Eodemque anno, factum est concilium magnum Londoniis in palatio regis, præsidente Anselmo, cui annuit rex, et statuit, ut ab eo tempore in reliquum numquam per donationem baculi pastoralis vel anuli quisquam de episcopatu vel abbatia per regem vel quamlibet laicam personam investiretur in Anglia; concedente etiam archiepiscopo, ut nullus ad prælationem electus, pro homagio quod regi faceret, consecratione suscepti honoris privaretur. Consecrati sunt episcopi, Willelmus Wintoniensis, Rogerus Sarisburiensis, Reimundus [3] Herefordensis, Willelmus Exoniensis, et Urbanus Bangornensis,[4] ab Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, apud Doroberniam, die Dominica iii. idus Augusti. Obiitque rex Scotorum Ædgarus, cui successit Alexander frater ejus.[5]

Henry V. emperor.

Reconciliation of Henry I. with S. Anselm.

Settlement of the question of investitures.

Alexander I. king of Scots.

Matt. Par. ii. 134.

Id. ii. 133.

Id. ii. 134.

[1] *cui . . . Beaumes*] not in E., which has "Mauricio successit "Ric. de Beumes" at the end of the chapter before the last paragraph. Here N. introduces a letter of Bp. Gundulf of Rochester, headed "Qualiter Gundulfus episcopus or- "dinavit exhennium sibi et suc- "cessoribus suis singulis annis "deferendum," followed by other extracts from the Vita Gundulfi.

[2] *cum . . . invenit*] A. arch. Cant. ibidem invenit et cum eo, E.

[3] An error for Reinelmus.

[4] An error for Glammorganensis (Llandaff).

[5] There are in N. further extracts from the Vita Gundulfi (Wharton, A. S. ii. 271).

Girardo Archiepiscopo Eboracensi mortuo Thomas successit. A.D. 1108.

Matt. Par. ii. 135. Anno gratiæ MCVIII°. Nonas Aprilis obiit Philippus rex Francorum, cui successit Lodowicus filius ejus. Obiit etiam — Louis VI.

Id. ii. 134. Girardus, archiepiscopus Eboracensis, cui successit Thomas. — Thomas, abp. of York.

Id. ii. 135. Eodem anno Ricardus de Beaumes, Londoniensis electus, consecratur ab Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, apud Pageham, multis suffraganeis episcopis præsentibus. — R. de Beaumes, bp. of London.

MS. Re., from Flor. Wig. [Eodem tempore Henricus rex jussit ut qui cum furto deprehensus esset suspenderetur.]

Obiit Anselmus Cantuariensis archiepiscopus.

Matt. Par. ii. 136. Anno gratiæ MCIX°. Missi [1] sunt ab Henrico imperatore Romano nuncii, mole corporis et cultus splendoribus excellentes, filiam regis Anglorum Henrici in domini sui conjugium postulantes; a quibus rex Henricus accepit — Betrothal of Matilda to Henry V.

Id. ii. 135. sacramenta. Eodem anno,[1] septimo kal. Maii, obiit nobilis Cantuariensis Anselmus antistes, qui [2] scripsit multa me- — Death of S. Anselm.

Id. ii. 136. moriæ digna. Rex Henricus abbatiam Elyensem in episcopalem sedem commutavit, Herveumque ibidem fecit episcopum ordinari. Eodem anno convenerunt, rege jubente, Londoniis in ecclesia beati Pauli, Ricardus Londoniensis, Willelmus Wintoniensis, Radulphus Rofensis, Herebertus Norwicensis, Radulphus Cicestrensis, Ranulphus Dunelmensis, et Herveus Bangoriensis episcopi v. kalend. Julii, ad consecrationem Thomæ Eboracensis electi; ubi ecclesiæ Cantuariensi et archiepiscopis ejus catholice ordinatis facta canonica obedientia, consecratus est. Et hoc anno fuit dies Paschæ [scilicet] die sancti Marci [evangelistæ]. Obiit [3] Hugo abbas Cluniacensis, et successit Pontius. — See of Ely founded. — Consecration of Thomas abp. of York. — Abbats of Cluny.

Translatus est sanctus Oswinus rex et martir apud Thinemue.

Matt. Par. ii. 138. Anno gratiæ MCX°. Quarto idus Aprilis, rex Henricus dedit filiam suam Matildam imperatori Alemanniæ Henrico.

Id. ii. 137. Luna [vero] visa est quasi extincta. Translatus est sanctus rex

Marriage of Matilda. Translation of S. Oswine.

[1–1] *Missi . . . . . anno*] not in E. N.

[2] *qui . . . . digna*] not in E.

[3] *Obiit . . . . Pontius*] not in E.

A.D. 1110. Death of S. Godric. Comet. Beyrout taken.

et martir Oswinus apud Thinemue. Eodemque [1] anno, sanctus Godricus vitam inchoavit heremiticam, qui, illam per annos lx. laudabiliter continuans, migravit feliciter ad Dominum. Hoc etiam anno cometa apparuit more insolito; nam cum ab Oriente surgens in firmamentum ascendisset, non progredi sed regredi videbatur. Eodem vero [2] tempore rex Jerusalem Baldewinus Beritum, civitatem Phenicis regionis maritimam, potenter subjugatam, catholicæ fidei mancipavit. Matt. Par. ii. 138.

Henricus rex Theutonicorum tenuit Papam in custodia.

Famine in Normandy. P. Paschal II. imprisoned. Anjou ravaged.

Anno gratiæ MCXI°. Quarto nonas Aprilis mortalitas animalium nimia incepit et fames maxima in Normannia. Henricus rex Theutonicus Paschalem papam in custodiam posuit. Rex Anglorum Henricus, pergens in Normanniam, contra comitem Andegavensem, qui Cenomanniam eo tenebat invito, guerram contra eum ferro simul et incendio constanter exercuit. Id. ii. 138.

Orta est contentio inter Papam et imperatorem.

Mortality. Quarrel between P. Paschal II. and Henry V. on investitures.

Anno gratiæ MCXII°. Mortalitas hominum maxima [fuit]. Hoc quoque anno orta est contentio magna inter Papam Paschalem et imperatorem Henricum. Imperator voluit uti privilegio antecessorum suorum, habito annis trecentis sub pontificibus Romanis lx., qui licite dederant episcopatus et abbatias per baculum pastoralem et anulum, quod injustum censebat papa, e contrario imperator, et adversabantur proterve. Tandem tamen [3] facta est pax inter eos, ita [4] scilicet ut episcopi deinceps et abbates institutionem accipiant ab imperatore et suis successoribus per virgam [5] et anulum, et post faciant [6] [papæ vel] episcopo canonicam obedientiam, et consecrationem accipiant consuetam. Acta vero sunt hæc ante altare Apostolorum Petri et Pauli, in conspectu omnium astantium, et sic dominus papa dedit ipsi [7] absoluto imperatori Christi corpus. Obüt autem eodem Id. ii. 140.

---

[1] *que*] om. E.
[2] *vero*] om. E.
[3] *tamen*] om. E.
[4] *ita*] om. E.
[5] *virgam*] baculum, E.
[6] *faciant*] facient, E.
[7] *ipsi*] om. E.

Matt. Par. ii. 140.

anno Tancredus vir illustris, in actibus Jerosolimitanis[1] magnificus; fuit princeps Antiochiæ et comes Edissanus; cui successit Rogerus, filius Ricardi, vir nobilis, ea conditione, ut quandocunque Boamundus junior Anthiochiam reposceret, illi sine contradictione resignaret. A.D. 1112. Death of Tancred.

Rex Henricus dedit archiepiscopatum Radulfo,[2] episcopo Londoniensi.

Anno gratiæ MCXIIIº. Octavo idus Aprilis rex Anglorum Henricus duxit exercitum in Walliam, et Walenses subditi sunt ei ad libitum. Rex Henricus dedit archiepiscopatum Cantuariæ Radulfo,[2] Londoniensi[3] episcopo, et illum per anulum et baculum investivit. Obiit autem[4] eodem anno Thomas Eboracensis archiepiscopus, cui Thurstanus successit. Orta est etiam inter Radulfum[5] Cantuariensem et Thurstanum Eboracensem archiepiscopos magna dissensio, eo quod Eboracensis subici noluit archiepiscopo Cantuariensi sicut ejus antecessores facere solebant. Causa autem sæpe coram rege et domino papa ventilata est, sed nondum fine debito terminata. Eodem anno, mense Maio, cometa ingens apparuit, et post paululum terræmotus partem urbis Manistre[6] prostravit, non longe ab Antiochia, cum duobus castellis, Triphalech scilicet et Mariscum.[7] Rex Jerusalem Baldewinus et Menduc Persarum princeps in quodam congressu bellico dum decertassent, victus Baldewinus vix fuga elapsus est. Ceciderunt in illo belli discrimine de Christianis equites triginta, pedites vero mille quingenti. Sed de se cruentam hostibus victoriam reddiderunt.

Wales reduced. Ralph abp. of Canterbury. Thurstan abp. of York. Comet. Defeat of Baldwin I. by Menduc.

MS. Re., from Flor. Wig. ii. 66.

[Hoc anno civitas Wigorniæ cum principali ecclesia comburitur xiii. kal. Julii.]

Worcester burnt.

---

[1] *Jerosolimitanis*] Jerosolimitane, MSS. exc. E.

[2] *Radulfo*] Ricardo, E.

[3] *Londoniensi*] sic MSS. for *Rofensi*; the error is repeated by Wendover and Paris. Lamb. has Roffensi.

[4] *autem eodem anno*] om. E.

[5] *Radulfum*] Ricardum, E.

[6] *Manistre*] Manif . . . (an erasure), Ch.; manifeste, A. T.; manifē, W.; manis, Cl.; *Messissé.*

[7] *Marash.*

A.D. 1114. *Juratur*[1] *fidelitas Willelmo, filio regis Henrici.*

Homage sworn to William.

Anno gratiæ MCXIV°. Rex Anglorum Henricus fecit omnes suæ potestatis magnates fidelitatem jurare Willelmo filio suo, quem pepererat[2] ei Matildis regina sua. Eodem [anno], mense Decembri, cælum repente rubens apparuit, ac si arderet, luna patiente eclipsim. Quarto quoque[3] kalend. Aprilis Tamisia exsiccata est, et mare per xii. miliaria duobus diebus. Radulfus episcopus Rofensis ad archiepiscopatum Cantuariensem eligitur vi. kalend. Maii. Dedicatur[4] ecclesia Cantuariæ. Cometa apparuit mense Maii. Matt. Par. ii. 141.

Lunar eclipse.

The Thames dried.

Ralph abp. of Canterbury.

Comet.

[Eodem anno Cicestria cum principali monasterio comburitur iii. non. Maii.] MS. Re., from Flor. Wig. ii. 67.

Chichester burnt.

[Prædictus vero Radulfus inter cætera bona quæ fecit ecclesiæ suæ Roffensi dedit duas casulas optimas, scilicet nigram ante et retro cum lista bruslatam,[5] et aliam quæ est cotidiana ad Missam majorem, et tres capas et albam pretiosam cum amictu lapidibus pretiosis inserto et stolam et phanum de alba purpura, et parvum feretrum ex una parte argenteum, et textum pulchrum deauratum, in quo vita et historia sancti Andreæ, et duo pallia ad pendendum. Dedit etiam decimam de Yfeld et Wennivale et de Dune.] MS. N.

Gifts of bp. Ralph to the church of Rochester.

Ifield, Wennivale, Dunkirk (Kent).

Consecratur Radulfus in Cantuariæ archiepiscopum. Idem eadem die alios episcopos consecrat.

Death of Mary countess of Boulogne.

Anno gratiæ MCXV°. Decimo[6] quarto kal. Maii obiit [Maria][7] comitissa Boloniæ. Consecratus est quoque Radulfus[8] Cantuariensis archiepiscopus ab Anselmo domini Southwark Annals. Matt. Par. ii. 142.

---

[1] The rubr. erased in Ch.

[2] *pepererat*] peperit, E.

[3] *quoque*] om. E.

[4] *Dedicatur ecclesia Cant.*] not in E.

[5] *bruslatam*] bruslatatam, N.

[6] *Decimo . . . Maii*] om. E.

[7] Mary, daughter of Malcolm III. of Scotland, wife of Eustace III., Count of Boulogne. The Southwark Annals give ii. kal. Jun. for the date of her death.

[8] *Radulphus Cantuariensis*] erased in Ch. and Thurstanus Eborum written over it; E. om. *quoque*. Lefstanus, Re. T. W. Lamb.; so A., with Radulphus in the margin.

Matt. Par. ii. 142. Papæ legato, quinto kal. Julii, et pallium ab eodem suscepit. A.D. 1115.
Et eodem die idem archiepiscopus [Cantuariæ] Theofum Wigorniensem et Bernardum Menevensem antistites consecravit. [Obiit Lofstan domesman, et jacet apud Bermudeseye.]

Bishops of Worcester and St. David's.

MS. E.

MS. Re. [Hoc videlicet anno Alboldus prior Sancti Nichasi de Mollent[1] factus est abbas Sancti Eadmundi.]

Albold, abbat of S. Edmundsbury.

MS. N. [Consecratus est etiam Ernulfus abbas de Burgo in Roffensem episcopum, qui multa bona ecclesiæ suæ contulit. Inter cætera vero bona sua dedit ecclesiam de Hadenham et dimidiam hidam et unam hagham terræ, et ecclesiam de Codyntone et de Kingeseye.[2] Fecit etiam dormitorium, capitulum, refectorium. Et fecit fieri casulam principalem cum arbore de auro bruslatam et capam principalem cum skillis argenteis et albam cum amictu lapidibus pretiosis inserto, et stolam et fanum de albo purpura et duas casulas, scilicet nigram cum cassello super humeros de auro bruslatam et aliam de viridi samith, et tunicam epistolariam violaciam similem casulæ principali, et textum cum evangeliis et lectionibus in principalibus diebus et Missalem et benedictionale et capitulare, et duo candelabra argentea deaurata et nobili opere constructa, et ampullam vinariam ad Missas argenteam et deauratam, et dalmaticam principalem et alias duas de albo serico, et ciphum cum operculo de mazre qui servit ad principalem mensam in refectorio. Dedit etiam turribulum argenteum et in tabula argentea ante majus altare accrevit duas lictas de emalo. Item duas tunicas violacias et duas rubias. Et notandum quod non est aliquis monachus de Anglia natus, postea factus episcopus in ecclesia Roffensi, qui possit annotari inter benefactores ecclesiæ suæ nisi Ernulfus.]

Gifts of bp. Ernulf to Rochester.

[1] S. Nicaise de Meulent, a priory in Chartres diocese.

[2] Haddenham, Cuddington, and Kingsey (Bucks), all still in the patronage of the Dean and Chapter of Rochester.

A.D. 1116. *Dedicatur magnifice ecclesia sancti Albani, Anglorum prothomartyris.*

Rouen burnt. Dedication of S. Alban's.

Anno gratiæ MCXVI°. Urbs Rothomagensis pæne tota est[1] combusta. Et[2] eodem anno, præsente rege Henrico et regina ejus Robertoque Lincolniensi episcopo cum multis aliis episcopis, die sanctorum Innocentium, dedicata est magnifice ecclesia sancti Albani, Anglorum prothomartyris, quam[3] construxit Offa rex multisque opibus ditavit. Hic est Offa qui primum dedit vicario beati Petri redditum statutum quod vocatur Romescot de singulis domibus. Dedicata est prædicta ecclesia[3] a venerabili viro, Gaufrido Rothomagensi archiepiscopo, sub abbate ejusdem loci Ricardo. Rex autem, et regina cum[4] archiepiscoporum, episcoporum, comitum, baronum, et aliorum nobilium multitudine ibidem natalitios dies,[5] cum omni hillaritate et gaudio, cum prædicto abbate continue celebrarunt. Eodem anno mota est discordia magna[6] inter reges Franciæ [et Angliæ], per Theobaldum, comitem Blesentium. Anno etiam[7] ipso, pro necessitate regii status, Anglia fuit variis exactionibus depressa, et multiformiter bonis suis, non sine peccato, spoliata. Matt. Par. ii. 142.

War between Henry I. and Louis VI. Exactions in England.

Id. ii. 143.

Variæ fiunt et terribiles aeris commotiones.

Storms and earthquake. Merton first inhabited. Death of S. Ivo of Chartres.

Anno gratiæ MCXVII°. Kalend. Novembris nimia choruscatio, tonitrus, et grando genus humanum perterruit. Terra quoque mota est, et luna versa in sanguinem iii. idus Decembris. Utrumque media nocte contigit. Robertus [primus] prior, cum paucis fratribus, locum Merotoniæ primo inhabitare cœpit. Eodem anno venerabilis vitæ vir Yvo, Carnotensis antistes, in sacris scripturis ad plenum eruditus et[8] doctor egregius, diem clausit extremum. Southwark Annals. Matt. Par. ii. 143.

---

[1] *est*] om. Ch. A.
[2] *Et*] om. E. and ejus below.
[3-3] *quam . . . ecclesia*] not in E.
[4] *cum*] et, Ch. E. W.; A. has been altered.
[5] *dies*] die, Ch. A.
[6] *magna*] om. E.
[7] *etiam*] om. E.
[8] *et*] om. E.

Obierunt Paschasius papa, Baldewinus rex Jerusalem, et Matildis regina. A.D. 1118.

Matt. Par. ii. 144. Anno gratiæ MCXVIII°. Obiit Matillis secunda,[1] regina Anglorum, uxor Henrici regis, mater imperatricis, et sepulta est apud Westmonasterium;[2] de cujus bonitate et morum probitate dicere per singula si volumus, dies deficiet; cujus animæ misereatur Altissimus. Eodemque anno obierunt Baldewinus rex Jerusalem et Paschalis papa; Paschali[3] autem successit Gelasius. Hic incepit ordo templariorum sic, quidam viri nobiles de equestri ordine, timentes Deum, in manus patriarchæ Jerosolimitani Christi se servitio mancipantes, in castitate, et obedientia, propriæ voluntati renunciantes, vivere professi sunt.

Death of Q. Matilda.

Id. ii. 143.

Deaths of Baldwin I. and Paschal II.

Id. ii. 144.

Origin of the order of Templars.

Successit Calixtus Papa. Lodowicus rex Francorum et Henricus rex Angliæ conflixerunt.

Southwark Annals. Anno gratiæ MCXIX°. Tertio kalend. Aprilis obiit Gelasius papa apud Cluniacum, cui successit Calixtus quarto idus Januarii. Obiit Petreius,[4] prior Beremundesheie primus.

Calixtus II.

Matt. Par. ii. 147. Eodemque[5] anno rex Henricus, videlicet XIX° anno regni sui, pugnavit contra regem Francorum gloriose. Rex vero Henricus in prima acie proceres[6] suos constituerat. In secunda cum familia propria eques ipse residebat. In tertia filios suos cum summis viribus pedites collocaverat. Sed prima acies Henrici regis et secunda statim dispersa est. Acies itaque regales offenderunt se invicem et acerrime pug-

Battle between Henry I. and Louis VI.

---

[1] *secunda*] erased in Ch. The word comes from the Southwark Annals. Matillis . . . Jerusalem is not in F.

[2] *Westmonasterium*] Wintoniam, W.

[3] *Paschali autem*] cui, E. The name is altered from Paschasius in Ch.; Paschasio, MSS. exc. E.

[4] *Petreius*] Petrus, E.

[5] *Eodemque . . . mancipati* (p. 48)] for this E. has: "Eodem "anno commissum est campestre "prælium inter Lodowicum regem "Francorum et Henricum regem "Anglorum, in quo conflictu "gravissimo rex Henricus bis "percussus est in capite, ut quam-"vis bene muniretur lorica et "galea, tamen pondere ictus vali-"dissimi ita attonitus est, ut cum "difficultate diurna sanatus. Tan-"dem illi cessit victoria, et per-"cussorem suum prostratum cepit, "et captum carceri mancipavit."

[6] *proceres*] proceros, Ch. Cl. Re. T.; A. has been altered.

A.D. 1119. natum est utrimque. Dum hastæ franguntur gladiis res agitur. Willelmus Crispinus miles fortissimus Henrici regis caput bis gladio percussit. Cumque lorica magnitudine ictuum aliquantulum capiti regis inserta esset, ut sanguis prorumperet, commotus percussorem suum repercussit, et equum et equitem viriliter prostravit. Et mox Franci terga dederunt. Rex autem Henricus victoriæ perstitit in campo, donec optimates capti ante pedes ejus sunt positi et carceri mancipati. Eodem etiam[1] anno Ricardus de Albineto, nobilis abbas Sancti Albani, diem clausit extremum, cujus actus laudabiles speciales exigerent[2] tractatus. Obiit et Herebertus Norwicensis antistes, vita et morte præclarus. [Willelmus monachus Malmesberiensis cronica sua huc usque digessit.] Eo anno papa Calixtus venit in Normanniam ad regem Henricum, et collocuti sunt diu apud Gisortium rex maximus et summus sacerdos. [Hoc anno inceptum est monasterium de Ledes a Roberto de Crepito Corde, et positi sunt in eo canonici regulares.]

Matt. Par. ii. 147.

Victory of Henry I.

Death of Richard, abbat of S. Alban's.

Id. ii. 148.

MS. Cl.

P. Calixtus II. in Normandy.

Matt. Par. ii. 148.

Ledes Priory (Kent) founded by Robert de Crevecœur.

MS. N.

Willelmus et Ricardus, filii regis Henrici, et ejus neptis submersi sunt.

Anno gratiæ MCXX°. Decimo quarto kalend. Aprilis bis venit lumen ad sepulcrum Domini. Ipso[3] etiam eodem anno rex Henricus, omnibus domitis, et cunctis in Normannia pro voto dispositis, ne læta impermixta tristibus in hoc mundo eveniant, cum gaudenter in Angliam velificaret, filii ejus, Willelmus et Ricardus, et filia[4] ejus, ac neptis,[5] Ricardus quoque Consul Cestrensis, dapiferi, camerarii, pincernæ regis, ac multi proceres cum eis, in mari naufragium pertulerunt, et vii° kalend. Decembris miseri, nec tamen miserabiles, submersi perierunt. In vita enim sua in libidinem fluxerant enormem. Unde creditur, eos enormiter in mari tranquillissimo vitam in puncto terminasse. [Hoc anno cœpit ordo Præmonasterii.]

Matt. Par. ii. 149.

William, son of Henry I., and others drowned.

Id. ii. 148.

Order of Prémontré.

MS. Cl.

[1] *etiam*] om. E.; Ch. has (later) in the margin, "Apud Radingum "ceperunt esse monachi."

[2] *exigerent*] exigeret, MSS.

[3] *Ipso etiam*] om. E.

[4] Matilda, countess of Perche.

[5] Matilda of Blois.

Athelicia desponsata est regi Henrico [Angliæ]. A.D. 1121.

Matt. Par. ii. 149. Anno gratiæ MCXXI°. Rex Henricus iv. idus Aprilis [duxit] Atheliciam ducis Lovaniæ filiam, causa[1] pulchritudinis et excellentis decoris sui, quæ a Radulfo Cantuariensi archiepiscopo sollempniter in reginam est consecrata Londoniis in Pentecoste; cum rege resedit ad mensam magnifice coronata. Marriage of Henry I. and Adelais of Louvain.

Inde autem, cum rex ad Walliam tenderet, Walenses ei simpliciter[2] obviantes concordati sunt cum[3] ipso, juxta magnificentiam suæ voluntatis. Submission of the Welsh.

MS. Cl. [Eodem anno Eborardus episcopus Norwicensis consecratus est.] Eborard bp. of Norwich.

Matt. Par. ii. 149. Eodem anno papa Calixtus Mauricium quendam, quem Henricus imperator antipapam constituerat, cepit, et eundem monachum ordinavit. Luna hoc anno obtenebrata est. Apud Radingum monachi ordinem monasticum inceperunt observare, sub regula sancti Benedicti. The Anti-Pope Maurice. Monks at Reading.

Obiit archiepiscopus Cantuariensis Radulfus, cui successit Willelmus.

Id. Anno gratiæ MCXXII°. Radulfus Cantuariensis archiepiscopus et Johannes Bathoniensis antistes humanæ naturæ debita persolverunt. William of Corbueil abp. of Canterbury.

Diceto, i. 244. Radulfo vero successit Willelmus de Curboil in archiepiscopatum Cantuariæ. Et eodem tempore

Matt. Par. ii. 149. Balac Admirabilis cepit Jocelinum, comitem Edessanum, et ejus consanguineum Galerannum.[4] Joscelin of Edessa and Waleran de Puisay captured.

Normannia inexpugnabilibus castris roboratur.

Anno MCXXIII°. Decimo septimo kalend. Maii Hugo, prior de sancto Pancratio, efficitur abbas de Radingo. Hugh abbat of Reading.

Id. Sol[5] similis factus est novæ lunæ. Eodemque[6] anno rex Anglorum Henricus ad natale Domini curiam suam tenuit apud Dunestapliam, ducens secum, ut moris est, Henry I. at Dunstable.

---

[1] *causa*] cause, Ch.; A. has been altered.

[2] *simpliciter*] sic MSS.; supplici-ter, Par.

[3] *cum*] om. E.

[4] *Galerannum*] om. T.

[5] Probably introduced from the next year.

[6] *Eodemque anno*] Eodem tempore, E.

A.D. 1123. Death of Ranulph the chancellor.

suum cancellarium, scilicet Ranulfum, cui tantum[1] cura fuit[2] substantias hominum diripere. Ipse vero obiter[3] de equo corruens miseram vitam terminavit. Eoque tempore Robertus Lincolniensis episcopus[4] obiit, cui successit Alexander. Firmatur turris Rothomagensis et muro cingitur; roboratur turris Cadomensis. Rex autem Henricus dedit archiepiscopatum Cantuariæ Willelmo de Corboil, priori de Chicche, et episcopatum Bathoniæ Godefrido, capellano reginæ. Castra etiam de Archis, de Gisortio, de Falesia, de Argentomio, de Damfronte, de Oximo, de Ambrecas, de Waverle,[5] de Vyra, et turris Vernonis a rege Henrico inexpugnabiliter communita fuerunt. Castrum quoque Roberti[6] de Mulent, qui a rege seditiose recesserat, capitur ab eodem Henrico. Rex quoque Jerusalem Baldewinus captus est a Balac, principe Turcorum. Matt. Par. ii. 149.

Castles in Normandy fortified.

[Pont-Audemer] taken.

Baldwin II. captured.

[Eo tempore cœpit ecclesia sancti Bartholomæi ædificari in suburbio Londoniensi a Rachero, quondam primo priore ejusdem ecclesiæ.] MS. E.

S. Bartholomew's, London, built by Rahere.

[Eodem anno Willelmus Cantuariensis archiepiscopus Romam petit pro pallio, comitante Anselmo abbate Sancti Eadmundi.] MS. Re. from Cont. Flor. Wig. ii. 78.

[Eodem anno Ernulfus Roffensis episcopus obiit, cui successit Johannes primus, qui dedit ecclesiam de Frendesbery[7] cum capella de Strodes.[8] Dedit etiam casulam et albam paratam et amictum cum lapidibus et stolam et phanum et tapetum majorem et crucem cum pede de argento. Transtulit corpus Ythamari episcopi. Incepit etiam plura bona facere, sed non permansit in suo robore. Nam melius bonum non incipere quam post inceptum retrorsum ire.] MS. N.

Gifts of bp. John I. to Rochester.

Tyrus Syriæ metropolis Christianis est restituta.

P. Honorius II.

Anno gratiæ MCXXIV°. Octavo idus Aprilis obiit Calixtus papa, successit Honorius. Sol similis visus est Matt. Par. ii. 151.

[1] *tantum*] tandem, W.
[2] *fuit*] om. Ch.; inserted in A.
[3] *obiter*] om. E.
[4] *episcopus*] om. E.
[5] *Waverle*] sic MSS., a blunder for Waverei, *Gavrai*.
[6] *Roberti*] an error for Waleranni. See Matt. Par. ii. 150, n. [5], 151, n. [4].
[7] Frindsbury (Kent).
[8] Strood (Kent).

Matt. Par. ii. 151. novæ lunæ. Justicia de monetariis fit apud Wintoniam. A.D. 1124. Robertus de Muslent, comes, associatis sibi Hugone de Muntfort, sororio suo, et Hugone de Muntfort,[1] Gervasii filio, hostiliter Normanniam intravit. Willelmus vero de Tankervilla, contra eum decertans, cepit eos, et captos regi Henrico præsentavit. Eodem anno defuncti sunt Theophus [Wigorniensis] et Arnulphus Rofensis, episcopi. Eodemque anno Tyrus, Syriæ metropolis, a Michaele duce Venetiæ obsidione vallata est, tam per mare quam per terras, adjuvantibus principibus Jerosolimorum ducem unanimiter v. kalend. Martii; et iii. kalend. Julii capta est, et Christianitati fideliter[2] restituta. Rex quoque Baldewinus, qui captivus tenebatur a Balac principe[3] Turcorum, datis obsidibus, a vinculis liberatus est, et ad propria remeavit.

Eclipse. Capture of [Waleran] de Mellent. Tyre taken. Baldwin II. released.

MS. Cl. [Eodem anno rex fecit omnes milites Angliæ comas abscidere ad morem Francorum, qui ante longas ut[4] mulieres habebant.]

Regulations as to soldiers' hair.

Celebratur concilium Londoniis sub Johanne cardinali.

Matt. Par. ii. 151. Anno gratiæ MCXXV°. Quarto kalend. Aprilis Johannes de Cromonio cardinalis concilium celebravit Londoniis. Hoc

John of Crema.

Southwark Annals. quoque anno fuit fames valida. Obiit quoque Gilebertus fundator Meretoniæ. Dictus Johannes, qui in concilio omnes concubinarios sacerdotes maxime dampnaverat, in eodem vicio deprehensus, vicium excusavit, eo quod fuit, ut dixit, non sacerdos, sed corrector[5] vel correptor sacer-

Death of Gilbert, founder of Merton.

Id. ii. 152. dotum. Rex quoque Henricus dedit Symoni, clerico reginæ, Wigorniensem, Johanni archidiacono Cantuariensi Rofensem, Sifredo abbati Glastoniensi Cicestriæ præsulatum. Eoque anno obiit rex Scotorum Alexander, cui successit frater ejus David, vir magnæ sanctitatis et munificentiæ. Rex quoque Jerusalem Baldewinus, contra Turcos dimicans, de gravissimo prælio feliciter triumphavit.

New bishops. David I. king of Scotland. Victory of Baldwin II.

---

[1] Sic MSS.

[2] *fideliter*] feliciter, E., as Matt. Par.

[3] *principe*] om. Ch. A. T.

[4] *ut . . . habebant*] so Cl. in the margin; the text has *utuntur*.

[5] *corrector vel*] om. E.

A.D. 1125. Richere a. of St. Benet Holme.

[Eodem[1] anno Richerus abbas hujus[2] loci ex hac vita migravit.] MS. Re.

Obiit Henricus, Romanorum imperator. Comes Flandriæ exhæredatur.

Lothair II. emperor.

Anno gratiæ MCXXVI°. Tertio idus Aprilis obiit Henricus imperator, qui[3] duxerat Matildam filiam regis Henrici Anglorum, cui succedens Lotharius, annis xii. imperavit postea. R. de Monte, i. 171. Matt. Par. ii. 153.

The empress Matilda returns to Henry I.

Tunc imperatrix Matildis, ad patrem suum [regem] Henricum reversa, habitavit in thalamo suo cum regina, quam[4] cum vellent animo libenti in patria illa retinere ut dominam, noluit. Diligebat enim eam rex valde, quia unicam illam habebat hæredem. Et circa festum sancti Michaelis rediens in Angliam, duxit secum filiam suam tanto viro viduatam. R. de Monte, i. 173. Matt. Par. ii. 153.

Homage done to her.

Et continuo jussu regis omnes Angliæ et Normanniæ optimates illi adjurati sunt, et primus omnium comes Bononiæ Stephanus, ex Adala sorore regis et Blesentiæ comite generatus.

Imperatrix Matildis nupsit comiti Andegaviæ.

Matilda married to Geoffrey of Anjou.

Anno gratiæ MCXXVII°. Tertio nonas Aprilis rex[5] Henricus misit filiam suam imperatricem desponsandam Galfrido Plantegenest, filio Fulconis consulis Andegavensis et regis Jerusalem, de qua idem Galfridus genuit Henricum postea regem, Galfridum, et Willelmum. Robert de Monte, i. 174.

Gilbert bp. of London.

Obiit Ricardus Londoniensis episcopus, cui successit Gilebertus universalis. Id. ii. 154.

Fulk V. of Anjou goes to Jerusalem.

Eodem anno comes Andegaviæ, sine spe revertendi, Jerosolimam adiit. Rex autem Henricus cum curiam suam ad[6] natale Domini apud Windeshores sollempniter teneret, ibique Thurstanus Eboracensis in præ- Id. ii. 153.

---

[1] Re. mentions the emperor's death, and the empress's return, though given again in the next year.

[2] i.e., S. Benet Holme, where this MS. was written.

[3] *qui . . Anglorum*] not in E.

[4] *quam . . . noluit*] not in E.

[5] *rex . . . Willelmum*] Galfridus Plantegenet, comes Andegaviæ, duxit Matildem imperatricem, E.

[6] *ad natale Domini*] om. E.

Matt. Par. ii. 153. judicium Willelmi Cantuariensis archiepiscopi regi coronam præsumpsit imponere, communi judicio repulsus est, et baculus [1] suæ crucis, quam in capella regis temerarie exaltaverat, ejectus est. A.D. 1127. The archbishop of York's claims rejected at Windsor.

MSS. Cl. Re. (under 1128). [Eodem anno rex Henricus fecit omnes milites Angliæ crines suos ad justum modum recondi, qui prius longitudine capillorum cum feminis certabant.] Military regulations of Henry I.

MS. Re. [Hoc anno comes Flandrensis Karolus est occisus. Et eodem quippe anno Conradus abbas hujus loci ex hoc mundo migravit ad Christum.] Deaths of Charles count of Flanders and Conrad abbat of S. Benet Holme.

Obiit Willelmus comes Flandriæ. Rex Francorum Lodowicus cessit regi Henrico.

Matt. Par. ii. 155. Anno gratiæ MCXXVIII°. Henricus [2] rex perrexit hostiliter in Franciam, quia rex Francorum tuebatur nepotem suum et hostem, scilicet Willelmum comitem Flandrensem, filium Roberti ducis. Perhendinans autem apud Espalum viii. diebus tam secure ac si in regno suo esset, compulit regem Lodowicum nepoti sua auxilia non ferre.[2] Willelmus nobilissimus [3] comes Flandriæ, filius Roberti comitis Normanniæ, miles [4] incomparabilis, [post superatam pæne Flandrensium ineffabilem nequitiam dum quoddam castrum [5] in terra ducis de Loveine obsedisset, in dextra manu lancea percussus], vi. kal. Augusti interfectus [6] est. Eodem anno Ranulphus Dunelmensis et Willelmus Wintoniensis episcopi obierunt. Henry I. in France. At Epernon. Death of William count of Flanders.

R. de Monte, i. 175. Cf. Matt. Par. ii. 155. Id. ii. 156.

MS. Re. [Magister Hugo de S. Victore cronica sua huc usque scripsit.] Hugo of S. Victor.

MS. Lamb. Abridged from Matt. Par. ii. 144. [Eodem anno confirmatus est ordo militiæ Templariorum ab Honorio Papa sedente in concilio et a Stephano Jeroso- The Templars.

---

[1] *baculus*] sic MSS. for bajulus: Paris has *lator*.

[2–2] For this E. has, after the next sentence, "Eodem anno rex "Anglorum Henricus hostiliter "in manu forti perrexit in Fran- "ciam eo quod rex Francorum "Lodowicus tuebatur comitem "Flandriæ nepotem regis et hos- "tem. Coegit autem regem in "brevi auxilium comiti denegare."

[3] *nobilissimus*] om. E.

[4] *miles incomparabilis*] om. E.

[5] Alost. See the note [6] on Matt. Par. ii. 155.

[6] *interfectus est*] occubuit, E.

A.D. 1128. limitano Patriarcha ibidem existente in festo Sancti Hillarii, videlicet et ab inchoatione prædictæ militiæ ix. anno.]

Obiit Honorius papa, successit Innocentius; obiit et Philippus rex Francorum.

P. Innocent II. Henry bp. of Winchester.

Anno gratiæ MCXXIX°. Obiit Honorius papa, successit Innocentius.[1] Obiit quoque Willelmus episcopus Wintoniæ; successit Henricus abbas Glastingensis qui fuit nepos Henrici regis. Eodemque anno Philippus filius regis Francorum, qui nuper, patre defuncto, diademate fuerat insignitus, dum equum ludens agitaret, obvium forte porcum invenit. Cumque pedes equi currentis offenderet, cecidit rex novus in terram, et fractis cervicibus exspiravit. Ecce[2] quanta celsitudo, quam leviter et quam cito adnihilata est. Sol in tenebras, et dies versus est in noctem per horam fere dimidiam, et stellæ apparuerunt.[2]

Matt. Par. ii. 156.

Death of Philip, son of Louis VI.

R. de Monte, i. 186 (a. 1131).

Council in London.

[Hic autem rex Henricus tenuit magnum concilium Londoniis de uxoribus sacerdotum prohibendis, et erant ibi omnes episcopi Angliæ.]

MS. Lamb. from Matt. Par. ii. 156.

Frater Philippi Francorum regis coronatur, Lodowicus.

Dedication of Ch. Ch. Canterbury.

Anno gratia MCXXX°. Dedicatur ecclesia Christi Cantuariæ. Hugo abbas Radingiæ ad archiepiscopatum Rothomagensem eligitur. Obiit Algodus, primus prior sanctæ Mariæ de Suwerc; successit Algarus. Innocentius papa ad partes Cisalpinas se transtulit, expulsus ab æmuli sui parentibus. Qui veniens in Galliam, apud Carnotum a rege Henrico honorifice susceptus est,[3] et iterum in Rothomago, ubi ab omnibus est Papa acclamatus, regeque Henrico procurante, Lodowicum fratrem Philippi Francorum regis, jam defuncti, Remis coronavit in regem.

Matt. Par. ii. 157.

Reception of Innocent II. by Henry I. at Chartres.

Southwark Annals, Matt. Par. ii. 157.

---

[1] E. adds primus; Ch. ii. later.

[2–2] *Ecce . . . apparuerunt*] om. E.

[3] *est*] om. Ch. A. Cl. N.

Obiit[1] *Innocentius II., succedit Celestinus secundus. Obiit Boemundus princeps Antiochiæ.* A.D. 1131.

Matt. Par. ii. 157. Anno gratiæ MCXXXI°. Sinodus generalis habita est Remis. Synod at Rheims. Obiit Innocentius Papa; successit Innocentius secundus.[2] Dedicatur ecclesia Cluniacensis ab eodem Papa. Innocent II. Eodemque anno Rodoan Halapiæ princeps fines Antiochenos hostiliter ingressus, Boamundum Antiochiæ principem, sibi occurrentem, ut ipsum reprimeret, gladio confossum peremit. Cluny. Deaths of Bohemond II. P. of Antioch and Baldwin II. Rex Jerusalem Baldewinus, miles egregius, cum senuisset, vocatis ad se genero suo[3] et filia et filio eorum nomine Baldewino, regni curam et plenam tradidit potestatem. Quibus dispositis, Deo spiritum tradidit.

MS. Re. [Obiit Herveus primus episcopus Eliensis; successit Nigellus.] Bishops of Ely.

Natus est Henricus. Constituitur episcopatus Carleoli.

Matt. Par. ii. 158. Anno gratiæ MCXXXII°. Tertio idus Aprilis Londoniarum civitas pæne tota combusta est. London burnt. Rex Henricus novum fecit episcopatum apud Carleolum, in limbo Angliæ et Galwalliæ, et posuit ibi primum episcopum, nomine Æthelwlphum, sancti Oswaldi priorem, cui peccata sua solebat confiteri. See of Carlisle founded. Eodem anno, natus est Galfrido, comiti Andegavensi, ex filia regis Henrici filius, et vocatus est Henricus. Birth of Henry II. Eodem tempore obiit Cestrensis episcopus.[4]

MS. N. [Eodem anno facta est abbatia de Waverle et de Fontibus et de Revale Cisterciensis ordinis.] Cistercian abbeys founded.

Post nativitatem Henrici tenebræ horribiles factæ sunt [*in Anglia*].

Matt. Par. ii. 159. Anno gratiæ MCXXXIII°. Interfecti sunt omnes milites de Templo. Slaughter of the Templars. Nato quoque Henrico, primogenito Galfridi Plantegenest et Matildis imperatricis, tenebræ factæ sunt in

[1] The rubr. in Ch. was *Obiit Innocentius I. succedit Innocentius II.*; it is corrected in the margin as above. E. has the incorrect reading.

[2] *secundus*] om. T. W. The clause is marked *vacat* in Cl.

[3] Fulk of Anjou and Melisent.

[4] Robert Peche.

A.D. 1133. Eclipse and earthquake. Birth of Geoffrey Plantagenet. New bishops.

Anglia, et terra mota est, et sol similis[1] tertiæ lunæ, id est eclipsis terribilis. Rex Henricus extremo transfretavit, et manum sancti Jacobi misit Radingum. Matildis imperatrix peperit alterum filium, quem vocavit Galfridum. Unde rex Henricus, in Normanniam transiens, moratus est ibi præ gaudio nepotum. Eodemque tempore defuncti sunt Landavensis et Londoniensis episcopi, transalpinantes. Defuncto Herveo, Elyensi episcopo, dedit rex episcopatum Nigello, et Dunelmensem Galfrido cancellario. Matt. Par. ii. 159.

Obiit Robertus Curtheuse, dux Normanniæ, in carcere regis.

Death of Robert of Normandy.

Anno gratiæ MCXXXIV°. Obiit Robertus Curthuse, frater regis, in custodia, qua tenebatur, tædio vitæ, et oculorum lumine privatus. Nimis enim eum absorbuit tristitia. Sic enim mortuus est. Contigit quod rex, cum de more consuevit, robam ei misit ex scarleto. Sed rex prius induit capam, et invenit caputium arctum, et ait, "Tolle, "detur hæc capa fratri meo, qui habet caput minus "meo." Et cum daretur illa secundum præceptum regis Roberto, et[2] minister incautus, cum interrogaretur, si aliquis eam prius induisset, ait, "etiam," et acta retulit. Et ait Robertus, "Nunc nimis miseram "vitam protelavi, ex quo rex injuriosus mihi[3] abjecto "veteres mihi panniculos transmittit,"[4] Nec voluit ex eo tempore cibum sumere, et tabescens in semetipso mente et corpore, expiravit, et[5] apud Gloverniam accepit sepulturam. Matt. Par. ii. 160.

Death of W. Basset, abbat of S. Benet Holme.

[Eodem utique anno Willelmus cognomento Basset, abbas hujus monasterii, ex hoc sæculo ad gaudium decessit sempiternum.[6]] MS. Re.

---

[1] E. ins. *est* and om. *tertiæ*.
[2] *et*] om. E.
[3] *mihi*] om. E. T. W.
[4] *transmissit*] transmittat, E.
[5] *et . . . sepulturam*] om. N.
[6] Here Re. inserts the following curious passage :—

Non isto anno sed anno sequente, scilicet anno gratiæ MCXXXV., prima die Decembris obiit rex Henricus cum gloriose regnasset annis XXXV., mensibus iv., iv. diebus minus. Iste Henricus fuit filius Willelmi conquestoris cognomento Bastardi, qui Willelmus habuit quatuor filios et quinque filias, quarum una, Athalia nomine, nupsit comes Blesen-

MS. N. [Constructa est abbatia de Quareria et de Cumbremere et de Stratford.] A.D. 1134. Abbeys of Quarrer, Combermere, Stratford Langthorne (Essex).

Obiit Henricus rex Anglorum. Coronatur Stephanus.[1]

Matt. Par. ii. 161. Anno gratiæ MCXXXV°. Obiit Henricus rex Anglorum, cum regnasset xxxv. annis ac tribus[2] mensibus iv. nonas Decembris apud[3] sanctum Dionisium in Silva leonum. Comedit enim carnes murenarum die antecedenti, contra consilium medicorum suorum. MS. Cl. [Henricus Huntendunensis archidiaconus hoc anno cronica sua terminat.] Hic[4] ut parva tangamus, monasterium Radingis, monasterium canonicorum apud Cirencestre, monasterium de Prato apud Rothomagum, monasterium de Mortuo mari, et multa alia præclara et laude digna, quæ[5] plenius in libro de vita ejus prænotantur, de dominio suo fecit.[4] Quam irrestaurabilem Angliæ ruinam præsignat ventus vehementissimus in vigilia [Apostolorum] Symonis et Judæ, turres, ædificia, arbores horribiliter qui subvertit.

Death of Henry I. Henry of Huntingdon. Foundations of Henry I. Tempest.

Id. ii. 162. Stephanus[6] vero nepos regis, comes Bononiæ, a Willelmo Cantuariensi archiepiscopo consecratus est in regem xi. kal. Coronation of Stephen.

---

sis; cujus filius fuit Stephanus qui regnavit post Henricum I. Nomina filiorum Robertus Curthose, Ricardus, Willelmus Ruffus, et Henricus Clericus; Ricardus juvenis obiit; Robertus fuit dux Normanniæ, Willelmus rex Angliæ post patrem suum, post quem Henricus I. Iste Henricus non habuit prolem nisi unam filiam, quæ vocata est Matildis, quæ nupsit filio imperatoris, unde vocata est imperatrix; perdito imperatore marito suo reversa est ad patrem suum. Quæ voluit occidere patrem suum, quod comperiens pater persecutus est eam, quæ fugiens nupsit comiti Andegavensi. Rex Henricus dedit Angliam Stephano nepoti suo, qui regnavit super eam. Matildis filia Henrici genuit filium qui vocatus est Henricus; et Stephanus rex Angliæ habuit filium nomine Eustachium. Matildis pugnavit contra Stephanum pro filio suo Henrico; et concordati sunt, ita quod Stephanus teneret regnum Angliæ in vita sua et postea descenderet ad Henricum filium ejus, pro qua concordia iratus Eustachius vita decesse.

[1] Ch. and E. have a picture of Stephen's coronation. So also W.; there is a blank space for it in A.

[2] *ac tribus*] altered to quatuor in Ch. and *diebus x.* interlined later. The date is from R. de Monte.

[3] *apud . . . leonum*] om E.

[4–4] *Hic . . . fecit*] om. E.

[5] *quæ . . . prænotantur*] qui . . . prænotatur, Ch. Re.; A. has been altered.

[6] Some of the MSS. have a rubrick here for Stephen's coronation.

A.D. 1135. S. Paul's burnt. Januarii Londoniis, scilicet xxii. die post mortem avunculi sui. Eodem anno, ecclesia sancti Pauli combusta est ab igne, qui accensus fuit ad pontem [Londoniarum] et [1] perrexit ad ecclesiam Danorum. Ad hanc dictam coronationem præsentes fuerunt tres episcopi, cum archiepiscopo Cantuariensi [2] Willelmo. Rex autem statim coronatus, thesaurum, quem avunculus suus congesserat, occupavit, scilicet centum milia libras, exceptis vasis aureis et argenteis et gemmis impreciabilibus. Die [autem] quo Stephanus applicuit, contra naturam hyemis [3] horrendum tonitruum cum fulgure horribili per totam terram [4] auditum est, ita ut [totus] mundus solvi putaretur. Corpus regium infra [5] xii. dies Natalis Domini de Normannia apud Radingum allatum est, [et] aromatibus conditum, et sepultum [6] ante altare in eadem ecclesia, quam ipse construxerat et ornamentis et possessionibus ditaverat. Interfuit ejus exsequiis Stephanus jam novus rex et Willelmus archiepiscopus Cantuariensis et alii proceres totius regni.

Matt. Par. ii. 162. Id. ii. 163. Malmesb. Hist. Nov. i. 12. Matt. Par. ii. 163. R. de Monte, i. 198.

Stephen seizes the royal treasures. Great storm. Burial of Henry I. at Reading.

Obiit[7] *Willelmus Cantuariensis archiepiscopus.*

Anno gratiæ MCXXXVI°. Obiit Willelmus Cantuariensis archiepiscopus. Henricus episcopus Wintoniensis abstulit manum sancti Jacobi de Radingo. Eadwardus [8] abbas ibidem efficitur. Eodem anno, post Pascha, comes Gloverniæ Robertus venit in Angliam, cujus prudentiam et potentiam rex Stephanus maxime verebatur. Post ejus adventum episcopi juraverunt fidelitatem regi, et rex juravit libertates ecclesiasticas et bonas leges se inviolabiliter observaturum, et inde cartam suam confecit; et comes Robertus similiter homagium sibi fecit sub conditione, scilicet si dignitatem suam integre sibi conservaret.

Matt. Par. ii. 164. Ann. Reading (p. 11, Liebermann). Matt. Par. ii. 164.

Death of archbp. William of Corbueil. Robert of Gloucester in England. Oath of Stephen. Homage to Stephen.

---

[1] *et*] qui, Cl. Re.
[2] *Cantuar. Will.*] om. E.
[3] *hyemis*] in hyeme, E.
[4] *terram*] Angliam, E.
[5] *infra . . . Domini*] not in E.
[6] *sepultum . . regni*] For this E. has "post tres menses solemp- " niter in eadem ecclesia, quam " ipse a fundamentis construxerat, " venerabilem sepulturam quam " vivus posuit, præsente rege Ste- " phano cum multis magnatibus " accepit."
[7] The rubrick erased in Ch.
[8] *Eadwardus . . . efficitur*] om. E.

Obiit Lodowicus rex Francorum. Rex Stephanus transfretavit. A.D. 1137.

Matt. Par. ii. 166.

Anno gratiæ MCXXXVII°. Obiit Lodowicus Grossus, rex Francorum, cui successit Lodowicus filius ejus, qui accepit filiam Willelmi, ducis Aquitanniæ, Alienoram, plus corporis quam animæ moribus redimitam, in uxorem, ex[1] qua genuit duas filias. Rex Stephanus in principio Quadragesimæ mare transit, et comes die Paschæ consequentis transfretavit, qui felicius navigavit quam applicuit, quia rex per insidias ipsum capi procuravit. Sed ab ipsis, qui insidiarum procuratores[2] fuerunt, præmunitus evasit. Rex tamen adhuc dolum habens in corde, se ipsi hilarem protendebat, quod bene constitit comiti.

Death of Louis VI.

Malmesbury, Hist. Nov. i. 17.

Escape of Robert of Gloucester from Stephen.

[*Conradus imperator succedit Lothario.*]

Matt. Par. ii. 166. Cf. Id. ii. 170.

Anno gratiæ MCXXXVIII°. Conradus in imperio succedit Lothario. Theobaldus in Cantuariensem episcopatum eligitur, coram Alberico legato. Hoc anno comes Robertus reddidit homagium suum per internuncios regi existenti in Anglia, et hoc multis rationibus, quia rex non servavit sibi juramentum factum, nec etiam sorori suæ; quo facto rex privavit eum omnibus bonis suis in Anglia.

Conrad III.

Theobald abp.

Malmesb. Hist. Nov. i. 18.

Robert of Gloucester renounces his homage.

Matt. Par. ii. 166.

Eodem anno rex Anglorum Stephanus, in ipsis diebus nataliciis, Bedefordense castrum obsedit, dicens nulla hora pacem esse hostibus concedendam; sed[3] antequam castrum redderetur, rex Scotorum in Northamhumbria exercitum ducens, tam ipse quam sui rem nimis execrabilem peregerunt. In ultionem enim imperatricis, cui idem rex fidelitatem juraverat, mulieres gravidas findebant, fœtus anticipatos extrahebant, parvulos super lancearum acumina proiciebant, presbiteros super altaria trucidabant.

Bedford Castle taken by Stephen.

Atrocities of David king of Scots.

---

[1] *ex . . . filias*] om. E.

[2] *procuratores*] om. Ch. E. A. N. Re.; custodes, Cl.

[3] *sed*] si, E.

A.D. 1138. Rex igitur Anglorum[1] illuc properabat; sed antequam illuc pervenisset rex Scotorum in sua se recepit. Matt. Par. ii. 167.

Fires at Rochester and York.

[Eodem anno ecclesia Roffensis et tota civitas combusta est cum omnibus officinis monachorum, et in sequenti die apud Eboracum combusta est ecclesia beati Petri, ubi sedes est archiepiscopatus, et extra muros ecclesia beatæ Mariæ, ubi est abbatia cum egregio hospitali quod fundavit Thurstinus episcopus. MS. N.

Death of John bp. of Rochester.

Eodem tempore Johannes Roffensis episcopus obiit.]

Concilium celebratur Pisis sub papa Innocentio.

Matilda and Robert of Gloucester in England.

Anno gratiæ MCXXXIX°. Matildis imperatrix venit in Angliam, et Robertus comes Gloverniæ, frater ejus, cum[2] ea, cum magna fortitudine in festo[3] sancti Michaelis. Henricus Wintoniensis episcopus, frater regis Stephani, Apostolicæ sedis tunc legatus, indignans quod rex prælatos et eorum possessiones indigne tractaret, condoluit et remedium procuravit. Eodem tempore, concilium celebratur Pisis a papa Innocentio. Rex quoque Stephanus in curia sua contra regium decus plures captos ad redditionem castellorum coegit, inter quos Rogerum Saresbiriensem episcopum ad redditionem castri de Shireburne et de Divises et de Malmesbiria[4] violenter coegit. Procurantibus igitur archiepiscopo Theobaldo [et] Henrico episcopo Wintoniæ fratre regis et aliis episcopis et prælatis, concilium apud Wintoniam celebratur quarto kal. Septembris ad quod regem vocari fecerunt; qui comitem Albricum de Ver, in causarum varietatibus exercitatum, misit ad concilium, de captione dictorum episcoporum,[5] super qua impetitus erat, se sic de jure facere posse allegantem, et factum regis defendentem. Kalendis vero Septembris solutum est concilium. Eodem anno obiit Rogerus, Sares-

Matt. Par. ii. 170.

Council of Pisa.

Diceto, i. 253.

Tyranny of Stephen.

Matt. Par. ii. 170.

Stephen summoned to the council of Winchester.

Id. ii. 171.

[1] *Anglorum*] Scotorum, Ch. Re.; A. is altered; om. T. W.; Stephanus, Cl.

[2] *cum ea* is before *Gloverniæ* in Ch. A. Re. T. W.; it is directed to be rightly placed in E.

[3] This date is from Malmesbury, Hist. Nov. ii. 29.

[4] *Malmesbiria*] from Id. ii. 20.

[5] *episcoporum*] castrorum, E. over erasure.

Matt. Par. ii. 171. beriensis antistes. Rex quoque Stephanus proscribit[1] Elyensem episcopum, Nigellum. A.D. 1139.

MS. N. [Eodem anno Wardonia et abbatia de Sartis[2] incipiuntur.] Abbey of Wardon founded.

Albricus comes de Veer occiditur in civitate Londoniarum.

Matt. Par. ii. 174. Anno gratiæ MCXL°.[3] Idibus Maii, Albricus de Ver in Londoniis occiditur. Obiit Ældewinus, fundator Malverniæ. Deaths of Aubrey de Vere and Alwine, founder of Merton.

Id. ii. 171. Rex Anglorum Stephanus infra dies natalitios urbem Lincolniæ obsedit, cujus firmitates Ranulphus, comes Cestriæ, receperat paulo ante, qui regem Stephanum retinuit a civitatis ingressu usque ad Purificationem beatæ Mariæ, et ibidem commissa est pugna cum rege gravissima, et post[4] multas deceptationes[5] captus est quarto nonas Februarii. Capture of Stephen at Lincoln.

In Quadragesima xiii. kalen. Aprilis eclipsis facta est horribilis nimis per totam Angliam, ut diceretur signum esse. Eclipse [of the sun].

Malmesb. Hist. Nov. ii. 30, 36. Sequenti ebdomada vii. kalend. Aprilis, Radulfus,[6] filius Huberti, inmanis ac barbarus et ad furta belli peridoneus, castrum de Divisis clanculo intercepit; qui jactare non dubitavit, se totam regionem a Wintonia usque Londonias per id castrum occupaturum, et ad tuitionem sui pro militibus Flandriæ missurum. Devizes taken by [Robert] Fitz-Hubert.

Sed cito post, per Johannem, magnæ versutiæ virum, qui apud Marleberwe[7] castrum habebat, captus fuit et vinculis innodatus, eo quod [castrum de] Divisas dominæ suæ imperatrici reddere recusabat, et more latronum suspensus. His capture and execution by John Fitz Gilbert.

Eodem[8] anno, in Pentecoste indictum est colloquium inter imperatricem et regem, ad pacem Failure of an attempt at peace.

---

[1] *proscribit*] persecutus est, E.

[2] *i.e.*, de assartis, because built in a place formerly a wood, since cleared; *v.* Tanner's Notitia Monastica (Nasmith) under Wardon (Bedford xx., note *a*).

[3] A XVth century hand in Ch. has in the margin "Obiit Herbertus "abbas Westmonasterii, iii. non. "Sept. a° 1140."

[4] *post*] om. Ch.; inserted in A.; per, E.

[5] *deceptationes*] deceptiones, E.

[6] *Radulfus*] Robertus, Malmesb.

[7] *Marleberwe castrum habebat*] castrum de Marleberge habitabat, E.

[8] For this paragraph Lamb. has: "Eodem anno sanctusErkenwaldus "translatus est."

A.D. 1140. reformandam. Sed cum venerunt illuc, scilicet juxta Bathoniam, comite Roberto, fratre suo, ex parte imperatricis, ex parte vero regis legato et archiepiscopo convenientibus, nihil tandem profecerunt. Malmesb. Hist. Nov. ii. 37.

Death of Anselm abbat of S. Benet Holme.

[Et in eodem anno Anselmus abbas istius monasterii ex hac luce ad Dominum transmeavit.] MS. Re.

Civitas Londoniarum reddita est imperatrici.

London surrendered to Matilda.

Anno gratiæ MCXLI°. Rege [1] Stephano capto [2] per Wilelmum de Kahaines apud Lincolniam, civitas Londoniarum reddita est imperatrici, sed cito post fugata est inde, scilicet viii° kalen. Julii, et [3] destructa est Wintonia, xviii° kal. Octobris. [Postea statim, in eadem æstate, obsessa est turris Londoniarum a Londoniensibus, quam Willelmus [4] de Mandavilla tenebat, et firmaverat. Obsedit etiam imperatrix turrim Wintoniensis episcopi, cum avunculo suo rege Scotorum David et fratre suo Roberto. Sed Willelmus Yprensis cum Londoniensibus fecerunt illam inde recedere]. Et captus est Robertus comes Gloverniæ in exaltatione [5] Sanctæ Crucis. Sed pro ejus [6] liberatione Stephanus rex dimittitur [7] [in festo Omnium Sanctorum, et regno restitutus]. Galfridus [8] de Magnavilla firmavit turrim Londoniarum. [Eodem anno, obiit Hugo de sancto Victore iv. idus Febr.] Per ejusdem [9] temporis intervallum Walerannus, comes de Meslent, qui omnibus Normanniæ præerat proceribus, cum comite Andegavensi Galfrido concordiam fecit, et dedit castellum Montisfortis et Falesiæ, et sic subdiderunt se ei omnes viri potentes citra flumen Sequanæ, usquè ad ripam

Huntingd. 274, 275.

Winchester burnt. Matt. Par. ii. 174.

Siege of the tower of London. MS. E.

Siege of thebishop's tower at Winchester. Diceto, MS. B. p. 254, n. [1].

Capture of Robert of Gloucester, and release of Stephen. Matt. Par. ii. 174. Malmesb. iii. 51.

Death of H. de S. Victor. Matt. Par. ii. 174.

Submission of Waleran de Mellent to Geoffrey. Id. ii. 173.

[1] *Rege . . . Lincolniam*] Hoc anno rex Stephanus in bello captus est iv. non. Feb. Ducitur ad imperatricem et in turri de Bristowe in custodia ponitur, E.

[2] *capto*] om. Ch. A. N. Re. T. W.; inserted in Cl.

[3] *et . . Octobris*] om. E.

[4] Sic erroneously for Galfridus; the passage (only in E.) seems a blunder over the entry in Diceto, and the mention of Geoffrey of Mandeville below, which E. does not give.

[5] *exaltatione*] festo exaltationis, E.

[6] *ejus*] sui, MSS. exc. E.

[7] *S. rex dimittitur*] rex liberatus est, E.

[8] *Galfridus . . . Londoniarum*] om. E.

[9] *ejusdem temporis intervallum*] illud tempus, E.

Matt. Par. ii. 173. Rislæ, et fidelitatem eidem fecerunt. Eodem anno, Gileberto [1] Londoniensi episcopo, qui Universalis dicebatur, Rogerus [2] de Sigillo successit in episcopatum. A.D. 1141. [Robert] de Sigillo bishop of London.

MS. N. [Abbatia de Koggeshale incipitur.] Abbey of Coggeshall.

Rex Stephanus obsedit imperatricem, quæ tamen evasit. Captus est Robertus episcopus Londoniensis. Rex Stephanus cepit Willelmum de Mandevilla.

Matt. Par. ii. 174. Anno gratiæ MCXLIIº. Rex Stephanus obsedit imperatricem apud Oxoniam diu, sed tandem evasit. Captus est Robertus episcopus Londoniarum apud Fuleham [3] a Galfrido de Mandevilla ix. kalen. Julii. Escape of Matilda from Oxford.

Id. ii. 175. Willelmus Londoniensis [4] episcopus et sedis apostolicæ legatus, in media Quadragesima concilium celebravit, rege et episcopis multis præsentibus. Nullus honor vel reverentia ferebatur Dei ecclesiæ vel ordinatis, sed æque clerici et laici capiebantur, incarcerabantur, truncabantur. Sancitum [5] igitur ibi, ne aliquis [6] qui ecclesiam cimiteriumve violaverit vel in monasticum virum manus injecerit violentas, nisi a Papa, a nullo absolvatur. Eodem tempore, rex Stephanus cepit Willelmum [7] de Mandevilla apud sanctum Albanum, unde [8] reddidit regi turrim Londoniarum cum castris de Waledene Seizure of Robert bishop of London. Council in London under [Henry bishop of Winchester]. [Geoffrey] of Mandeville captured.

Id. ii. 176. et Pleiseto. Obiit in eodem anno Fulco rex Jerosolimitanus; eodemque anno, defuncto papa Innocentio, Celestinus [9] successit, qui, cum sedisset in cathedra Romana mensibus quinque, diem clausit extremum; cui succedens [10] Lucius Ro- Death of king Fulk. P. Celestine II. P. Lucius II.

---

[1] *Gileberto . . .*] obiit Gilebertus . . . cui succęssit, E.

[2] *Rogerus*] sic MSS. erroneously for Robertus.

[3] *Fuleham*] so E.; Fulleham, Re.; the other MSS. Fulcham.

[4] *Willelmus Londoniensis*] sic Ch. Re. T. W. in spite of the previous line. Wintoniensis, A. (altered) Cl. N.; Lincolniensis, E. The blunder in the name was made by the original compiler for Henricus Wintoniensis (see the note [3] on Matt. Par. ii. 175).

[5] *Sancitum igitur*] Sed statutum est, E.

[6] *aliquis*] quis, E.

[7] *Willelmum*] partially erased in Ch.; E. has Galfridum, which is correct.

[8] *unde*] ubi, E.

[9] The notice of these Popes is given in Re. at the end of the last year, though repeated here.

[10] *succedens . . . ecclesiam*] successit Lucius, E.

A.D. 1142. manam rexit ecclesiam mensibus xi. et diebus xiii. Obiit Willelmus Wintoniensis præsul,[1] successit Henricus. Huic vero Henrico Lucius papa pallium misit, volens apud Wintoniam novum constituere archiepiscopum, et septem ei episcopos assignare. Matt. Par. ii. 176.

The pall sent to bishop Henry of Winchester.

Asceline, prior of Dover, made bishop of Rochester. His gifts to Rochester.

[Eodem anno Ascelinus prior Doveriæ factus est Roffensis episcopus, qui dedit ecclesiam de Suthflete ad anniversarium ejus, et confirmavit terram Radulfi clerici in Borstalle et socuam Godæ comitissæ in Londoniis et hydam dimidiam in Hadenham quæ fuit Radulfi clerici. Iste primo præsumpsit dare officialitates et serjantias in ecclesia Roffensi. Et notandum quod bonum quod fecit non habet effectum; quod autem de malo fecit semper perseverat.[2]] MS. N.

Obiit Lucius, sedit[3] *Eugenius. Rex Stephanus obsedit Lincolniam.*

P. Eugenius III. Anno gratiæ MCXLIII°. Defuncto papa Lucio, sedit Eugenius in cathedra Romana, annis octo, mensibus quatuor, et diebus xiii. Eodem anno, rex Anglorum Stephanus Lin- Matt. Par. ii. 177.

Siege of Lincoln by Stephen. coniam obsedit, et cum construeret unum municipium contra castellum, quod tenebat comes Cestrensis Ranulphus, operarii ejus[4] fere octoginta ab ipso comite interfecti sunt, et sic, re imperfecta, rex recessit. Eodemque anno, Robertus Marmiun, vir quidem bellicosus, qui monachos Coventrenses a suo monasterio expulerat, et de ecclesia illa castellum fecerat, dum una dierum contra hostes suos decertaret, inter eos ante ipsum monasterium excommunicatus peremptus est. Eodem vero tempore, Galfridus consul[5] de Mandevilla, qui idem scelus perpetraverat in ecclesia Rameseiensi, ante ipsam ecclesiam inter consertas suorum acies a quodam pedite vilissimo, solus sagitta percussus, occubuit interfectus. Arnulfus etiam, ejusdem comitis filius,

Deaths of Robert Marmion and Geoffrey de Mandeville.

---

[1] *præsul*] episcopus, E.; v. Matt. Par. ii. 176, note [3].

[2] This is followed in N. by a long account headed, "Nota serjantias in ecclesia Roffensi constitutas."

[3] *sedit*] successit, E.

[4] *ejus*] regis, E.

[5] *consul*] om. E.

qui post mortem patris ecclesiam illam pro castello tenebat, a rege captus est et proscriptus. A.D. 1143. His son Arnulf exiled.

MS. N. [Eodem etiam anno abbatia de Boxleya construitur a Willelmo de Ypre.] Abbey of Boxley.

Rex Stephanus comitem Gloverniæ fugavit.

Matt. Par. ii. 177. Anno gratiæ MCXLIV°. Rex Anglorum Stephanus comitem Gloverniæ cum multis aliis inimicorum suorum a constructione Flandrensis[1] castri fugavit, et municipium illud in sua potestate suscepit. Obiit Galfridus de Magnavilla, xviii° kalend. Octobris. Galfridus, comes Andegaviæ, cepit Normanniam. [Faringdon] taken by Stephen.

Hoveden, i. 208. (a. 1145.) Eodem anno, Alexander, Lincolniensis episcopus, iterum Romam pergens, munificentissime se, ut prius, habuit. Itaque honorifice susceptus est a Papa; rediensque sequenti anno, cum summa ipsius Papæ et totius curiæ gratia, ecclesiam suam, quæ combustione deturpata fuerat, sic reformando restauravit, ut dampnum in igne postea minime dampnosum videbatur. Reception of Alexander, bishop of Lincoln, at Rome. His restoration of Lincoln Cathedral.

Annals of St. Edmundsbury, p. 133. MS. Re. Eo[2] anno quidam puer [nomine[3] Willelmus, ix. kal. Martii a Judæis] apud[4] Norwicum crucifixus est.

Capitur Ranulphus, comes Cestriæ, a rege S[tephano].

Matt. Par. ii. 178. Anno gratiæ MCXLV°. Rex Anglorum Stephanus cepit Ranulphum, comitem Cestriæ, apud Norhamtone, ad eum pacifice venientem, et eundem in carcere detrusum detinuit, quousque redderet ei castrum[5] Lincolniæ cum cæteris quæ suæ ditionis erant; et sic lætus et jactans de victoria, licet turpi, coronam portavit apud Lincolniam. Ranulph Blundeville. Stephen wears his crown at Lincoln.

MS. Re. [Eodem anno obiit Ebrardus episcopus Norwicensis; successit Willelmus Turbe.] Bishops of Norwich.

---

[1] *Flandrensis*] sic MSS. for Farendunensis.

[2] This is given in the next year in E.

[3] From Re.; *a Judæis* is also in E. and Lamb. The date is an introduction of the compiler.

[4] *apud Norwicum*] in Norwico, Re.

[5] *castrum*] om. E.

A.D. 1146. *Conradus imperator et rex Franciæ Lodowicus iter arripiunt Jerosolimitanum.*

Second crusade. Anno gratiæ MCXLVI°. Conradus imperator et Lodowicus rex Francorum et plures alii nobiles magnates crucesignati sunt, ut euntes in Jerusalem Salvatoris vestigia adorarent. Matt. Par. ii. 180.

Death of Geoffrey abbat of St. Alban's. Willelmus de sancta Barbara, decanus Eboracensis, factus est episcopus Dunelmensis. Eodem anno obiit reverendæ memoriæ Galfridus, abbas sancti Albani. Id. ii. 178.

New bishops. Defunctique sunt pontifices, Ascelinus Rofensis, Rogerus Cestrensis, et Robertus Herefordensis. [Ascelino successit Walterus archidiaconus Cantuariensis], Rogero Walterus prior Dorobernensis, Roberto Gilebertus abbas Glovernensis. [Eodem anno obiit Elias prior Norwicensis.] MS. Cl.

Henry archbishop of York. Eodemque anno, post Thurstanum, Eboracensem archiepiscopum, Henricus, Cisterciensis monachus, illum optinuit præsulatum. MS. Cl.

Gilbert of Sempringham. [Hoc tempore floruit in Anglia Gilbertus, a quo ordo de Simplingham sumpsit exordium.]

Comet. Eodem anno similiter, cometa in Occidente, circumquaque mirabiliter radians, apparuit.

P. Eugenius III. at Paris. [Eo tempore Eugenius Papa veniens Parisius est sollempniter receptus.] MS. Re. from the St. Edmundsbury Annals, p. 133.

Abbey of Saltrey. [Facta[1] est abbatia de Saltreya. Eodem anno Eugenius Papa possessiones ecclesiæ beati Andreæ Roffensis confirmavit.[2]] MS. N.

Proficiscuntur Jerusalem imperator Alemanniæ et rex Franciæ.

Progress of the Crusade. Anno gratiæ MCXLVII°. Motio imperatoris et regis et multorum iter agentium in Jerusalem. Imperator Conradus, hieme transcursa, cum suis portum attigit Aconensem, et inde Jerusalem veniens cum summo gaudio susceptus est. Quo utique tempore rex Francorum cum lxx. milibus loricatorum militum subsecutus est. Sed obiter pressuras, jacturas, et ruinas irrestaurabiles passus, dampna Franciæ inaudita deploravit. Obsessa est civitas Southwark Annals. Matt. Par. ii. 181. Id. ii. 182.

[1] *Facta . . . Saltreya*] from Coggeshale, p. 12.

[2] The bull of privileges follows in N., dated v. kal. Martii 1146, *Ad hoc universalis.* It is given by Wharton, *Anglia Sacra*, i., p. 344.

Matt. Par. ii. 183. Damasci, sed frustra. Eodem anno, Robertus archidiaconus Legrecestriæ post Alexandrum creatus est Lincolniensis antistes, per manum Theobaldi archiepiscopi Cantuariensis. Post jejunium mensis septimi [1] episcopus est consecratus. A.D. 1147. Siege of Damascus. Robert de Chesney, bishop of Lincoln.

Revertuntur imperator et rex. Noradinus debacatur.

Id. ii. 183. Anno gratia MCXLVIII°. Post discessum imperatoris et Francorum regis de partibus terræ sanctæ, Norandinus, Sanguinii filius, princeps Turcorum potentissimus, fines Antiochenos ingressus, Nepam castrum obsidione vallavit; contra quem Reimundus, Antiochenus princeps, exercitum ducens inconsulte nimis, prælio inæquali decertavit; unde contigit, quod ipse cum aliis quibusdam viris nobilibus occubuit. Noradinus, nullo obstante progressus, Hareng castrum obsidens occupavit, et sic libere in partibus illis universa depopulando percurrit, donec rex Jerosolimorum superveniens impetus ejus potenter refrænaret. Henricus primogenitus a rege David Scotorum armis decoratur in Pentecoste. Item translatio sancti Erkenwaldi episcopi xviii kalend. Decembr. Præterea [2] concilium in urbe Remensi, præsidente Papa Eugenio, celebratur. Eodem [3] anno Gilebertus Foliot episcopus efficitur Herefordensis. Nepa besieged by Noureddin. Raymond, prince of Antioch, slain. Hareng taken. Henry [of Anjou] knighted. S. Erkenwald translated. Council of Rheims.

MS. Re. [Et eodem anno Anselmus abbas sancti Edmundi obiit.]

MS. N. [Eodem etiam tempore Walterus consecratus est in episcopum Roffensem, qui dedit terram quæ pertinet ad mandatum pauperum in Borstalle. Et sciendum quod in cœna Domini ad mandatum pauperum non erant olim nisi duo denarii, et ipse accrevit tertium denarium. Dedit etiam casulam de viridi ciclade et albam paratam et stolam et phanum de eodem panno quo casula et sandalia bruslata, de quibus facta est parura ad albam et pallium de ciclade, unde facta est Walter, bishop of Rochester. His gifts to Rochester.

[1] *septimi*] Septembris, E.

[2] This is given by Paris, ii. 179, but it is probably taken directly from R. de Monte, where it is mentioned under a. 1148.

[3] *Eodem . . . Herefordensis*] om. E. Paris has it under 1149.

A.D. 1148. dalmatica et duæ paruræ albarum, et duas albas paratas quas habuit in capella sua et dalmaticam et tunicam quæ secundæ principales sunt; item tunicam et dalmaticam in xii. lectionibus et casulam quæ est cotidiana ad altare sanctæ Katerinæ et capam de croceo serico et duo pallia ad pendendum et calicem aureum et textum evangeliorum aureum et cristallum cum balsamo et mitram.] MS. N.

Galfridus dux Normanniæ reddidit Henrico filio suo Normanniam.

Normandy given to Henry.

Anno gratiæ MCXLIX°. Galfridus dux Normanniæ reddidit Henrico filio suo Normanniam, hæreditatem suam ex parte matris suæ, contra prohibitionem regis Francorum, unde discordia mota est inter ipsum regem et ducem. Rex enim Franciæ[1] reversus est hoc anno inglorius a terra sancta, similiter et imperator Alemanniæ. Item[2] dux Galfridus castellum Musterel obsedit et fecit ibi tria castella lapidea, et duravit illa obsidio per tres annos. Matt. Par. ii. 184.

Return from the Crusade.

Siege of Monstreuil Castle.

Robert de Monte, i. p. 451.

Division of the archdeaconry of Suffolk.

[Eodem anno Eborardus episcopus Norwicensis obiit. Iste Eborardus episcopus divisit archidiaconatum Suffollge in duos.] MS. Cl.

Rex Francorum cepit homagium ducis Henrici de Normannia.

Meeting of Louis VII. and Eustace with Henry at Arques.

Anno gratiæ MCL°.[3] Rex Francorum Lodowicus et Eustachius, filius regis Stephani, cum militia copiosa venerunt ante turrem de Archis ob discordiam memoratam, ubi etiam Matt. Par. ii. 184.

[1] *Franciæ*] om. E.

[2] *Item . . . annos*] om. E.

[3] Ch. has in the lower margin in a later hand:

"Regina quondam Angliæ domina Matildis tertia uxor fuit regis Angliæ Stephani. Hæc itaque Matildis filia fuerat domini Eustachii dicti senioris, comitis videlicet Bononiæ, et Mariæ conjugis suæ; quæ Maria soror fuit Matildis quondam bonæ reginæ consortis regis Henrici primi; Rex autem Stephanus genuit ex Matilde regina sua filium nomine Eustachium qui appellatus est junior, et Willelmum postea comitem Moretonii et Warenne."

Matt. Par. ii. 184. affuit dux Normanniæ Henricus, et pater ejus, comes Andegavensis, Galfridus, cum ingenti exercitu Andegavensium, Britonum, et Normannorum; sed videntes utriusque partis principes, quod legiones illæ nequibant sine magna sanguinis effusione hostiliter convenire, cœperunt de pace tractare, et intervenientibus utrorumque amicis, rex Francorum cepit homagium ducis Henrici de Normannia, et sic pacifice recesserunt. Dux igitur Henricus dum tractaret cum optimatibus suis de itinere suo in Angliam, pater ejus apud Castrum Leri[1] graviter infirmatus septimo idus Septembris ab hac vita migravit, et sic Henricus filius ejus factus est comes Andegavensium et dux Normannorum. Hoc[2] etiam anno gelu cœpit a quarto idus Decembris et duravit usque ad xi. kal. Martii, et Tamisia sic ingelata est, ut pede et equo et quadrigis etiam oneratis transmeabilis redderetur. Eodem anno, Robertus de Gorham creatus est in abbatem sancti Albani, Radulfo cedente præ languore. Celebratum Id. ii. 186. est divortium inter Lodowicum regem Francorum et Alienoram reginam suam; erant enim consanguinei in quarto Id. ii. 184. gradu. Rex Stephanus firmavit castellum apud Radingum xiii. kalen. Febr.

A.D. 1150. Peace made. Death of Geoffrey of Anjou at Chateau du Loir. Severe frost. Robert de Gorham, abbat of St. Alban's. Divorce of Louis VII. and Alienora.

MS. E. [Obiit[3] Robertus primus prior, cui successit Robertus.]

Merton.

MS. Cl. [Eodem anno Willelmus Turbus consecratus est in episcopatum Norwicensem.]

William bp. of Norwich.

Dux Normannorum Henricus duxit Alienoram, relictam regis L[odowici].

Hoveden, i. 212. Anno gratiæ MCLI°. Obiit Galfridus comes Andegavensium; dux Normanniæ successit, scilicet Henricus filius [ejus] et[4] imperatricis. Obiit comes Theobaldus de Matt. Par. ii. 186. Bleis frater regis Stephani. Dux Normannorum Henricus duxit Alienoram, quondam reginam, relictam scilicet Lodowici. Id. ii. 188. Obiit Adelicia regina, uxor regis Stephani.[5] Dirutum est castellum de Redingis. Eodem anno Johannes, monachus

Death of Geoffrey of Anjou. Marriage of Henry and Alienora. Death of Stephen's queen.

---

[1] *Leri*] Beri, E.

[2] *Hoc . . . redderetur*] This is at the end of the previous year in E.

[3] This is in the margin in E. They were priors of Merton.

[4] *et*] om. T. W.

[5] *Stephani*] erased in Ch. and altered to Henrici I. The blunder is in the name Adelicia for Matilda.

A.D. 1151. John of Seez bishop of Man. Geoffrey of Monmouth bishop of St. Asaph. Gratian's Decretum.

Sagiensis, factus est secundus antistes Maniæ insulæ, quæ est inter Angliam et Hyberniam. Primus enim ibi fuit Wimundus,[1] monachus Saviniensis. Eodem anno obiit Willelmus, episcopus Dunelmensis. Eodem [2] etiam anno Galfridus Arthurus factus est episcopus sancti Asaph in Norwallia, qui historiam Britonum de lingua Britannica transtulit in Latinum. Matt. Par. ii. 188.

[Eodem anno Gracianus monachus, de Guysa [3] civitate Thusciæ natus, decreta composuit secundum Hu.[4] ii. q. vi. C. forma.] MS. Cl.

Obiit Eugenius Papa, succedit Anastasius; sanctus Bernardus migravit ad Christum.

Homage done to Eustace, son of Stephen. Deaths of S. Bernard and David king of Scots. Death of Eustace.

Anno gratiæ MCLII°. Comites et barones Angliæ fecerunt ligantiam et fidelitatem Eustachio, filio regis Stephani. Matt. Par. ii. 186.

Obiit Matildis tertia, regina, mater Eustachii, quinto nonas Maii. Ricardus de Beaumeis, nepos alterius Ricardi, factus est episcopus Londoniensis in initio Octobris. Eodem anno Bernardus abbas Clerevallensis migravit ad Dominum. Anno [5] etiam eodem obiit David rex Scotorum, cui successit Malcolmus, nepos ejus, in regnum. Illo quoque anno, natus est duci Henrico filius ex Alienora uxore sua, et vocatus est Willelmus, quod est consuetum nomen ducibus Aquitanniæ et comitibus Andegaviæ. Obiit et Eustachius, filius regis Stephani. Et [6] facta est pax inter regem Stephanum et Henricum ducem Normanniæ. Id. ii. 190. Id. ii. 191.

Death of Daniel, abbat of S. Benet Holme.

[Et anno revera eodem Daniel abbas hujus loci ab hac vita ad requiem migravit sempiternam.] MS. Re.

Rex Anglorum Stephanus et dux Normannorum Henricus concordati sunt. Obiit Eugenius Papa; successit Anastasius.

P. Anastasius IV.

Anno gratiæ MCLIII°. Obiit Eugenius Papa; successit Anastasius senex. Eoque anno justitia de cælo prospiciente,[7] Matt. Par. ii. 190. Id. ii. 191.

[1] *Wimundus*] Reymundus, E.

[2] *Eodem etiam anno*] et, E.

[3] i.e. Chiusi.

[4] i.e. Huguccio, Causa ii., quæstio vi., Capitulum "Forma." The passage will be found in the margin of the edition of Gratian with Huguccio's Commentary, Par. 1550, ff. iii. b. Huguccio or Hugo de Vercellis, who was bp. of Ferrara, was the first commentator on the Decretum.

[5] *Anno . . . obiit*] Obierunt, E., inserting "Eugenius Papa, cui "successit Anastasius," and omitting it at the beginning of the next year.

[6] *Et . . Normanniæ*] om. E.

[7] *prospiciente*] prospexit, E.

Matt. Par. ii. 191. et diligentia Theobaldi, Cantuariensis archiepiscopi, et episcoporum regni, rex Anglorum Stephanus et dux Normannorum Henricus apud Walingeford talem concordiam inierunt: rex Stephanus, omni hærede viduatus, præter solummodo ducem Henricum, recognovit in conventu episcoporum et aliorum de regno optimatum, quod dux Henricus jus hæreditarium in regnum Angliæ habebat, et dux benigne concessit, ut rex Stephanus tota vita[1] sua, si vellet,[2] regnum pacifice possideret. Ita tamen confirmatum est pactum, quod ipse rex et episcopi tunc præsentes cum cæteris regni optimatibus jurarent, quod dux [Henricus] post mortem regis, si illum superviveret, regnum sine aliqua contradictione optineret. Super ista pace inviolabiliter observanda confecta est sollempnis carta,[3] in loco securissimo reservanda.[4] A.D. 1153. Treaty between Stephen and Henry.

MS. Cl. [Hoc tempore floruit Petrus Longobardus, qui sententias composuit.] Peter Lombard.

Defuncto Anastasio Papa, successit Nicholaus.

Matt. Par. ii. 203. Anno gratiæ MCLIV°. Dux Normannorum Henricus transfretavit in Normanniam et revocavit in jus proprium dominica sua, quæ pater suus ipsi[5] dederat, et inde profectus in Aquitanniam rebellionem quorundam baronum suorum potenter repressit. Eodem anno, defuncto papa Anastasio, successit Nicholaus, Albanensis episcopus, et vocatus est Adrianus, vir quidem justus et religiosus, natione Anglicus, de territorio quidem sancti Albani a viris nobilibus ducens originem. Cf. Id. iii. 337. Hic ecclesiam sancti Albani insignivit privilegiis, ut[6] sicut[7] beatus Albanus prothomartir est Angliæ, ita et ejus abbas inter omnes Angliæ abbates primus sit ordine et dignitate. Eodemque tempore facta est concordia inter regem Francorum Lodowicum et ducem Normannorum Henricum, hoc modo: rex reddidit duci Vernolium et Henry in Normandy. P. Adrian IV. His origin and gifts to St. Alban's. Peace between Louis VII. and Henry.

---

[1] *vita*] jura, MSS. exc. W.
[2] *vellet*] vel, Ch. E. Cl. Re.; *simul*, T. W.; A. has been altered.
[3] E, ins. *et*,
[4] *reservanda*] reservata, W.
[5] *ipsi*] illi, E.; ei, Ch. Re.
[6] *ut*] et, T. W.
[7] *sicut*] sic, Ch. A Re. W,

A.D. 1154. Novum Mercatum, et dux dedit ei duo milia marcas argenti, pro resarciendis [1] dampnis quæ rex perpessus fuerat. Matt. Par. ii. 204.

Death of S. Wulfric of Haselbury.

Eodem anno, sanctus anachorita Wilfricus de Heselberga, cujus vita et transitus speciales exigeret tractatus, migravit ad Dominum. Id. ii. 205.

Death of Stephen. His burial at Feversham.

Tempore quoque sub eodem rex Anglorum Stephanus, miles egregius et mente piissimus, viii° kalend. Novembris, diem clausit extremum. Cujus corpus in monasterio de Feveresham, quod ipse a fundamentis extruxerat, traditur veneranter [2] sepulturæ. Id. ii. 204.

Coronatio [3] regis Henrici. Theobaldus Archiepiscopus Cantuariæ.

Coronation of Henry II.

Henricus vero,[4] dux Normanniæ [venit Barbeflieth, et ibidem per unum mensem ventum exspectavit, et] septimo idus Decembris in Angliam veniens, xiv° kalend. Januarii, [die Dominica] ante Natale Domini, apud Westmonasterium in regem unctus est a Theobaldo Cantuariensi archiepiscopo.

Reginald abbat of Reading.

Eodemque anno Reginaldus efficitur abbas de Radinge.

Privileges given to Rochester.

[Eodem anno Adrianus Papa Roffensem ecclesiam insignivit privilegiis.[5]] MS. N.

Frethericus creatus est in imperatorem.

Frederick I. emperor.

Anno gratiæ MCLV°. Electus et consecratus est in imperatorem Frethericus. Matt. Par. ii. 210. Id. ii. 209.

Birth of Henry, son of Henry II.

Henricus rex junior natus est Londoniis ii. kalend. Martii. Id. ii. 210.

Manus quoque sancti Jacobi restituta est Radingo.

Leave given by P. Adrian IV. for Henry to invade Ireland.

Per idem tempus, rex Anglorum Henricus nuntios sollempnes Romam mittens rogavit Papam Adrianum, adhuc novum, cujus gratiam confidenter optinere speravit utpote Anglici, ut liceret ei Hyberniam hostiliter intrare et eam sibi subjugare, atque homines illos bestiales ad fidem Christi decentius revocare ecclesiæque Romanæ fidelius inclinare. Quod Papa regi gratanter annuit, et eidem super hoc privilegium destinavit.

---

[1] *resarciendis*] restaurandis, E.

[2] *veneranter*] reverenter, Cl.

[3] There is a picture of the coronation in Ch. E. W.

[4] *vero*] quo audito, E.

[5] N. inserts here the "Privilegium Adrianæ Papæ" granted to the church of Rochester, dated viii. id. Martii 1154 [sic for 1155], Romæ, S. Pet. a. 1°, *Religiosis desideriis dignum*. It occupies four columns of the MS.

Matt. Par. ii. 210.

Eodem anno defuncto Roberto, Exoniensi episcopo, successit Robertus decanus Sarum. Eodemque anno, rex Anglorum Henricus exhæredavit Willelmum Peverel causa veneficii, quod Ranulpho comiti Cestriæ fuerat propinatum; in cujus pestis consortio plures conscii et consentientes fuisse perhibentur. Circa[1] eosdem dies Hugo de Mortuo mari, vir arrogantissimus, castella sua contra regem munivit, scilicet Gloverniam, Wigorniam, et Bregres, sed rex adveniens omnia complanavit. Sub eisdem temporibus, Lodowicus rex Francorum duxit filiam Aldefonsi regis Hyspaniæ. Eodemque tempore, Thomas, natione Londoniensis, futurus archiepiscopus et martir, primum quod habuerat a domo sancti Albani percepit beneficium, scilicet ecclesiam de Brantefeld, nec multo post se transtulit ad famulatum Theobaldi Cantuariensis archiepiscopi, quo procurante, cito deinde vocatus est ad archidiaconatum Cantuariæ.

A.D. 1155.

W. Peverel disinherited.

Hugh Mortimer fortifies his castles.

Marriage of Louis VII. and Constance.

First preferment of S. Thomas of Canterbury.

MS. Cl.

[Hoc tempore floruit Petrus dictus Comestor in Francia, qui utriusque Testamenti historiam, quæ dicitur scolastica, composuit.]

Peter Comestor.

Tunica Domini inconsutilis in Francia inventa est.

Matt. Par. ii. 212.

Anno gratiæ MCLVI°. In Francia, divina revelatione, inventa est tunica inconsutilis Christi, quam, sicut literæ cum ipsa re[pertæ] indicabant, Mater Ejus fecerat Ei, et crevit Ipso crescente. Eodem anno, rex Henricus in Normanniam transiens, cepit cum morosa et sumptuosa obsidione castella sibi rebellia, Chinonem scilicet et alia. Eodemque anno, rex Siciliæ Willelmus civitatem Baruth funditus evertit, Græcos superavit, civitates et castella sibi ablata in jus suum potenter revocavit, . . .[2] consecrationes episcoporum regni sui ei concedendo. Tuncque temporis Alienor, regina Anglorum, peperit regi filiam, quam Matildem nuncupavit. In guerra quoque, quæ fuit inter regem Henricum et Galfri-

The seamless coat found.

Bari destroyed by William I. king of Sicily.

Birth of Matilda.

[1] *Circa . . . complanavit*] om. E.

[2] The words "cum Papa Adriano "pacem fecit," in Wendover and Matt. Par. from Diceto, necessary for the sense, are omitted in all the MSS.

A.D. 1156. dum fratrem suum, idem H[enricus] prædicto G[aufrido] tria castella eripuit violenter,[1] Mirabellum et Losdunum,[2] cum dicto Chinone. Willelmus quoque primogenitus regis Henrici obiit, et sepultus est apud Radingum. Matt. Par. ii. 214.

Death of William, son of Henry II.

[Hoc anno Ordingus abbas sancti Edmundi obiit.] MS. Re. from St. Edmundsbury Annals, p. 133.

Rex Henricus domat Walliam, regem Scotorum repulit.

Wales reduced by Henry II.

Anno gratiæ MCLVII°. Rex Henricus in Walliam duxit exercitum suum, et Walliam sibi potenter subjugavit, et apud Snaudune Oenum[3] ad deditionem coegit. Rex quoque in Normanniam transfretavit. Sed cum[4] audisset quod rex Scotorum Malcolmus, fines suos hostiliter transgressus, aliena sibi temere occupavit, rediit, et ipsum Malcolmum potenter repulit. Tunc rex Scotorum reddidit ei civitatem Carleolum, castellum quoque de Bamburc, et Novum Castrum super Thinam fluvium, et totum comitatum Lodonensem, et rex Henricus reddidit ei comitatum de Huntedune. Tunc quoque temporis, Willelmus, [dictus] filius regis, nothus[5] regis Stephani, comes scilicet Moretonii et Warenniæ, reddidit regi Pevenese et Norwicum, et omnes munitiones suas in Anglia et Normannia, quæ ex dono regis Stephani possederat. Et rex Henricus dedit ei quicquid pater [ejus] rex Stephanus habuit, die qua rex Henricus primus mortuus fuit et vivus. Et eodem tempore Hugo Bigot castella sua regi resignavit. Eodemque anno natus est Henrico regi ex Alienora regina sua filius apud Oxoniam, et vocatus est Ricardus. Matt. Par. ii. 214.

Carlisle and other places surrendered by Malcolm IV.;

Pevensey and Norwich by William, son of Stephen;

Castles by Hugh Bigod.

Birth of Richard.

Nova moneta facta est in Anglia. Rex quoque Angliæ venit Parisius.

Henry II. crowned at Worcester.

Anno gratiæ MCLVIII°. Henricus rex apud Wigorniam coronatur, et post divinorum celebrationem coronam super Id. ii. 215.

---

[1] *violenter*] volenter, Ch. A. is corrected.

[2] *Losdunum*] Losduum, E.; Loudunum, T.; Loiduum, the other MSS.

[3] *Oenum*] Cenum, E. Cl. Re. W.; Cemim, T.

[4] *cum*] om. Ch. Re.

[5] *nothus*] nepos, E. See Matt. Par. ii. 214, n. [1].

Matt. Par. ii. 215.

altare posuit, nec ulterius coronatus est. Nova moneta facta est in Anglia. Obiit Galfridus, frater regis Henrici. Reginaldo abbati [de] Radingis, ob regis odium cedenti, successit Rogerus. Eodem anno Thomas, regis cancellarius, in apparatu magno venit Parisius, Margaretam, regis Francorum filiam, Henrico filio regis Anglorum in conjugem accepturus. Eodemque anno, Galfrido fratre regis Angliæ defuncto, rex mare transivit, et invitatus Parisius venit, idemque rex Nanneticam civitatem in jus suum recepit.

A.D. 1158. New coinage. Death of Geoffrey of Anjou. Thomas, chancellor, at Paris. Henry II. at Paris, and receives Nantes.

Scisma ortum est inter Alexandrum et Octovianum super Papatu.

Id.

Anno gratiæ MCLIX°. Rex Anglorum Henricus duxit exercitum versus Tholosam, et cepit castella fortia vicina ei, rege Francorum interim in urbe jugiter commorante. Sed rex Anglorum ipsam civitatem hostiliter non obsedit, ob reverentiam regis Francorum, cujus sororem Constantiam comes Tholosanus duxerat in uxorem et ex ea liberos susceperat, qua de causa reges inimici facti sunt ad invicem. Eodem anno, defuncto Papa Adriano, scisma ortum est inter duos, Alexandrum videlicet et Octovianum. Nam imperator cum clero suo receperat Octavianum, alii nequaquam. Successit igitur Alexander tandem. Adhuc creverunt inimicitiæ inter reges Francorum et Anglorum.

Henry II. goes against Toulouse, but spares it. Schism in the Papacy.

Theobaldus[1] *archiepiscopus Cantuariæ obiit; juratur fidelitas Henrico juniori.*

Id. ii. 216.

Anno gratiæ MCLX°. Rex Anglorum Henricus a Tolosa reversus, Margaretam filiam regis Francorum, quam in sua custodia habebat, Henrico filio suo desponsari fecit, et castellum de Gisorz, diu desideratum, recepit. Quod ut audivit rex Francorum, Calvum Montem firmavit. Sed rex Anglorum festinus adveniens, rege Francorum cum suis fugato, castrum et inclusos cepit. Et capti sunt deintus milites lv.; et sic celebratum est matrimonium inter filium regis Anglorum septennem, et filiam regis Francorum triennem, auctoritate scilicet Henrici Pisani et Willelmi Papi-

Betrothal of the young Henry and Margaret. Gisors and Chaumont obtained by Henry II.

[1] The rubr. erased in Ch.

A.D. 1160. Marriage of Henry and Margaret at Neubourg. Mary, daughter of Stephen, married to Matthew, count of Boulogne.

ensis, presbyterorum cardinalium, sedis Apostolicæ legatorum, quarto nonas Novembris apud Burgum. Eodem anno Theobaldus, Cantuariensis archiepiscopus, diem clausit extremum. Ipsoque tempore Maria, abbatissa de Rumeseia, filia regis Stephani, nupsit Mathæo, comiti Boloniæ, ex qua sustulit duas filias, propter quod peccatum Thomas regis cancellarius, qui contrarius fuit huic contractui illicito, ad instar beati Johannis Baptistæ multas passus est ab eodem comite insidias et[1] persecutiones. Matt. Par. ii. 216.

Henricus filius regis Henrici desponsavit filiam regis Francorum. Eligitur Thomas in archiepiscopum Cantuariæ.

Canterbury burnt. Thomas, archbp. of Canterbury. Arrangement between Lincoln and S. Albans. Death of Baldwin III.

Anno gratiæ MCLXI°. Henricus,[2] filius regis Henrici, desponsavit filiam regis Francorum, et pax facta est inter eos. Cantuaria fere tota combusta est. Eodem anno, audito de morte Theobaldi Cantuariensis archiepiscopi, rex procurare cœpit omni diligentia, ut Thomas cancellarius ipsi in archiepiscopatu succederet, et misit Ricardum de Luci in Angliam cum litteris suis ad hoc procurandum cum ipso Thoma cancellario, quod efficaciter grato fini mancipatum[3] est. Anno etiam eodem Bartholomeus, vir religiosus et in theologiæ scripturis bene eruditus, in Exoniensem episcopum consecratus est. Eoque anno, apud Westmonasterium Thomas, regis cancellarius, electus est in archiepiscopum Cantuariæ. Facta itaque electione, sabbato in Pentecoste presbyter ordinatus est a Waltero, Rofensi episcopo, in ecclesia Cantuariensi. Ipso quoque tempore sopita est discordia inter ecclesiam Lincolniensem et cœnobium sancti Albani, in præsentia regis Henrici secundi et archiepiscoporum, Thomæ Cantuariensis et Rogeri Eboracensis, et aliorum quam plurimorum episcoporum et magnatuum regni.[4] Gilebertus [Foliot] Herefordensis translatus est in Londoniensem. Eodemque anno rex Jerusalem Baldewinus obiit, cui successit frater ejus Southwark Annals. Matt. Par. ii. 218. Herb. de Bosham, Vita S. Thomæ, iii. 1 (iii. pp. 180–182, ed. Robertson). Matt. Par. ii. 216. Id. ii. 218. Id. ii. 219. Id. ii. 221. Id. ii. 220.

[1] *et persecutiones*] om. N.

[2] N. has for this "Post desponsa- "tionem vero H. . . . et filiæ . . . "factam reformata est pax inter "duos reges."

[3] *mancipatum*] nuncupatum, W.

[4] *regni*] terræ, E.

Almaricus. Eodemque anno, præparato campestri prælio et statim sopito, facti sunt amici reges Angliæ[1] et Franciæ. A.D. 1161. Amauri I. king of Jerusalem.

Consecratur Thomas in archiepiscopum Cantuariæ. Ricardus Londoniensis episcopus obiit.

Southwark Annals. Anno gratiæ MCLXII°. Thomas, cancellarius et Cantuariensis archidiaconus, consecratus est archiepiscopus Cantuariæ tertio nonas Junii, Dominica prima post Pentecosten. Lodowicus rex Francorum et Henricus rex Anglorum, armatorum copiis undique congregatis, cum jam campestre prælium inter eos immineret, prope Fercevallem amici subito effecti sunt. Eodem anno Alienora, Angliæ regina, apud Rothomagum filiam peperit, et ei nomen suum imposuit. Hoc etiam anno, Ricardus Londoniensis episcopus viam universæ carnis ingressus est. Per idem tempus, rex Henricus fecit jurari fidelitatem Henrico filio suo, pulcherrimæ indolis juveni; et inter omnes magnates regni Thomas cancellarius, qui postea cito factus archiepiscopus, primus fidelitatem juravit, salva fide regis, quamdiu viveret. Thomas archiepiscopus[2] resignavit sigillum regium, quod rex nimis moleste tulit. Thomas quoque archiepiscopus vitam curialem in sanctissimam convertit.[3]

Consecration of abp. Thomas.

Matt. Par. ii. 218.

Peace between Louis VII. and Henry II. at Freteval.

Birth of Alienora.

Homage to the young Henry.

Abp. Thomas resigns the chancellorship.

MS. Cl. [Joachim abbas floruit.] Abbat Joachim.

Concilium Turonis celebratur sub papa Alexandro. Committitur duellum inter Robertum et H[enricum].

Anno gratiæ MCLXIII°. Rex Henricus avertit cor suum et dilectionem suam a Thoma Cantuariensi archiepiscopo, et ex illo tempore insidias paravit ei et impedimenta. Gilebertus[4] Herefordensis episcopus translatus

Henry II. and abp. Thomas not friends.

Matt. Par. ii. 221.

---

[1] *Angliæ et Franciæ*] Francorum et Anglorum, E.; Angliæ et Francorum, W.

[2] *archiepiscopus*] om. E.

[3] *convertit*] subito mutavit conversationem, E.

[4] *Gilebertus . . . Lond.*] not in E.

A.D. 1163. est Londoniam. Eodem anno, Robertus de Muntforde cum Henrico de Essexia duello certavit[1] super appellatione de proditione. Eodem anno, papa Alexander Turonis concilium celebravit in ecclesia sancti Mauricii. Intererat Cantuariensis archiepiscopus, et alii prælati Angliæ multi. Tempore illo, rex Malcolmus Scotorum, et Resus princeps Demetiæ, id est Australium Walensium, et alii multi magnates, fecerunt homagium regi Henrico apud Wodestoc. Ipso quoque tempore Rogerus, comes Clarensis, a Thoma Cantuariensi archiepiscopo apud Westmonasterium vocatus est ad faciendum ei homagium de castello de Thunebrugge. Quod cum audisset rex, prohibuit fraudulenter hoc fieri; et hoc fuit primum indicium odii regii manifestum.

Matt. Par. ii. 221.

Id. ii. 222.

Duel between Robert de Montfort and Henry of Essex.

Council at Tours.

Homage done by Malcolm IV. and Rhys ap Griffith.

Roger, earl of Clare, refuses homage to the archbishop.

[Eodem anno corpus sancti regis et confessoris Edwardi apud Westmonasterium a beato Thoma Cantuariensi archiepiscopo, præsente rege, translatum est.]

MS. Re. from Matt. Par. ii. 221.

Translation of S. Edward the Confessor.

Facta est recordatio libertatum regis apud Clarendune, cui non consensit Thomas archiepiscopus.

Anno gratiæ MCLXIV°. Apud Clarendune coram rege et magnatibus regni facta est recordatio regiarum libertatum et consuetudinum, cui quia[2] Thomas Cantuariensis archiepiscopus assensum non præbuit, recessit cum magna indignatione regis. Dedicata est ecclesia de Redingis, translatumque est corpus sancti Eadwardi de terra in feretrum a beato Thoma Cantuariensi archiepiscopo. Eodem anno multas passus est injurias apud Norhamtunam idem archiepiscopus. Recessit de nocte, et exilium subiit, et multa pericula perpessus in terra, mare in fragili cimba transiit. Comes[3] Flandriæ et comes[4] Bononiæ paraverunt eidem, machinante rege, insidias. Sed, Deo protegente, omnes evasit.

Matt. Par. ii. 223.

Id. ii. 227.

Id. ii. 221.

Cf. Id. ii. 216.

Herb. de Bosham, Vita S. Thomæ, iv. 5 (Robertson, iii. 328).

Council of Clarendon.

Dedication of Reading.

Exile of archbp. Thomas.

[1] *certavit*] decertavit, E.

[2] *quia*] om. E.

[3] Philip of Alsace.

[4] Matthew of Alsace.

Strages et captivitas Christianorum facta est in Terra Sancta. A.D. 1165.

Southwark Annals. (a. 1164.) Anno gratiæ MCLXV°. Terræmotus factus est septimo kalend. Februarii in Ely et Northfolc et Sufolc, ita quod stantes prostravit, campanas pulsavit. Rex in Walliam expeditionem fecit. Regina Alienora peperit filiam quam vocavit Johannam, post quam peperit filium quem vocavit Philippum.[1] Eodem anno, Godefridus de sancto Asaph, in ecclesia sancti Albani, Anglorum prothomartiris, ad majus altare in cœna Domini crisma confecit et oleum sanctum, fultus auctoritate privilegiorum ipsius ecclesiæ, in præsentia Roberti abbatis.

Earthquake in the eastern counties.

Matt. Par. ii. 233.

Birth of Johanna.

Godfrey, bp. of St. Asaph, at St. Albans.

Eodem anno, Noradinus quidam, Turcorum princeps potentissimus, in finibus Antiochenis Hareng castrum obsedit. Quo audito, Boamundus princeps Antiochenus, cum suis adjutoribus vicinis, scilicet Tripolitano comite Reimundo, Salamanno[2] Ceciliæ præsule et Choros[3] Armeniorum principe, obsidionem[4] . . . potenter et ipsum Noradinum cum suis in fugam propellunt. Quem cum fugientem temere insequerentur, reversus est contra ipsos[5] insequentes, et ipsos omnes memoratos cepit, et vinculis constrictos apud Halapiam custodiæ mancipavit, et ipsum castrum, quod reliquerat, sibi levi negotio subjugavit.

Siege of Hareng by Noureddin.

Bohemond, prince of Antioch, and others taken prisoners.

Excommunicantur a beato Thoma omnes regiarum consuetudinum observatores.

Id. ii. 234. Anno gratiæ MCLXVI°. Alienora[6] regina Angliæ, in fine anni peperit Johannem. Rex quoque Henricus transfretavit in Normanniam. Cantuariensis[6] archiepiscopus Thomas excommunicavit omnes observatores consuetudinum et libertatum regiarum apud Clarendune recitatarum, quas potius execrabiles abusiones quam usus vel libertates appellavit, et quosdam regis super hæc fautores, tam clericos quam laicos, nominatim excommunicavit. Eodem

Id. ii. 233.

Birth of John.

Excommunications by abp. Thomas.

[1] This must be a blunder of the compiler for Johannem.

[2] Sic for Calamanno, (W. of Tyre).

[3] Sic for Thoros or Toros.

[4] *obsidionem*] obsidione, T. W. The words "solvere cupientes" in Paris from William of Tyre, necessary for the sense, are omitted in all the MSS.

[5] *ipsos*] eos, E.

[6] These entries, though repeated here, are inserted in Re. at the end of the last year.

A.D. 1166. The archbishop's relations exiled.

tempore, rex cito post procuravit amotionem Thomæ archiepiscopi a Pontiniaco. Nam cognovit locum et mansionem illam placere ei. Et hoc per capitulum Cisterciense. Et cito post ab Anglia totum genus suum, non tantum a Londoniis sed a regno suo immisericorditer proscripsit. Per idem tempus, ad subventionem Terræ Sanctæ, de unaquaque carucata terræ totius Angliæ quatuor denarii concessi sunt et collecti. Obiit Robertus abbas[1] sancti Albani, cum ecclesiam suam viginti quatuor annis rexisset. Episcopi Angliæ facti sunt regis fautores, et beati Thomæ in causa sua persecutores. Rex Lodowicus Francorum solus factus est consolator beati Thomæ. Quapropter reges occulto odio sese detrahebant.[2]

Herb. de Bosham, Vita S. Thomæ, iii. 397. Matt. Par. ii. 231. Id. ii. 234. Id. ii. 236. Hoveden, i. 230.

Tax for the Holy Land.

Death of Robert, a. of St. Albans.

Alexander papa et rex Francorum Lodowicus facti [sunt] consolatores beati Thomæ contra regem Henricum.

P. Alexander III. gives aid to abp. Thomas.

Anno gratiæ MCLXVIIº. Alexander papa, cognita causæ justitia beati Thomæ, factus est ejus consolator et adjutor, exul coexulis. Exulavit enim uterque pro libertate ecclesiæ. Eodem anno obiit Robertus Lincolniensis episcopus.[3] Eodemque[4] anno Symon, prior ecclesiæ sancti Albani, in abbatem ejusdem ecclesiæ electus die Ascensionis, a Londoniensi episcopo sollempniter est consecratus. Discordantibus regibus Francorum et Anglorum, Calvus mons, Gisortium, et alia castra, et munitiones cum villis et civitatibus a Normannis occupata vel[5] succensa sunt. Obiit Matildis imperatrix. Matildis[6] quoque, filia regis Henrici, nupsit Henrico duci Saxonum. Obiit quoque Patricius comes in Aquitannia. Tunc vero temporis, exulante beato Thoma archiepiscopo, maneria sua, silvæ, vivaria, homines, et aliæ possessiones infiscantur et destruuntur, quorum custodiæ præficitur

Matt. Par. ii. 234. Id. ii. 239.

Simon, abbat of St. Albans.

Death of the empress Matilda.

Death of Patrick of Evreux, earl of Salisbury.

Confiscation of the abp.'s property.

Southwark Annals. Diceto, i. 331. Herb. de Bosham, Vita S. Thomæ, iv. 13 (iii. pp. 359, 360).

[1] *abbas*] om. Ch. A. Cl. T. W.
[2] *detrahebant*] distrahebant, Cl. Re.
[3] *episcopus*] om. E.
[4] *Eodemque . . . consecratus*] om. E.
[5] *vel*] et, E.
[6] *Matildis*] Matill', Ch. A.

Ranulfus de Broc, vir doctus pecuniam emungendi, seminantibus discordiam[1] Gileberto episcopo Londoniensi et aliis multis episcopis, Roberto quoque de Broc, clerico, qui sub Ranulpho archiepiscopatum custodiebat.[2] Obiit Robertus,[3] secundus prior Mertoniensis. A.D. 1167. Death of Robert, prior of Merton.

MS. Re. [Eodem anno ecclesia de Irstede, Netisherde, et de Bastewik appropriatæ erant.] Churches given to S. Benet Holme.

Rex Henricus scisma procuravit, in odium beati Thomæ.

William of Canterbury, Vita S. Thomæ, i. 52 (Robertson). Anno gratiæ MCLXVIIIº. Rex Henricus, cujus ira in odium versa[4] est contra beatum Thomam, et contra Papam qui partem beati Thomæ fovit, misit ad imperatorem Frethericum, significans ei, quod adjutor ejus foret ad eiciendum de dignitate papatus Alexandrum, eo quod adversarius suus factus fuit, [et quia] proditoris sui ac fugitivi Thomæ, [qui] quandoque[5] Cantuariensis archiepiscopus[6] fuerat, causam contra ipsum[7] regem fovit. Et fecit rex abjurare in Anglia obedientiam [debitam] papæ Alexandri,[8] a puero duodennii ad hominem senem. Misit etiam ad regem Francorum Lodowicum, petens instanter, ne inimicum suum ac proditorem suum Thomam fugitivum foveret. Sed eum inhonesta petentem non exaudivit pius rex Lodowicus. Proceedings of Henry II. against the archbishop.

Id. i. 55. He requires the English to abjure the Pope.

Id. i. 44.

MS. Cl. [Eodem anno obiit Ricardus prior Norwyci.] Death of Richard, prior of Norwich.

MS. Re. from Matt. Par. ii. 244. [Conanus comes minoris Britanniæ decedens Constantiam filiam hæredem reliquit, quam Galfridus filius Henrici II. duxit, de qua genuit Alienoram et Arthurum. Et eodem anno Willelmus II. abbas hujus monasterii vitam reliquit. Thomas successit.] Constance of Britanny. Abbats of S. Benet Holme.

[1] Ch. A. T. W. ins. episcopo.
[2] *custodiebat*] tenebat, W.
[3] *Robertus . . . Mertoniensis*] not in E.
[4] *versa*] versum, Ch. A. N. T. W.
[5] *quandoque*] om. Cl. N. Re.
[6] *archiepiscopus*] archiepiscopi, Cl. Re. T. W. Re. om. *fuerat*.
[7] *ipsum*] om. E.
[8] *Alexandri*] Alexandro, E. W.

A.D. 1169. *Alienora, regis Henrici filia, nupsit regi Castellæ Adelfulso.*

Marriage of Alienora and Alfonso IX.

Anno gratiæ MCLXIX°. Alienora, filia regis Anglorum, nupsit Aldelfunso regi Castellæ. Archiepiscopus Thomas excommunicavit Gilbertum Londoniensem episcopum. Rex autem, consolator vanus, eum exhilarat, graviter comminando beato Thomæ. Eodem anno, missi sunt a latere domini Papæ duo legati, Vivianus scilicet et Gratianus, ut pacem componerent inter regem Henricum et archiepiscopum Thomam. Sed infecto negotio principali, tantummodo rapinis intendebant, et sic redierunt, inani labore consumpto. [Nigellus episcopus Elyensis obiit.] Matt. Par. ii. 246. Excommunication of Gilbert, bp. of London. Id. ii. 247. Failure of the mission of the legates, Vivian and Gratian. MS. Re.

Coronatur in regem junior rex Henricus. Martirizatur beatus Thomas.

Coronation of the young Henry, June 14.

Anno gratiæ MCLXX°. Henricus, primogenitus Henrici regis Angliæ,[1] consecratus et coronatus est in regem apud Westmonasterium, in die sancti Basilii, a Rogero Eboracensi archiepiscopo, contra consuetudinem et libertatem ecclesiæ Cantuariæ. Unde archiepiscopus Thomas Cantuariæ archiepiscopum Eboracensem, [qui filium regis coronare præsumpsit], suspendit, et quosdam episcopos, qui illi solempnitati intererant, et multos alios excommunicavit. Ipsi vero, archiepiscopus [Eboracensis] et episcopi, transfretarunt, et venerunt ad regem in Normannia, gravem de beato Thoma querimoniam reponentes. Unde rex, supra modum commotus, conquestus est graviter de ipso Thoma archiepiscopo, audientibus quibusdam suis familiaribus. Ipsi vero, hoc audito, festinanter accelerarunt ad vindictam, et venientes Cantuariam ipsum archiepiscopum in ecclesia sua irreverenter excerebrarunt. Erant autem quatuor milites, ad opus militare, scilicet ad effusionem sanguinis, nimis strenui, Reginaldus filius Ursi, Hugo de Morevilla, Willelmus de Traci, Ricardus Brito. Martir igitur occubuit quarto kal. Januarii. Omnes autem milites illi mortui sunt Southwark Annals, and Matt. Par. ii. 274.

Nota causam martirii beati Thomæ Cant. Herb. de Bosham, iii. 463. Id. 481. Id. 487.

Martyrdom of abp. Thomas. Id. Liber Melorum, iii. 536.

[1] *Angliæ consecratus et*] om. E.

Will. Cant. Vita S. Thomæ, i. 120.

infra quatuor annos, in pœnitentia tamen. Robertus vero de Broc, Ranulphi de Broc clericus, qui episcopatum tenuit, excommunicatus, dum pranderet, canes tacta, licet esurientes, noluerunt comedere, cum ex aliorum manibus porrecta avide raperent. A.D. 1170.

MS. Cl.

[Eodem anno, ossa cujusdam gigantis in Anglia detecta sunt, cujus corporis longitudo l. pedum erat.] A giant's bones discovered.

Obiit Henricus Wintoniæ episcopus. Sanctus Godricus migravit ad Dominum.

Southwark Annals. MS. Cl. from Matt. Par. ii. 284.

Anno gratiæ MCLXXI°. Obiit Henricus Wintoniensis episcopus. Rex Henricus transfretavit[1] in Hyberniam. [Ubi archiepiscopi et episcopi ipsum in regem et dominum cepe-runt, et ei fidelitatem juraverunt. Regulus[2] de Limelie, regulus[3] qui Monoculus dicebatur, ei homagium juraverunt.] Death of Henry, bp. of Winchester. Homage to Henry II. in Ireland.

Southwark Annals.

Rex Henricus reconciliatus est ecclesiæ Cantuariensi. In nocte Natalis Domini tempestas valida perhorruit. Gilebertus episcopus [Londoniensis] et alii excommunicati absoluti sunt. Rex gloriose de commisso peccato pœnitentiam egit. Crebruerunt miracula de sancto Thoma Cantuariensi archiepiscopo, in toto terrarum orbe. Miracles at Canterbury.

Matt. Par. ii. 264–274.

Gloriosus vir, vitæ venerabilis, Godricus de Finhale, heremita, agonem cursus sui in hoc mundo consummans, bravium gloriæ recepturus in cælo, ex hac luce migravit ad Dominum, cujus vita et mors tractatus exigunt speciales. S. Godric of Finchale.

Id. ii. 284.

Eodem anno, in festo sancti Nicholai apud Albemarliam, Rogerus Eboracensis archiepiscopus, præstito juramento, quod ante coronationem novi regis litteras prohibitionis a domino Papa nequaquam susceperat, et quod se regi de consuetudinibus regni observandis non obligaverat, quodque mortem [beati] Thomæ Cantuariensis archiepiscopi nec verbo nec scripto nec facto scienter procuraverat, ad officii sui plenitudinem misericorditer est restitutus. Restoration of the abp. of York.

MSS. Cl. Re.

[Combusta est ecclesia Sanctæ[4] Trinitatis Norwicensis per annum eundem.] Norwich cathedral burnt.

---

[1] *transfretavit in*] hostiliter intravit, Cl.

[2] Donald O'Brien, king of Limerick.

[3] Tiernan O'Rourke, king of Breifny.

[4] *Sanctæ Trinitatis*] not in Cl.

.D. 1172. *Henricus rex junior movit guerram contra patrem suum Henricum.*

Storms. Anno gratiæ MCLXXII°.[1] In nocte Natalis Domini, tonitruum in Anglia, in Hybernia, et in toto regno Francorum auditum est generale,[2] subitum, et horribile, ut manifeste videretur sanguis beati Thomæ mugiendo clamare ad Dominum. Eodem anno aversum est cor Henrici junioris ab amore patris sui, ita ut eidem guerram moveret, ut rex in signum tanti peccati sui, quod nondum expiavit, sua sibi sentiret viscera repugnare. Gilebertus quoque Londoniensis episcopus se, juramento præstito, de morte beati Thomæ purgatus, suo officio restituitur.

Southwark Annals.

Quarrel of the young king with Henry II.

Matt. Par. ii. 285.

Restoration of Gilbert bp. of London.

Id. ii. 286.

Henry II. purged of being guilty of the murder.

[Rex Henricus purgavit se coram cardinalibus de nece sancti Thomæ, quod nec voluit nec præcepit ut interficeretur.]

MS. Re.

Festum sancti Thomæ celebratur, ipso canonizato.

Feast of S. Thomas established.

Anno gratiæ MCLXXIII°. Festum sancti[3] Thomæ celebratum auctoritate apostolica per totam Angliam, ita scilicet, quod præter sollempne servitium, quod fit de Natali, cantetur de ipso servitium speciale, et dicatur collecta specialis. Rex pœnitentiam aggravat, Thomam specialius invocat. Capti sunt rebelles regi, rex Scotiæ, comes[4] Legecestriæ; rex junior patri pacificatus. Rex venit Cantuariam. In capitulo absolvitur a conventu Cantuariæ. Resignat etiam illas consuetudines super majus altare, pro quibus beatus Thomas decertavit usque ad mortem.

William of Scots taken prisoner.

Cf. Matt. Par. ii. 292, 293.

Peace between the two kings.

William abp. of Bordeaux.

Willelmus abbas Radingiæ assumptus est in archiepiscopum Burdegalensem; cui successit Joseph. Eodemque anno, propter contumaciam comitis Roberti, contra regem

Matt. Par. ii. 288.

---

[1] Ch. has in the margin later: "Hoc anno Hugo Mortimer fundavit ecclesiam de Wygmore, MCLXXII."

[2] *generale*] not in E.

[3] *sancti*] beati, E.

[4] *comes Legecestriæ*] From the Southwark Annals.

Cf. Matt. Par. ii. 289. recalcitrantis, obsessa est et per regem Henricum subversa nobilis civitas Legrecestriæ, et murus, qui videbatur indissolubilis, funditus in circuitu dirutus. A.D. 1173. Siege of Leicester.

Matt. Par. ii. 286. Rex quoque Johanni, cognomento Sine terra, filio suo vix septenni, filiam [1] Huberti comitis de Moriana primogenitam, quam ex relicta Henrici ducis susceperat, matrimonialiter copulavit. Eodemque anno, Rogerus abbas Beccensis electus est in archiepiscopum Cantuariæ; sed abbas nimis religiosus Id. ii. 287. penitus contradixit. Eligitur igitur Ricardus in loco ejus, prior Dovriæ et ejusdem ecclesiæ monachus. Illo etiam anno, Radulphus de Warnevilla, sacrista Rothomagensis et thesaurarius Eboracensis, constitutus est Angliæ cancellarius. Maria, soror beati Thomæ, facta est abbatissa Berkingensis, moribus suis exigentibus et rege sic jubente. Betrothal of John and Alice. Roger, abbat of Bec, refuses the see of Canterbury. Richard, prior of Dover, archbishop. Ralph de Warneville, chancellor.

Rex Henricus, invocato beati Thomæ martiris auxilio, omnes hostes suos superat.

Id. ii. 291. Anno gratiæ MCLXXIV°. Rogerus de Molbraio a fidelitate regis senioris recedens, in insula Anxiholm castellum [2] ab antiquo dirutum reparavit. Ad quem multitudo Lincolniensium navigio transvecta castellum obsedit, et constabularium et milites omnes ad deditionem coegit, et castellum subvertit. Eodem tempore, pridie kalend. Maii, rex Anglorum, cum audisset militiam Ricardi filii sui urbem Sanctonicam occupasse, sumptis secum Pictavensibus, ad ejus liberationem processit. Rex cepit in majori ecclesia [3] lx. milites cum balistariis et aliis quam plurimis hostibus suis, qui de ecclesia castellum fecerant, et eam commessationibus et aliis inmundiciis polluerant. Rex invocans Id. ii. 293. auxilium beati Thomæ martiris, contulit ecclesiæ Cantuariensi ad luminaria invenienda annui census xl. libras. Ipsa die scilicet [4] sabbati, tradidit Deus regem Scotiæ Willelmum in manus suas, apud Richemund castellum vinculis mancipatum. Roger de Mowbray's castle in Axholm destroyed. Relief of Saintes by Henry II. Gifts of Henry II. to Canterbury. Capture of William king of Scots, and

[1] Alice, daughter of Humbert III. count of Maurienne and Germaine, daughter of Berthold III. duke of Zähringen.

[2] Kinardferry.

[3] The MSS. ins. *linc.*, the scribe's eye being probably caught by *Lincolniensium* above.

[4] *scilicet sabbati*] om. E.

A.D. 1174. dispersion of the young king's fleet. Ipsa eadem[1] die, rex Henricus junior, navibus quas congregaverat ad transfretandum in Angliam, ope fretus comitis[2] Flandrensium, et eorum stipatus et confidens agminibus, ut eam sibi subjugaret, dissipatis penitus et prævalida tempestate subito exorta fere submersis, in Galliam turpiter redire cogebatur. Matt. Par. ii. 293.

Consecration of abp. Richard and other bishops. Anno ipso, Ricardus consecratus est in archiepiscopum Cantuariæ Romæ ab Alexandro papa.[3] Et Ricardus Wintoniensis episcopus, cum Elyensi, Herefordensi, et Cicestrensi electis, ab eodem archiepiscopo consecrantur. Galfridus[4] vero Lincolniensis electus, quia electio ejus nondum fuerat confirmata, transfretavit in propria persona transalpinaturus. Southwark Annals. Matt. Par. ii. 295.

Deaths of Will. bp. of Norwich and Will. E. of Arundel. [Hoc anno obiit Willelmus Norwicensis episcopus. Eodem anno obiit Willelmus comes primus Arundelliæ filius fundatoris de Wimundham.] MS. Re.

Rex Scotorum Willelmus, facta pace, devenit homo regis Henrici.

Rouen besieged. Anno gratiæ MCLXXV°. Civitas Rothomagensis obsessa est. Ipso anno, pax facta est inter regem et filios ejus.[5] Matt. Par. ii. 296.

William king of Scots does homage. Rex igitur Scotorum Willelmus cum rege Anglorum pacem fecit in hunc modum. Devenit homo ligius regis Anglorum de regno Scotiæ et omnibus terris suis, et homagium ei fecit et[6] ligantiam, ut domino suo speciali. Et similiter omnes episcopi, cum comitibus et baronibus Scotiæ. Juraverunt præterea, quod nullum fugitivum regis Anglorum unquam receptabunt.

Council at Westminster. Concilium generale habitum est apud Westmonasterium xv. kal. Julii, præsidente Ricardo, Cantuariensi archiepiscopo et Apostolicæ sedis[7] legato. Southwark Annals.

Arrival of the legate. Rogerus Eboracensis archiepiscopus concilio non interfuit. Obiit Reginaldus, comes Cornubiæ. Hugo Petrileonis, sancti Angeli diaconus cardinalis, venit legatus in Angliam, et præstitit

---

[1] *eadem*] etiam, E.

[2] Philip of Alsace.

[3] Lamb. inserts here: "Eodem "anno universus orbis infectus est "ex aeris corruptione, stomacho "catarrum et tussim generalem "causante ad perniciem et mortem "populorum." It is taken from the Southwark Annals (Cotton, Faustina, A. 8), where plurimorum for populorum.

[4] Cl. ins. *nothus*. N. om. this sentence.

[5] *ejus*] suos, E.

[6] *et ligantiam*] om. E.

[7] *sedis*] om. Ch. A. N. T. W.

Matt. Par. ii. 296. auctoritatem tradendi [1] clericos ante judicem secularem, pro forisfacto forestæ et laico feodo, in [2] favorem regis. A.D. 1175.

MS. Cl. [Eodem anno Willelmus de Turbes episcopus Norwycensis obiit.] Bishop of Norwich.

MS. Re. [Capella sancti Thomæ de Wimundham fundata est. Successit Johannes Sarebiriensis decanus in episcopatum Norwicensem.] Chapel of S. Thomas at Wymondham.

Johanna, filia regis Henrici, nupsit regi Siculo. Junior ejus filia nupsit regi Apuliæ.

Matt. Par. ii. 297. Anno gratiæ MCLXXVI°.[3] Ricardus Cantuariensis archiepiscopus in diocesi sua, quæ ab antiquis temporibus uno tantum fuerat [4] archidiacono contenta, tres archidiaconos constituit, Savaricum scilicet, Nicholaum, et Herebertum. Eodemque anno Johannes, decanus Sarum, consecratus est antistes Norewicensis. Nec multo post, rex fecit complanari castella de Legrecestria, [de] Huntindune, Waletune, Grobi, Stedesberi,[5] de Haie, de Thresc,[6] et alia quam plurima in ultionem injuriarum, quas ipsi frequenter regi intulerant domini castellorum. Deinde idem rex per consilium et assensum filii constituit justiciarios per sex partes regni, in qualibet parte sex,[7] qui juraverunt quod cuilibet [8] jus suum illæsum conservarent. Three archdeacons in Canterbury diocese. John bp. of Norwich. Castles destroyed and justices appointed through the country.

Id. ii. 298. Eodemque anno, Johanna filia regis, Siculo regi nuptura, quinto idus Novembris apud sanctum Egidium marito suo tradita est. Hugo quoque Petrileonis, legationis suæ cancellato cursu, transfretavit. Rex quoque Henricus ii. dedit filiam [9] suam juniorem regi Apuliæ, et sexto kal. Septembris transfretavit.[10] Obiit Ricardus, comes de Strigoil. Comes autem Willelmus de Arundelle obiit quarto idus Octobris apud Marriage of Johanna and William king of Sicily. Deaths.

[1] *tradendi*] trahendi, Southw. Ann.

[2] *in favorem regis*] not in the Southw. Ann.

[3] A XVth century hand in Ch. has in the margin: "Obiit Laurentius abbas Westmonasterii."

[4] *fuerat*] fuerit, E.

[5] *Stedesberi*] om. E.

[6] *de Thresc*] om. E.

[7] *sex*] tres, Matt. Par., as in Diceto, whence this is copied.

[8] *cuilibet*] quilibet], E.

[9] *i.e.*, Johanna mentioned above. Paris has copied this from the Southwark Annals, f. 134, though Wendover had already given it in other words from Diceto. See Matt. Par. ii. 298, note [3], and Addenda, p. l.

[10] See note [3] on Matt. Par. ii. 298.

A.D. 1176. Waverle, et sepultus est apud Wimundham, unde patronus fuisse dinoscitur, decimo quarto kal. Novembris. Eodem anno Walterus prior Wintoniensis, factus est abbas Westmonasteriensis. Eodemque anno amoti canonici seculares a Waltham et introducti sunt regulares, in fine tamen anni, nec ipso anno completum est negotium. Obiit[1] Willelmus tertius prior Meretonensis. Matt. Par. ii. 298.

Walter abbat of Westminster.

Southwark Annals.

Regulars introduced into Waltham.

Matt. Par. ii. 300.

[Eodem anno Fredericus imperator Mediolanum vastavit.] MS. Re.

Abbey of Robertsbridge.

[Eodem anno abbatia de Ponte Roberti incipitur.] MS. N.

Frethericus venit ad pedes Papæ Alexandri, satisfacturus.

Church of Waltham.

Anno gratiæ MCLXXVIIº. Restaurata est[2] regularibus canonicis, et[3] regula beati[4] Augustini [doctoris magni] honestissime conservata, ecclesia de Waltham. Quæ [quidem ecclesia de Wautham] ex[5] tunc, tam in temporalibus quam spiritualibus, felix evidenter suscepit incrementum. Hoc autem negotium infra unum annum feliciter est consummatum. Initium tamen habuit in vigilia Pentecostes. Philippus comes Flandriæ et Philippus[6] de Magna villa profecti sunt Jerusalem. Frethericus imperator venit ad pedes Alexandri Papæ satisfaciens de transgressionibus, et sic finitum est scisma. Eoque anno ventus vehementissimus arbores radicitus, ædificia funditus prosternens, intulit multis dampna[7] vix restaurabilia. Eo etiam anno, rex Anglorum terris suis pro voluntate dispositis, xvº kal. Septembris in Normanniam transfretavit, et confestim inter regem Francorum et ipsum habito colloquio, hoc modo concordiam inierunt: "Ego Lodowicus rex Francorum et ego Henricus rex "Anglorum volumus ad omnium notitiam pervenire, nos, "Deo inspirante, promisisse et juramento confirmasse, "quod simul ibimus in servitio Crucifixi, et ituri Jerosoli-

Cf. Matt. Par. ii. 300.

Philip count of Flanders and W. de Mandeville go to Jerusalem.

Submission of Frederick I. to P. Alexander III.

Southwark Annals.

Storms.

Matt. Par. ii. 300.

Treaty between Henry II. and Louis VII.

---

[1] *Obiit . . . Meretonensis*] om. E.

[2] *est*] om. MSS., except E. Cl.

[3] E. alters the order of the words, and ins. *in ea* here.

[4] *beati*] beatissimi, E.

[5] *ex*] om. T.

[6] An error for Willelmus.

[7] *dampna*] om. MSS., exc. Re.; it is in the margin in E.

Matt. Par. ii. 301. " mam suscepimus signum sanctæ Crucis, et amodo volumus A.D. 1177.
" esse amici ad invicem, ita scilicet, quod uterque nostrum
" alteri vitam et honorem fideliter conservabit."

MS. Re. from Matt. Par. ii. 306. MS. N. [Inventio sancti Amphibali sociorumque ejus.]

[Eodem anno Roffensis ecclesia cum omnibus offi- Rochester burnt.
cinis et tota urbe infra et extra muros secundo com-
busta est iii. idus Aprilis, anno nonagesimo septimo
ex quo monachi in eadem ecclesia instituti sunt.]

Rex gratanter visitat sepulcrum sancti Thomæ, ascribens hæc ei.

Matt. Par. ii. 301. Anno gratiæ MCLXXVIIIº. Nix maxima[1] valles implevit, Snow.
dumos et arbores absorbuit. Qua liquescente, armenta
et aliqui homines involuti fluctibus perierunt. Sexto Eclipse.
etiam idus Januarii sol passus est eclipsim. Rex quoque
Anglorum Henricus Galfridum filium suum octavo idus Geoffrey knighted.
Augusti apud Wodestoch cingulo decoravit militari. Idemque
rex, cum omnia pro voto complevisset, recognoscens bene- Henry II. visits S.
ficium beati martiris Thomæ, sepulcrum ejus[2] humiliter et[3] Thomas.
gratanter adiit, gratias eidem exhibiturus. Et extunc
præparavit se uterque regum, in thesauris, armis, et Preparations for the Crusade.
aliis necessariis, ad iter Jerosolimitanum magnifice
arripiendum,[4] ita scilicet, quod concussum est totum[5]
Oriens præ timore. Eodem anno, Ricardus de Luci,
Angliæ justiciarius, tertio idus Junii fundamenta jecit ad Westwood monastery founded by R. de Luci.
construendam ecclesiam conventualem in honorem beati
Thomæ martiris, in loco qui vocatur Westwde, in territorio
Rofensi. Eodemque anno, beatus Albanus visibiliter exiens
ab ecclesia, venit ad quendam virum, vicum sancti Albani
inhabitantem, et dicens ei, " Sequere me." Qui videns Vision of S. Alban, and discovery of the body of S. Amphibalus.
illum splendidum ad instar solis, timuit, et obediens secutus[6]
est eum euntem per viam quæ ducit versus Aquilonem, et
claruit strata ex eo, et ait vir martiri, " Domine, quis
es?" At ille, " Ego sum prothomartyr Angliæ Albanus,
" et duco te ad sepulturam sancti Amphibali, cujus doc-

[1] *maxima*] magna, Cl. Re.
[2] *ejus*] om. E.
[3] *et gratanter*] erased in A.
[4] *arripiendum*] arripient, Ch. A. Cl. N. Re. W.; arripiunt, E.
[5] *totum*] totus, E.
[6] *secutus*] om. Ch. It is added later in E.

A.D. 1178. Vision of S. Alban. "trina conversus sum ad Dominum et martir effectus, "ut ossa ejus reverenter inveniantur et a terra "leventur. Locus sepulturæ ejus fere tribus miliari- "bus distat ab ecclesia mea." Et colloquebantur sicut solet amicus cum amico, et locum docuit, et vir locum signavit diligenter, et impressit in animo per quandam lapidum ordinatam positionem. Quo facto, martir reduxit virum, et cum venissent ante fores ecclesiæ, monuit eum martir, ut omnia referret abbati et conventui, et vale dicto recessit martir et[1] intravit ecclesiam suam. Vir autem Robertus, (hoc enim erat nomen ei), se in domum suam recepit. Ut hæc omnia vera, non autem fantastica, credantur, facti sequentis docuit evidentia. Nam post- Matt. Par. ii. 302.

Discovery of the place of burial of S. Amphibalus. quam[2] viri discreti, abbas et conventus, super his certificarentur, ad locum dictum venientes, invenerunt beatum martirem Amphibalum cum sociis, ubi mira-

Miracle. racula Deus inaudita celebravit. Quorum unum duximus huic opusculo inserendum. Mortuus quidam quatriduanus, ita scilicet quod a die mortis quatuor dies haberet et dimidium, ibidem resuscitatus, omnes videntes ad gloriam Dei et laudem martirum inventorum ibi efficaciter provocavit.

[Hoc autem anno Willelmus abbas Ramesiæ fit archiabbas Cluniacensis.] MS. Re.

Privileges given to Rochester. [Eodem anno Alexander Papa confirmavit omnia privilegia antecessorum suorum quæ concessa fuerunt ecclesiæ Roffensi.[3]] MS. N.

Lodowicus, rex Francorum, venit in Angliam, ut adoret Sanctum Thomam et Sanctum Amphibalum.

Louis VII. comes to England to Anno gratiæ MCLXXIX°. Lodowicus rex [Francorum], licet senex et corpore jam debilis, fide tamen alacer Southwark Annals.

---

[1] *et*] om. Ch. T. has etiam.

[2] *postquam*] priusquam, MSS. exc. E.

[3] Here N. ins the letter of P. Alexander III. confirming the privileges of the church of Rochester, "Veletri per manum Roberti "sanctæ Romanæ ecclesiæ pres- "byteri cardinalis et cancellarii, "vi. id. April. 1178 [an error for 1180], a. 21." *Religiosam vitam eligentibus.*

et devotione, venit in Angliam, nec impedivit eum transfretatio, licet illud super omnia abhorruisset, ut scilicet martirem, beatum Thomam, ad sepulchrum ejus in ecclesia Cantuariensi facta oblatione,[1] veneranter adoraret, ut ipse jam Dei amicus evidenter effectus pro rege et regno Francorum Deum exoraret, quia quem Anglia persequens expulit, Francia meruit feliciter exulem recipere, protegere, et consolari. Et quia Christianissimus rex Lodowicus magnalia Dei audivit in beato Amphibalo martire et sociis suis nuper inventis celebrari, proposuit illuc ire; sed consilium suorum non permisit eum a terra sua tantum elongari. Super quo dolens, sed contradicere nolens, misit illuc quasi vice vicaria capellanum dona eximia pro oblatione deferentem, et sic ad quædam alia sancta loca, per Angliam constituta. Consummato igitur voto peregrinationis suæ ad votum, rex ad propria inter Doveram et Withsant, navigando sine aliquo impedimento, remeavit. Et quia in mari nimis timidus erat, et timuit pericula, dicens esse plus quam humanum transfretari, petiit beatum Thomam, ut in illo transitu nullus pateretur ex illo tempore naufragium. In qua oratione creditur usque hodie pius rex efficacem favorem optinuisse. Hæc facta sunt in initio Septembris. Et in his omnibus se favorabilem et socialem, ut decuit, se exhibuit rex Henricus.

A.D. 1179. visit the shrine of St. Thomas.

His intention of going to St. Alban's.

His return and prayer to St. Thomas.

Philippus filius regis Francorum coronatur.[2] Alexander papa celebravit concilium Romæ media quadragesima cum cccx. episcopis [in patriarchio Lateranensi]. Rogerus Wigorniensis episcopus obiit. Quidam puer martirizatus apud Weneloc. Scripsit etiam illis diebus abbas Joachim libellum super Apocalipsim, cujus scripta, quia miraculose factus est subito de simplici et fere laico altiloquus[3] theologus, multum inter magnos recitabantur et auten-

Matt. Par. ii. 314.
Id. ii. 310.
Id. ii. 309.
Southwark Annals.
Id. ii. 312.

Philip II. crowned.

Third Lateran council.

Condemnation of Joachim's writings

[1] *oblatione*] oratione, E.

[2] *coronatur*] coronatus, Ch.; est coronatus, T. W.

[3] *altiloquus*] altilogus, E.

A.D. 1179. at the fourth Lateran council.

tica habebantur. Sed quia videtur quaternitatem innuere[1] potius quam Trinitatem, ecclesia scripta sua reprobavit; cujus rei mentionem fecit papa Innocentius in concilio ab ipso celebrato, et in principio suorum[2] decretalium. Matt. Par. ii. 312. Cf. Id. ii. 313.

Obiit Lodowicus rex Franciæ. Philippus[3] *amicissimus factus est regi Henrico.*

Death of Louis VII.

Anno gratiæ MCLXXX°. Obiit piæ memoriæ Lodowicus rex Franciæ xiv. kalend. [Octobris], cui successit filius ejus Philippus. Moneta in Anglia renovatur. Obiit Johannes episcopus Cicestrensis. Rex Philippus Francorum subposuit dispositioni regis Henrici, quasi fidelis sui, totum regnum suum, quia ipsum fidelissimum et prudentissimum regem sciebat, et amicissimi facti sunt, sine aliqua mala suspicione et præteritorum recordatione, hac carta testificante, "Ego Philippus rex Francorum, etc." Ipso quoque tempore, Ricardus comes Pictavensis, famosus in probitate militari, terras Galfridi de Limiaco crudeliter exterminans, vix ecclesiarum pepercit sanctitati. Consummata vero ad votum guerra sua, venit in Angliam, et a patre [suo] propter famam suam, quæ jam Cisalpinas partes illustraverat, honorifice nimis susceptus est.

Southwark Annals. Matt. Par. ii. 315. Philip II. submits his kingdom to Henry II. Id. ii. 316. Richard, count of Poitou, invades the lands of Geoffrey de Lusignan. Diceto, ii. 6. Matt. Par. ii. 315.

[Eodem anno Margareta, ancilla Christi, occisa est. Nova moneta formæ rotundæ fabricatur in Anglia.] MS. Re.

Obiit papa Alexander, succedit Lucius. Presbiter Johannes scribit Papæ et Papa ei.

Death of archbp. Roger.

Anno gratiæ MCLXXXI°. Rogerus Eboracensis archiepiscopus viam universæ carnis est ingressus xii. kalend. Decembris. Eodem tempore scripsit Papa Alexander Johanni pres- Matt. Par. ii. 316.

---

[1] *innuere*] iminere, MSS. exc. E. T.

[2] *suorum*] suarum, MSS. exc. E.

[3] *Philippus*] om. Ch. E. A. T. W.

bitero, regi Indorum, epistolam eleganter ut unirentur, effecti per omnia concordes in fide catholica. Quod et idem Johannes antea postulaverat per epistolam suam, et per nuntium suum [1] proprium, scilicet Philippum medicum. In quo arduo negotio res finem felicem sortita fuisset, nisi fama, immo potius infamia, avaritiæ Romanæ totum mundum usque ad fines orbis terrarum maculasset, unde refriguit prædicti principis devotio, volentis subjectionem devotissime subire ecclesiæ Romanæ. Eodem anno obiit Papa Alexander, cui successit Lucius. Venit rex de Normannia. Eclypsis solis facta est in vigilia exaltationis sanctæ Crucis, hora tertia. Anno quoque in eodem Baldewinus abbas Fordensis, Cisterciensis ordinis, successit Rogero episcopo ad ecclesiam Wigorniensem. Obiit [2] Rogerus archiepiscopus Eboracensis et comes [3] Cestrensis.

A.D. 1181. Letter of P. Alexander III. to Prester John.

Matt. Par. ii. 317. Death of P. Alexder III. P. Lucius III. Id. ii. 316. Eclipse, Sept. 13.

Henricus rex pro expiatione mortis sancti Thomæ legat Terræ Sanctæ xlii. milia marcarum [argenti] et quingentas auri.

Id. ii. 318, 317. Anno gratiæ MCLXXXIIº. Dux Saxonum cum ducissa venit in Normanniam. Galfridus Lincolniæ electus et regis Anglorum filius, cum ejus electio esset a Papa confirmata, postquam per septennium eidem ecclesiæ pacifice præfuisset, præsente rege et episcopis regni, in Epiphania Domini apud Marleberge electioni renunciavit, nemine compellente. Eodem tempore rex Henricus apud Waltham, in præsentia procerum regni, ad subventionem Terræ Sanctæ xlii. milia marcarum argenti et quingentas marcas auri liberaliter assignavit. Hoc enim pro morte beati Thomæ, quam super omnia pro seipso et posteritate sua formidavit, in confessione secreta irrefragabiliter promisit. Eodemque anno Walterus de Constantiis, archidiaconus Oxoniensis,[4] consecratus est episcopus Lincolniæ a Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, Andegavis, in ecclesia sancti Laudi; Galfrido filio regis, priori electo, qui ex superbia generis minis-

Henry, duke of Saxony, in Normandy. Geoffrey resigns the see of Lincoln. Aid for the Holy Land. Walter of Coutances bp. of Lincoln.

[1] This is a blundering abbreviation of Wendover, who is copying Diceto. Philip was the Pope's physician.

[2] *Obiit . . . Cestrensis*] om. E.

[3] Hugh Cyvelioc.

[4] *Oxoniensis*] Exoniensis, MSS.

A.D. 1182. terio episcopali minime se dignatus est inclinare, ex tunc Deo, et hominibus existente reprobus[1] et detestabilis, juxta sententiam divinam; "Qui me erubescit c[oram] h[ominibus], etc." Anno etiam in eodem, Walterus Rofensis episcopus viam universæ carnis est ingressus, [cui successit Galerammus, qui dedit ecclesiæ suæ casulam rubeam et dalmaticam aurifriso optime ornatam et stolam et phanum et albam cum paruris ejusdam panni et duo tapetia et palleum ad pendendum et palliolum ad altare et psalterium glosatum et epistolas Pauli et sermones magistri Petri et mitram.]

Death of bp. Walter of Worcester. Matt. Par. ii. 318. MS. N.

Gifts of bp. Waleran to Rochester.

The Publicans. [Hoc anno Pupplicani comburuntur per Galliam. MS. Re.

Sampson abbat of S. Edmundsbury. Sampson electus sancti Edmundi suscepit benedictionem a Wintoniensi episcopo.]

Obiit junior rex Henricus. Walterus de Constantiis in sede collocatur.

Death of the young king Henry, June 11. Anno gratiæ MCLXXXIII°. Obiit delectabilis indolis rex Henricus junior, filius Henrici regis secundi, in die sancti Barnabæ apostoli, qui primo Cenomannis est sepultus, deinde Rothomagi. Diceto, ii. 20.

Walter of Coutances installed at Lincoln. Walterus de Constantiis episcopus Lincolniensis in Angliam veniens, consecratus episcopus,[2] in sua sede sollempniter[3] collocatur. Matt. Par. ii. 319.

Gerard la Pucelle bp. of Coventry. Eodem anno Girardus cognomento Puella consecratus est episcopus Coventrensis, qui cum sancto Thoma martire multos passus labores, per ejusdem orationes, omnibus superatis,[4] digne sedem ascendit pontificalem. Herb. de Bosham, Vita S. Thomæ, iii. 525.

Obiit Ricardus Cantuariensis archiepiscopus. Saraceni Hyspaniam invadunt.

Death of archbp. Richard at Halling. Anno gratiæ MCLXXXIV°. Obiit Ricardus[5] Cantuariensis archiepiscopus apud Hallingum villam[6] Rofensis episcopi. Matt. Par. ii. 319.

---

[1] Sic MSS.

[2] *episcopus*] om. E. inserting *et.*

[3] *sollempniter*] om. E.

[4] *superatis*] superatus, Ch. Cl. Re.

[5] *Ricardus*] Robertus, W.

[6] *villam*] quæ est villa, E.

Matt. Par. ii. 320. Id. ii. 319. Id. ii. 320. Id. ii. 321. Id. ii. 322.

A.D. 1184.

Obiit etiam Jocelinus episcopus Sarum. Eodem anno, rex Henricus duxit in Angliam Saxoniæ ducem cum familia sua, et infra paucos dies ducissa apud Wintoniam peperit [filium], quem vocavit Willelmum. Eodemque anno, Baldewinus episcopus Wigorniensis electus est in archiepiscopum Cantuariæ, et Walterus episcopus Lincolniæ electus est in archiepiscopum Rothomagensem. Eodem quoque tempore, Philippus archiepiscopus Coloniæ et Philippus comes Flandriæ venerunt in Angliam, vota orationum beato Thomæ soluturi, crebrescentibus famosis miraculis in veneratione ejusdem. Perfecta magnatum peregrinatione, rex magnatibus civiliter nimis [1] occurrit, et duxit eos Londoniam cum ipso per aliquot dies convivaturos. In quorum adventu, præcepto regis, tota civitas mirabiliter splenduit variis ornamentis redimita. Anno quoque eodem, multitudo Sarracenorum in partibus Hispaniæ Christianos hostiliter invasura applicuit, ducem ac regem habens maximum, regem [scilicet] Macemuth; et cum multa irrestaurabilia dampna Christianis intulissent, rex miraculose a Deo, quasi vindice, percussus horribiliter interiit; quo viso, omnes Dei inimici exterriti fugerunt. Regnavit autem diebus [2] sub eisdem in Jerusalem Baldewinus, Almarici quondam regis filius, qui elefantino morbo percussus, jam lumen amiserat. Convocatis igitur regni proceribus, Guidonem de Liziniaco, comitem Joppensem et Ascalonitanum, regni constituit procuratorem. Eodem tempore, Salaadinus, soldanus Damasci, subjugatis sibi omnibus regibus Sarracenis ex finibus totius fere Orientis, ita ut diceretur rex regum et dominus dominantium, minabatur ore altisono, ut omnem sibi Christianitatem subjugaret, et ad hoc, quasi vir in bellicis negotiis experientissimus, multa martia [3] machimenta præparaverat. Mortuo autem [4] eo tempore rege Jerosolimorum Baldewino, regnavit pro eo Baldewinus, puer quinque annorum, nepos ejus, ex sorore sua Sibilla et Willelmo marchione Montis Ferrati genitus,

Birth of William of Saxony.

Baldwin archbp. of Canterbury, Walter of Rouen.

Philip archbp. of Cologne and Philip count of Flanders visit S. Thomas.

Their reception in London.

Defeat of the Saracens in Spain.

Baldwin IV. king of Jerusalem.

Guy of Lusignan made guardian.

Preparations of Saladin.

Baldwin V.

---

[1] *nimis*] om. E.; Ch. repeats nimis occurrit.

[2] *diebus*] om. Ch. E. T. W.; inserted in a modern hand in E. A. has temporibus in the margin; N. has it in the text.

[3] *martia*] om. E.

[4] *autem*] itaque, E.

A.D. 1184. qui statim coronatus in regem, Reimundo comiti Tripolitano committitur nutriendus. Matt. Par. ii. 322.

John archbp. of Dublin sent to precede John in Ireland.

[Eodem anno, rex Henricus quod olim mente conceperat, totum Hybernorum dominium in Johannem,[1] juniorem filium suum, effectum[2] transferre procurans, qui cuncta terræ quoque illius homagia patris assensu dudum susceperat, Johannem Dublinensem archiepiscopum circa kalendas Augusti, tanquam adventus filii præcursorem, in Hyberniam transmisit.] MS. Cl. from Giraldus Cambrensis, Expugn. Hibern. ii. 25, p. 359 (ed. Dimock).

Bishops of Rochester.

[Eodem anno obiit Galerammus Roffensis episcopus, cui successit Gilbertus archidiaconus Luxoviensis, qui multa mala monachis ecclesiæ suæ intulit et multis possessionibus privavit, de quo inferius dicemus.] MS. N.

Patriarcha Jerusalem et magister Hospitalis pro negotio Terræ Sanctæ veniunt in Angliam.

The patriarch Heraclius in England to offer the kingdom of Jerusalem to Henry II.

Anno gratiæ MCLXXXV°. Eraclius patriarcha sanctæ Resurrectionis et dominus Rogerus magister Hospitalis venerunt ad regem Anglorum Henricum apud Radingum. Qui cum sui itineris causam exposuissent, regem et omnes audientes pro Terræ Sanctæ inaudita desolatione ad lacrimas commoverunt. Deferebant etiam ad regem memoralia suæ petitionis signa, nativitatis Christi, passionis, resurrectionis, Turris David, sanctique Sepulcri claves. Intimabant etiam lacrimabiliter Salaadini propositum temerarium et prophanum, ostendentes insuper litteras papales, omnium istorum seriem cum testimonio multiplici continentes. Rex autem inito respondit consilio, quod oblatum sibi regnum Jerosolimorum accipere et adire, et regnum Anglorum deserere et hostibus vicinis exponere, non fuit, ut credidit, Deo acceptum, cum sit Deo tam gratum, tam devotum hoc, ut illud. Patriarcha vero spe frustratus ad propria remeavit. Quo cognito Salaadinus fines Christianorum sibi conterminos misera- Matt. Par. ii. 322.

His refusal. Id. ii. 324.

[1] *Johannem juniorem*] juniorem Johannem, Cl.

[2] *effectum*] cum effectu, Girald.

biliter cœpit devastare. Obiit Lucius papa, successit A.D. 1185.
Southwark Annals. Urbanus. Terræmotus factus est magnus apud Lin- P. Urban III.
Matt. Par. ii. 323. colniam xvii. kal. Maii. Johannes, junior filius regis Earthquake.
Henrici, factus[1] miles a patre in Hyberniam missus est.
Baldewinus Wigorniensis episcopus factus est Cantuariæ Baldwin archbp.
Id. ii. 325. archiepiscopus; Johannes, præcentor Exoniensis, ejusdem ecclesiæ electus est antistes. Circa eosdem dies [obiit] Baldewinus puer, rex Jerosolimorum; non erat qui succederet tunc in regno præter Sibillam, sororem regis Baldewini leprosi[2] et regis Baldewini pueri matrem.[3] Unde major crevit regni desolatio, et Salaadini contra Christianos audacia. Death of Baldwin V.

MS. Re. [Eodem anno fundata est ecclesia sancti Augustini de Hikelingge.] Hickling priory, Norfolk, founded.

Obiit Galfridus, comes Britanniæ. Hugo Cartusianus monachus fit episcopus Lincolniæ.

Matt. Par. ii. 324. Anno gratiæ MCLXXXVI°. Baldewinus, Cantuariensis archiepiscopus, pallium cum legatione in provincia subdita sibi ab ecclesia Romana suscepit. Eodem anno, Willelmus de Ver, in festo beati Laurentii, Herefordensis creatus est antistes. Eodem anno, Galfridus comes Britanniæ, filius regis Angliæ, diem clausit extremum quarto decimo kalend. Septembris, et sepultus est Parisius in ecclesia beatæ Mariæ, infra chorum canonicorum. Reliquit autem duas filias, quas genuerat ex Constantia uxore sua, filia scilicet Conani comitis Britanniæ, quæ etiam tempore quo vir ejus obiit gravida fuit, quæ postea filium pariens Arthurum eum vocavit. Eodem anno Hugo, genere Burgundus, prior Cartusiensis ordinis, vocatus est ad episcopatum Lincolniæ. Willelmus quoque de Norhale consecratus est episcopus Wigorniensis, et Johannes Exoniensis consecratus est antistes. Per idem tempus horribilia signa apparuerunt, Id. ii. 326. terræ motus scilicet generalis, imago pueri Jhesu fracta lapidea[4] sanguine manavit. Salaadinus vehementius diatim Terram Sanctam depopulatur. Archbp. Baldwin receives the pall. Death of Geoffrey. Birth of Arthur. Hugh bp. of Lincoln. Bishops of Worcester and Exeter. Earthquake. Saladin.

[1] E. ins. est, and et before missus.
[2] *leprosi*] librosi, MSS.
[3] *matrem*] om. MSS.
[4] *lapidea*] om. E.

A.D. 1186. Abbats of S. Benet Holme.

[Anno revera et eodem Thomas abbas hujus loci in Domino obdormivit, atque Radulfus successit.] MS. Re.

Terra Sancta cedit exterminio. Crux sancta amittitur.

Advance of Saladin.

Anno gratiæ MCLXXXVII°. Salaadinus Parthos, Bedewinos Turchos, Arabes, Medos, Cordinos convocat, et Egyptios, quorum stipatus agminibus nobilia jam castra invadit et occupat, magistrum[1] militiæ Templi cum suorum fratrum exercitu perimit. Iterum constituto alio Templi præceptore sive magistro, et volenti fratres captos et cæsos simul cum Guidone regni procuratore [liberare], comiti quoque Tripolitano et multis aliis nobilibus occurrit Salaadinus intrepidus, quem cum nostri in ore gladii alacriter exceperunt, fit conflictus acerrimus, et pugnatum est utrobique viriliter. Nostri tamen incaute[2] inter prærupta et scopulorum angusta[3] intercepti sunt. Unde licet laudabiliter decertassent, tamen tandem prævaluit pars adversa. Aiunt[4] autem, comes Tripolitanus, corruptus muneribus, vexillum regium, quod infeliciter portavit, proditiose cadere permisit. In illo conflictu captus[5] vices regis gerens et[6] pro rege habitus dominus Guido cum Cruce sancta, et omnis multitudo Christianorum fugit miserabiliter dissipata, cujus major pars cecidit trucidata. Facta est autem hæc misera belli congressio quinto et quarto non. Julii, infra octavas Apostolorum Petri et Pauli. Evasit tamen ab hac clade Theodoricus, novus magister Templi, qui tamen ipsa die ducentos et triginta de fratribus suis præcellentioribus amisit. Comes etiam Tripolitanus integer et illæsus,[7] quare plus suspectus, evasit. Capti sunt insuper cum cruce ejusdem bajulatores, episcopus[8] Achonensis et præcentor Dominici sepulcri, iste cæsus, ille captus et cito post in prælio oppressus. Exinde Salaadinus, sumptis audaciæ

Matt. Par. ii. 327.

Battle of Hittin.

Capture of king Guy and the Cross.

July 3, 4.

[1] An error for the master of the Hospitallers, Roger de Moulins.

[2] *incaute*] incauste, Ch.

[3] *angusta*] angusti, MSS. exc. T. W.

[4] *Aiunt*] E. in margin; Audivit, MSS.

[5] E. ins. "est dominus Guido."

[6] *et . . Guido*] om. E.

[7] E. ins. *evasit* here, and has *fuit* at the end of the sentence.

[8] Ruffinus.

Matt. Par. ii. 329. cornibus, Achon invasit et cepit, deinde Galilæam, demum sanctam civitatem Jerusalem. Eodem anno, mortuo A.D. 1187. Acre taken and Jerusalem.

Id. ii. 330. papa Urbano, successit Gregorius; qui cum sedisset duobus mensibus, defunctus est, et Clemens tertius xiii. kalend. Januarii subrogatur. Et tunc temporis Gilebertus Londoniensis episcopus naturæ debitum persolvit. Eodemque anno, Ricardus comes Pictavensis, cum audisset calamitatem Terræ Sanctæ, præcipue de cruce capta, animo nimis consternatus est, qui non expectata alicujus prædicatione, vel patris sui consilio, primus inter omnes proceres transmarinos signaculum crucis devote suscepit de manu archiepiscopi[1] Turonensis, murmurans et objurgans, quod pater suus oblatum sanctum regnum ad defendendum abnuens, collum suum de sub jugo Domini turpiter excussit. P. Gregory VIII. Clement III. Death of Gilbert bp. of London. Richard, count of Poitou, takes the Cross.

Id. ii. 327. Ipso eodem anno, mater ecclesia Cicestriæ et tota civitas combustæ sunt xiii. kalendas Novembris. Hugo quoque de Nunant[2] factus est episcopus Cestriæ. Cives captæ civi- Chichester burnt.

Id. ii. 329. tatis Jerusalem, pro vita tamen continuanda, Salaadino censum capitis persolverunt, vir bisancios decem, mulier quinque, puer unum; numerus xiv. milia hominum utriusque The citizens of Jerusalem put under tribute.

Id. ii. 331. sexus. Anno ipso, obiit Ricardus Wintoniæ episcopus xi. kalend. Januarii. Et circa tempora illa multi, exemplo Ricardi comitis Pictavensis, ad crucis signationem in ultionem tantæ injuriæ Crucifixi convolarunt.

Cruce signantur imperator Frethericus, reges quoque Francorum et Anglorum.

Id. ii. 330. Anno gratiæ MCLXXXVIII°. Frethericus Romanorum imperator ad prædicationem Henrici Albanensis episcopi et Apostolicæ sedis legati, a Papa Clemente ad hoc missi, crucem suscepit. Eodemque anno, rex Francorum Philippus et rex Anglorum Henricus, in Normannia pro subventione Terræ Sanctæ ad colloquium venientes inter Triam et Gisorcium, post longos tractatus, præsente comite Flandrensi Philippo, in hoc pariter consenserunt, ut sumpto crucis signaculo iter Jerosolimitanum socialiter expedirent. Rex igitur Anglorum primo crucem suscepit de manibus archiepiscoporum Remensis[3] et Willelmi Tyrensis; deinde rex Frederick I. takes the Cross. Philip II., Henry II., and Philip count of Flanders.

[1] Bartholomew.
[2] *Nunant*] Muhaut, E.
[3] William of Champagne.

A.D. 1188. Francorum, et Philippus comes Flandrensis, et alii multi comites et barones, et magnates quam plurimi, archiepiscopi et episcopi, et populus cujus non erat numerus. Circa dies illos Frethericus imperator scripsit Salaadino epistolam elegantem, comminatoriam tamen, et ipse consimilem nihil veritus rescripsit. Continebatur autem in epistola diffidatio et editio belli. Anno ipso, Guido, rex Jerosolimorum, cum apud Damascum per annum detentus fuisset in vinculis in carcere Salaadini, abjurans regnum Jerusalem, vix vivus dimissus est. Obiit eo tempore Reimundus, Tripolitanus comes, qui moriturus præ mentis alienatione viaticum salutare non accepit. Rex vero solutus a vinculis,[1] quasi a gravi sompno excitatus,[2] Guido, probissimus, sine quo nullus alius dissipati regni habenas regere assumpsit regendas, fracto turpi juramento, resumpto spiritu, accingitur ad certamen, et quasi in tempestate valida, navis jam pæne suomersæ assumens sibi gubernaculum, dispersos convocat, et associatis sibi Templariis et Hospitalariis, Venetis et Januensibus, et qui jam venerunt, nobilibus peregrinis, cum spe bona adventantium Acon obsedit; ad cujus liberationem Salaadinus venit imperterritus properanter, et cum acerrimus conflictus per triduum continuaretur, ecce aspiciunt classem Danorum et Frisonum innumerabilem portum sine offendiculo intrare; quo viso, statim Salaadinus, urbem relinquens desolatam, fugit. Erat tamen robur civitatis quasi inexpugnabile, et munitio virorum ex parte Salaadini ad novem milia armatorum. Eodem tempore, inimicus humani generis diabolus, hujus magni negotii, jam strenue incepti, videns prosperitatem, et invidens, seminavit discordiam; qui et guerram dampnosam nimis et hostilem generavit inter regem Francorum et comitem Pictavensem Ricardum, necnon et regem Anglorum, usque adeo, ut stragem et incendia ad invicem exercerent, et ira odium generaret.

Matt. Par. ii. 330.

Letters of Frederick and Saladin.

Id. ii. 331, 333.

King Guy freed.

Id. ii. 334.

Death of Raymond count of Tripoli.

Guy besieges Acre.

Id. ii. 336.

Flight of Saladin.

Quarrel of Philip II. and Richard, count of Poitou, with Henry II.

[1] *vinculis*] vinculo, E.

[2] *excitatus*] so E. T. W.; excitus, Ch.; exteritus, A.; exitus, Cl.; exterritus, N.; exitus altered to excitatus, Re.

Matt. Par. ii. 336. Tandem in Normanniam ad colloquium convenientes, post multos tractatus viam pacis non invenientes, magis quam prius discordes recesserunt. A.D. 1188.

MS. Cl. [Iste Henricus genuit filios et filias, scilicet Willelmum qui puer obiit, Henricum juniorem regem, Ricardum regem, Matildam, Galfridum, Alianoram, Johannam, Johannem regem.] Children of Henry II.

Comite Ricardo adhærente regi Francorum, rex Henricus, tristitia absortus, obiit.

Southwark Annals. Anno gratiæ MCLXXXIX°. Fames maxima et mortalitas genus humanum horribiliter coegit contabescere. Famine.

Matt. Par. ii. 337. Guerra aggravata [est] inter reges Anglorum et Francorum diatim, et jam ex toto corde cœpit Ricardus comes Pictavensis adhærere regi Francorum Philippo, contra patrem suum. Unde magis amaricatur cor ipsius. Recesserunt etiam multi a rege Henrico et adhæserunt comiti Ricardo, primi Britones. Papa Clemens misit Johannem de Agnania cardinalem cum plena potestate ad lites regias et discordias [1] dirimendas; aliquantum, sed non ad plenum profecit.[2] War between Philip II. and Henry II. P. Clement III. tries to reconcile them.

Id. ii. 338. Ad cumulum miseriarum accessit,[3] quod Salaadinus, fœdere inito cum imperatore Constantinopolim, tradidit omnes ecclesias Terræ Sanctæ, quam suæ ditioni subjugaverat, ipsi imperatori et suis prælatis, ut in eis servarentur ritus Græcorum. Insuper idem Salaadinus misit Constantinopolim quosdam [4] ritus suæ legis, ibidem [5] observandos. Ricardus comes [6] [Pictavensis] in iram vehementiorem ascendens, in patris contumeliam Saladin's treaty with the emperor Isaac Angelus.

Id. ii. 340. regi Francorum homagium fecit. Circa dies illos Frethericus Frederick I. begins his crusade at Ratisbon, 23 April.

Id. ii. 344. imperator, in festo sancti Georgii, loca Dominicæ passionis visitaturus, peregrinationis iter arripuit satis magnifice apud Reinesburgum, transitum per Hungariam et Bulgariam, ut proposuit, habiturus.[7] Eodem anno, rex Anglorum Henricus,

---

[1] *discordias*] discordes, Ch. T. W.

[2] *profecit*] perfecit, E.

[3] *accessit*] contigit, E.

[4] *quosdam*] quos, MSS. exc. T. W.

[5] *ibidem*] erant, E.

[6] *comes*] comitem, Re.

[7] Here E. ins. the sentence in p. 102 about the bp. of Ely.

A.D. 1189. Death of Henry II. in abyssum tristitiæ absortus, maledixit diei in qua natus fuerat et genituræ suæ, apud Chinun [1] octavis Apostolorum Petri et Pauli [2] diem clausit extremum, et sepultus est apud fontem Ebraudi, postquam regnaverat annis xxxiv., mensibus vii.,[3] et diebus v.[4] Matt. Par. ii. 344.

Eodem anno, Galfridus Eliensis episcopus xii. kal. Septembris obiit intestatus. Id. ii. 348.

Dominions of Henry II. [Has terras habuit iste rex Henricus in manu propria, scilicet Andegaviæ et Cinomanniæ comitatus ex successione patris, ex successioneque matris Angliam, Hyberniam, et Normanniæ ducatum, ex parte vero uxoris Aquitanniæ ducatum. Et* nota quod senescallus Franciæ ad Andegavensem comitatum pertinet. Hæc Trivet.] MS. Cl. from Trivet, p. 31, ed. Hog. (not exactly copied). *Id. p. 63.

His children. [Successit filius ejus Ricardus. Nam Willelmus et Henricus iii. rex obierunt ante eum. Filii autem ejus fuerunt Willelmus, Henricus iii., Ricardus, Galfridus, et Johannes.] MS. Re.

[*Coronatio* [5] *regis Ricardi apud Westmonasterium.*]

Coronation of Richard. In [6] magna igitur [7] mentis amaritudine mortuo piissimo ac sapientissimo Henrico Anglorum rege, Ricardus, filius ejus, coronatur a Baldewino Cantuariensi archiepiscopo tertio nonas Septembris apud Westmonasterium, præsentibus Waltero de Constantiis Rothomagensi, Johanne Cumin Dublinensi, et Treverensium [8] archiepiscopis. Nocte vero [9] sequente facta est strages Judæorum Londoniis. Matt. Par. ii. 348, 349. Southwark Annals.

New bishops. Postea vero statim electi sunt in episcopos, Godefridus de Lucy in Wintoniensem, Ricardus thesaurarius in Londoniensem, Hubertus Walterus in Saresbiriensem, Willelmus de Longo campo in Elyensem, et consecrantur [apud Westmonaste-

---

[1] *Chinun*] Cynomanniam, E.

[2] *oct. . . . . Pauli*] pridie non. Julii, E.

[3] *vii.*] altered to ix. in Ch.

[4] *v.*] altered to ii. in Ch.

[5] Ch. E. W. have a picture of the coronation. A blank space left for it in A.

[6] *In . . . coronatur*] Cui successit in regno Ricardus comes Pictaviæ filius ejus et coronatus est apud Westmonasterium eodem anno, E.

[7] *igitur*] om. Cl. N. Re.

[8] Fulmar.

[9] *vero*] om. E.

Matt. Par. ii. 351. rium a Baldewyno archiepiscopo Cantuariensi]. Obiit quoque Willelmus de Mandevilla. Nonis Martii auditus est A.D. 1189.

Id. ii. 353. tonitruus nimis horribilis. Eodem anno, commissum est bellum acerrimum inter Salaadinum et Christianos, in quo conflictu cruentissimo ceciderunt filius Saladini cum suis aciebus, frater[1] etiam ejusdem [Salaadini] letaliter vulneratus est. Septem quoque acies infidelium dissipatæ sunt. Magister[2] vero Templi et quamplures Christiani perempti sunt. Constantinopolitanus vero imperator *versus in arcum pravum*[3] non est adhuc[4] ad cor reversus.

Battle between the Christians and Saladin.

Saladin's son and brother slain.

Id. ii. 354. Eodem[5] anno kal. Novembris, Godefridus de Lucy Wintoniensis et Hubertus Walter Saresbiriensis electi apud Westmonasterium in capella sanctæ Katerinæ, per manum Baldewini Cantuariensis archiepiscopi, munus consecrationis susceperunt. Johannes Agnaniæ cardinalis mense Novembris applicuit in Anglia apud Doveram, per quem reformata est pax inter archiepiscopum et conventum de capella de Haketuna. Sic diruta est capella. Rogerus prior qui contra voluntatem conventus ab archiepiscopo creatus, statim depositus, et rex dedit ad petitionem archiepiscopi priori deposito abbatiam de Evesham. Temperata est postea sententia de capella præfata, supplicante archiepiscopo quod facta parva non habebit baptisterium vel cimiterium, nec administrationem, nisi de uno seculari presbitero tantum.[5]

The bishops of Winchester and Salisbury consecrated.

John of Anagni lands in England, and settles the question between the archbp. and monks of Canterbury.

Roger Norreys, the deposed prior, made abbat of Evesham.

Id. ii. 355. Rex Scotorum fecit homagium regi Ricardo, de[6] jure suo in Anglia. Et rex Ricardus dedit ei castella de Berewic et de Rokesburc. Et pro hac redemptione castrorum, et quieta clamatione fidelitatis et ligantiæ de[7] regno Scotiæ, et cartæ suæ confirmatione dedit regi Anglorum x. milia marcas argenti. Eodem tempore, rex Ricardus dedit Johanni, fratri suo, comitatum de Sumersete et de Dorseto. Dedit etiam Alienoræ, matri suæ, dotem consuetam, et præter hoc terras multas et

William king of Scots does homage.

Gifts of Richard to John and Q. Alienor.

---

[1] "Taki-eddin, lord of Hama, Saladin's nephew, seems to be meant." Stubbs, Diceto, ii. 71, note [2].

[2] Gerard of Bideford.

[3] *pravum*] om. Ch.

[4] *adhuc*] om. E.

[5–5] *Eodem . . tantum*] om. E.

[6] *de jure suo in Anglia*] erased in A. and de tota Scotia written later. This is in the text in N.

[7] *de regno*] erased in A. and subjectorum regis written. This is in the text in N.

A.D. 1189. John's lands under an interdict. Tithe for the Holy Land. Bishops of London and Ely.

amplos honores, quintaque die Decembris transfretavit [in Normanniam]. Archiepiscopus [Baldewinus] supposuit interdicto terras Johannis comitis, fratris regis, quia filiam comitis Gloverniæ, tertio gradu consanguinitatis eum contingentem, duxerat in uxorem. Eodemque tempore, decima pars rerum mobilium concessa est[1] et collecta per Angliam, ad subventionem Terræ Sanctæ, nimis periclitantis. Illisque diebus ii. kal. Januarii Ricardus Londoniensis et Willelmus Elyensis apud Lamhee munus consecrationis acceperunt [ab archiepiscopo Baldewino].[2] Matt. Par. ii. 355. Id. ii. 356.

Baldewinus archiepiscopus, celebrato concilio apud Westmonasterium, iter arripuit Jerosolimitanum.

Council at Westminster. Progress of the Crusade. William, bishop of Ely, chancellor. Deaths.

Anno gratiæ MCXC°. Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus celebravit concilium apud Westmonasterium xi. kalend. Martii. Ibique valedicens fratribus, iter arripuit Jerosolimitanum, irrediturus, quia obiit in Terra Sancta. Rex Anglorum Ricardus et rex Francorum Philippus, post nativitatem sancti Johannis Baptistæ, iter aggressi sunt eundi Jerusalem. Willelmus Elyensis episcopus legationem adeptus est, et concilium celebravit apud Westmonasterium. Eodem anno obiit Walterus[3] abbas Westmonasteriensis, et Willelmus Wigorniensis episcopus. Eodemque anno obiit Frethericus imperator Alemanniæ. Obierunt etiam Ranulfus de Glanvilla [et] Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus. Apud Eboracum occisio Judæorum facta est miserabilis. Obsessa est Acon circumquaque Christianorum legionibus, et arctatur nimis. Capella sancti Thomæ martyris ibidem ædificatur. Elyensis episcopus constituitur per litteras regis Ricardi summus justiciarius, et quasi procurator Angliæ. Rex Arthurum sibi hæredem constituit. Rex etiam Ricardus et rex Francorum convenerunt apud Vizeliacum,[4] ubi Southwark Annals. Matt. Par. ii. 359. Id. ii. 360. Diceto, ii. 83. Matt. Par. ii. 364, 363.

Slaughter of Jews at York. Siege of Acre. Bishop of Ely made justiciary. Arthur appointed heir by Richard.

[1] *est*] om. Ch.

[2] Here Cl. inserts Richard's charter of release to the king of Scots; it is also in Re. under 1190. It is given from the original in the Fœdera, i. 50. It will be found in Benedict, ii. 102 (where Dr. Stubbs has collated it with the original) and in Hoveden, iii. 25.

[3] *Walterus a. W.*] om. E.

[4] *Vizeliacum*] Nizeliacum, Ch. Cl. Re. T. W. A. has been altered.

Matt. Par. ii. 363. requiescit corpus beatæ Mariæ Magdalenæ, in octavis sancti Johannis Baptistæ, ubi rex Anglorum accepit peram et baculum, in ecclesia sancti Dionisii. Deinde reges concordes et amici et in sanctæ caritatis vinculo confœderati, versus mare transfretaturi profecti sunt. Divisi autem sunt exercitus propter victualium caristiam. Apud Messanam orta est discordia inter Angliam [1] et Franciam. Eodemque die pax, sed ficta, inter reges facta est,[2] quæ postea nunquam redintegrari potuit.

A.D. 1190. Richard and Philip at Vezelay.

Cf. Id. ii. 367. Their quarrel at Messina.

Id. ii. 368. Circa illos dies, annuente rege Ricardo, liberata est ecclesia Normannica a longo servitutis jugo quo premebatur, quod scilicet nulla occasione a secularibus capientur clerici potestatibus, sicut consueverant, nisi pro homicidio, furto, incendio, vel hujusmodi enormi flagitio.

Freedom granted to the church in Normandy.

Altered from Id. ii. 369. Elyensis episcopus, se supra se gerens,[3] multum[4] thesaurum in turri Londoniensi circumcingenda muro mirabili, quam etiam credebat Tamensi ambire, consumpsit, et regem de magna pecuniæ parte multipliciter dampnificavit. Iccirco in fine a sullimi in profundum confusionis est præcipitatus.

Costly works of the bp. of Ely at the Tower.

Capta est Acon. Obiit Clemens papa, successit Celestinus. Cyprus subjugatur regi Ricardo.

Southwark Annals. Anno gratiæ MCXCIº. Rex Anglorum Ricardus et Francorum rex Philippus profecti sunt a Messana ante Dominicam Palmarum, et post xi. kalend. Maii applicuit rex Francorum ad Acon, et rex Angliæ

Capture of Acre, 4 July.

Matt. Par. ii. 374, 375. quarto nonas Junii. Acon autem capta est quarto idus Julii, et ibi inter reges iterum suscitata est discordia.

Id. ii. 372. Hoc etiam anno, Galfridus Eboracensis archiepiscopus,

---

[1] *Angliam et Franciam*] reges Anglorum et Francorum, E.

[2] *est*] om. Ch.

[3] *gerens multum*] gemultum, Ch. Re.; A. has been altered; T. W. om. se . . . gerens; N. om. gerens.

[4] *multum*] om. W.

A.D. 1191. Outrage on archbp. Geoffrey at Dover.

Turonis[1] consecratus, in Angliam veniens, Doroberniæ[2] applicuit. Qui comperiens sibi insidias parari a complicibus cancellarii, in ecclesia se recepit, qui deinde a satellitibus ejusdem cancellarii extractus, in castellum Doroberniæ[2] ductus est, et per aliquot dies detentus, donec a Johanne comite, fratre suo, et justiciariis terræ liberatus est. Circa idem tempus prædictus cancellarius, sullimitate quam prius habuit privatus, Doroberniam venit, qui dolose transfretare cupiens, muliebri habitu se irreverenter occultavit, quod quidam comperientes eum deprehenderunt et contumeliis merito affecerunt, et hujusmodi factum justiciariis intimaverunt;[3] nec mora, postea transfretavit. Reginaldus Bathoniensis episcopus electus [est] in archiepiscopum Cantuariæ a monachis ecclesiæ, sed in brevi postea in fata concessit.[4] Hoc etiam anno filius Willelmi, filii Radulfi, senescalli Normanniæ, factus est episcopus Wigorniæ. Obiit Clemens papa, cui successit Celestinus, a quo Henricus imperator coronatur in vigilia sancti Johannis Baptistæ. Willelmus[5] Postard de priore Westmonasterii factus est abbas ejusdem loci. Hugo de Nunant, episcopus Cestriensis, expulit monachos de ecclesia Coventrensi, instituens ibidem clericos seculares. Rex Ricardus Cyprum sibi subjugavit, ubi Berengariam, filiam Rothom[6] regis Navariæ, duxit in uxorem. Apud Glastoniam inventa sunt ossa Arthuri, regis famosissimi, qui locus olim insula Avalonis Britannice, id est insula pomorum, dicebatur. Eodemque[7] anno rex Ricardus pro infinita pecunia reliquias sanctorum, quas Salaadinus rapuerat in Sancta Terra, redemit,

Matt. Par. ii. 372.

Southwark Annals.

Reginald bp. of Bath elected abp., but dies soon after.

Matt. Par. ii. 383.

Id. ii. 379.

Id. ii. 380.

[Robert] Fitz-Ralph bp. of Worcester.

P. Celestine III.

Diceto, ii. 100.

Will. Postard abbat of Westminster.

Matt. Par. ii. 380.

Richard conquers Cyprus and marries Berengaria.

Id. ii. 371, 372.

Id. ii. 379.

Arthur's bones discovered at Glastonbury.

Id. ii. 378, 379.

---

[1] *Turonis*] Turonice, E.

[2] sic MSS. for Doveriæ.

[3] *intimaverunt*] nunciaverunt, E. as the Southwark Annals.

[4] *concessit*] decessit, E.

[5] This sentence is not in E. In the upper margin Ch. has in a later hand "Obiit Walterius "abbas Westmonasteriensis; succ- "cessit Wilelmus Postard hoc "anno."

[6] *Rothom̄*] sic MSS. It is probably a blunder for nomine, as in Wendover and Paris.

[7] This is an abridgment of the account given in Wendover and Paris, which they have taken from the inserted leaf in Coggeshale's Chronicle (ed. Stevenson, p. xxvii.).

ut haberet in cælo intercessores quorum reliquias redemerat A.D. 1191.
Matt. Par. ii. 373. de manibus infidelium. In vigilia sancti Johannis Baptistæ, die Dominica, facta est eclipsis solis circa diei horam sextam, et perduravit usque ad octavam. Eodem [1] tempore, Relicks redeemed by Richard.
Id. ii. 381. facta est Londoniis in capitulo sancti Pauli juratio de Eclipse.
Id. ii. 379. fidelitate observanda regi Ricardo. Rex enim cancellarium habuit suspectum. Walterus Rothomagensis archiepiscopus constituitur per litteras regis Ricardi summus Angliæ procurator et dispositor, et ejectus est turpiter cancellarius. Fealty sworn to Richard. Walter abp. of Rouen appointed guardian of England.

Rex Ricardus capitur a duce Austriæ, et venditur imperatori Henrico.

Anno gratiæ MCXCII°. Rex Ricardus reversus a Terra Sancta Capture of
Id. ii. 394. a duce Austriæ captus est [in [2] villa, quæ Gynaciam dicitur, in Austria], et Henrico imperatori traditus. Obiit Richard at Vienna by Leopold
Id. ii. 370. episcopus Wigorniensis; Savaricus consecratur in epi- V., duke of
Id. ii. 395. scopum Bathoniæ. Eodem anno assumpti sunt calices et Austria.
Id. ii. 398. thesauri ecclesiarum et quarta pars reddituum totius Ransom of Richard.
Id. ii. 383. Angliæ ad regis redemptionem. Rex Francorum venit Parisius de peregrinatione sua, ubi sollempniter a clero et populo cum processione receptus est. Eodem anno, post [3]
Id. ii. 396. Paschalem festivitatem, imperator Henricus in multis regem Ricardum accusavit. In primis, quod per ejus auxilium et consilium regnum Siciliæ et Apuliæ, quod sibi jure hæreditario debebatur, defuncto rege Willelmo, amiserit, pro quo adipiscendo exercitum permaximum, data pecunia infinita, conduxerat, cum idem rex sibi auxilium fore præstiturum fideliter spopondisset, ut a Tancredo regnum illud optineret. Deinde causatur de rege Cypri,[4] qui ei affinitate conjunctus fuerat, quod eum injuste ab imperio ejecerat et carcerali custodiæ deputavit,[5] et terram ejus cum thesauris violenter invaserit, et insulam cuidam alieno vendiderit. Postmodum vero ipsum accusavit de The emperor's charges against him.

[1] *Eodem tempore*] Tempore suspecto. E.

[2] *in . . Austria*] Fr. Cl.

[3] "Post Paschalem festivitatem" is from Matt. Par. ii. 383 (the taking of Darum), and is tacked on to the account of the emperor's charges in ii. 396.

[4] .i. is interlined in Ch., probably for Isaac.

[5] *deputavit*] mancipavit, E.

A.D. 1192. morte marchisii de Monte Ferrato, hæredis sui, quod videlicet per ejus proditionem ab Assesinis peremptus sit; quos etiam miserat ad perimendum dominum suum regem Franciæ, cui nullam etiam fidelitatem, ut debuerat, servavit in communi eorum peregrinatione, sicut juramenti sacramento inter utrosque fuerat confirmatum. Deinde conqueritur, quod signum ducis Austriæ consanguinei sui, in Terra Sancta Deo militantis, ob ejus contemptum in cloacam dejecerit, et Theutonicos suos verbis et factis dehonestaverit. Super his autem omnibus rex Ricardus eleganter respondens, distincte et per ordinem, quod omnibus audientibus sufficienter videretur excusatus. Matt. Par. ii. 397.

Richard appeals to the Old Man of the Mountain.

Insuper misit imperialem legationem ad Veterem de Monte, rogans ipsum et Assessinos suos, ut per ejus epistolam super dicto crimine, ei imposito, suam purgarent innocentiam, quod factum est anno sequenti. Serena in omnibus facta est fama regis, in omnibus accusationibus prætaxatis. Wendover (not Paris) iii. 74 (Coxe).

Et ex tunc cœpit imperator mitius agere[1] cum ipso, et taxata est redemptio ejus ad centum quadraginta milia marcarum argenti ad pondus Coloniæ. Unde calices Angliæ et quarta pars reddituum, ut prætactum est, ad ejusdem regis liberationem cesserunt in alienam possessionem, unde Anglia ruinam incurrit et dampnum irrestaurabile. Sed pro redemptione tanti regis leve fidelibus regni et amicis regis videbatur. Matt. Par. ii. 398.

John makes a league with Philip II. and attempts to seize the crown.

Comes vero Johannes, frater regis Ricardi, credens regem Ricardum nunquam liberari, immo potius pecuniam totam redemptionis cum redimendo ipso rege perdi, fœdus amicitiæ cum rege Francorum firmavit, in perniciem [regis].[2] Scivit enim quod odio eum habuit, disposuitque coronari, sed Anglorum virtute fuit præpeditus. Id. ii. 401.

Philip II. invades Normandy.

Rex Francorum invasit Normanniam, et castra ejus violenter expugnata occupavit; Gisorcium tamen, sola proditione. Id. ii. 402.

His marriage with Ingelburga and divorce.

Per idem tempus, rex Francorum filiam regis Daciæ desponsavit, et statim repudiavit.

---

[1] *agere*] om. Ch. T. W.; it is in the margin in A., and interlined in Re.

[2] *regis*] only in E.; ejus is interlined in Re.

Admonentur a Papa imperator et dux, ut dimittatur rex Ricardus, sed frustra. A.D. 1193.

Anno gratiæ MCXCIII°. Sufficienter purgata est fama super inventis[1] accusationibus, objectis regi Ricardo, lecta epistola quam jam transmiserat Vetus de Monte imperatori et duci Austriæ. Ammoniti sunt a domino Papa, ut in pace dimitteretur rex Ricardus, tam dux quam imperator; sed noluerunt ullo modo tam opimam[2] prædam amittere. Per idem tempus mortuo Salaadino et *sepulto in inferno*, successit ei frater ejus Safadinus. Rex Francorum expedienter guerram suam in Normannia continuavit. Videntes autem amici regis et fideles regni, quod mora traheret periculum, redemptionem solvere maturabant; rex enim [ ][3] in angustia mentis, cui compatiebantur; comes[4] sibi regnum usurpabat. Rex Francorum Normanniam occupare sibi conabatur. Undique pericula iminebant. Rex Francorum reginam suam repudiatam custodiæ quasi carcerali mancipavit. Omnia commercia rerum venalium per totum regnum Angliæ, præcepto regis Ricardi, constituta sunt unius ponderis et mensuræ.

Richard's fame cleared. The Pope interferes in his behalf. Death of Saladin. S. Luc. xvi. 22. The ransom paid. Normandy threatened. Weights and measures reduced to one standard.

Matt. Par. ii. 399. Id. ii. 402. Id. ii. 351 (a. 1189).

[Eodem[5] anno Hubertus filius Walteri, episcopus Saresberiensis, electus est in archiepiscopum Cantuariæ.]

MS. Re., from Id. ii. 402. Hubert abp. of Canterbury.

Liberatur rex Ricardus redemptus; venit in Angliam et ad sanctum Thomam vadit.

Anno gratiæ MCXCIV°. Rex Ricardus, maxima jam parte suæ redemptionis persoluta, obsidibusque datis pro parte persolvenda, die Purificationis beatæ Mariæ ab omni custodia[6] imperatoris . . .,[7] cui dux Austriæ cum vendiderat, permissus est ad propria remeare. Rex autem statim cum in Angliam venerat, beati Thomæ sepulcrum adoraturus

Id. ii. 403. Richard freed and returns to England. He goes to Canterbury and St. Edmundsbury.

---

[1] *inventis*] om. T.

[2] *opimam*] optimam, E.

[3] A word is omitted; Cl. has *factus est* in the margin; T. W. *fuerat* in the text.

[4] T. W. ins. *nam* before *comes*.

[5] N. introduces "Hubertus eligi-" tur et consecratur."

[6] *custodia*] custodie, Ch. E.; Cl. Re. have been altered.

[7] *liber effectus* is omitted.

A.D. 1194. adiit, postea ad sanctum Eadmundum, deinde[1] ad sanctum Albanum Angliæ prothomartirem; inde progrediens apud Notinham omnes, quos comes frater ejus corruperat, edomuit. Castrum recepit, et cum eis, quos cepit, misericorditer egit. Matt. Par. ii. 403.

Taxation in England.

[Eodem anno omnes ecclesiæ Angliæ taxatæ sunt et carucæ.] MS. Cl.

Richard crowned at Winchester.

Subactis igitur in brevi omnibus adversariis suis in Anglia, consilio procerum suorum, in octavis Paschæ, licet renitens apud Wintoniam coronam portavit, Huberto archiepiscopo missam celebrante, et Willelmo rege piissimo Scotorum præsente. Deinde in festo sanctorum Nerei et Achillei apud Portesmue navem ascendens, in Normannia applicuit, et apud Bruis nocte illa quiescens post laborem dormivit, ubi comes Johannes, optimo usus consilio, regi supplex occurrit, et se ad pedes ejus humiliter cum militibus multis prosternens, miserationem fratris profusis lacrimis imploravit. At rex, in pace piissimus, prostratum lacrimans erexit, et in gratiam fraternitatis suscepit, et statim Vernolium ab obsidione liberavit, et totam patriam ab oppressione Francorum liberavit. Et statim post, fugato rege Francorum a finibus Turoniæ, quadrigas ejus et clitellas sub captione conclusit, sicque in Pictaviam subito transiens, omnes ibi adversarios suos redire coegit, ita ut a castello Vernolii usque ad Crucem Karoli non erat, qui ei resisteret. Matt. Par. ii. 404.

He crosses to Normandy, May 12.

Submission of John.

Defeat and flight of Philip II. Id. ii. 406.

Proposal of Philip II. to settle his quarrel with Richard by a combat of five men on each side.

Circa hos dies, rex Francorum nuntios quatuor misit ad regem Anglorum, verbis utens pacificis in dolo, ut cessantibus utrobique sumptibus et laboribus inutilibus, sub certamine[2] quinque virorum, ab utroque regno electorum,[3] dirimerentur amborum quæstiones. Placuit provisio ista regi Anglorum, dummodo rex Francorum quintus inter suos, et rex Angliæ quintus inter suos, in certamine appareret, quod rex Francorum recusavit.

---

[1] This is a false statement foisted in by the compiler. Paris (Chron. Maj. ii. 403) mentions the presents sent by the abbat of St. Alban's to Richard, and in the Hist. Anglorum (ii. 47) especially adds that Richard sent an offering to St. Alban's, excusing himself for not going there.

[2] *certamine*] certamen, E.

[3] *electorum*] electis, MSS. exc. A., which has been altered.

Matt. Par. ii. 407.

Eodem anno, Robertus comes Legrecestriæ a rege Francorum capitur. Henricus Marescallus, frater Willelmi Marescalli senioris, fit episcopus Exoniensis. Eodem tempore,[1] rex Ricardus in Angliam transiens statuit per loca certa[2] torneamenta fieri, ut Anglici, qui robusti sunt, ad bellum per exercitationem fierent agiliores. His etiam diebus Alexius[3] quidam, Manuelis filius, innumerabili armatorum multitudine congregata, Cursac imperatorem Constantinopolitanum hostiliter aggressum cepit, et excœcavit, atque tandem ementulatum perpetuo carceri condempnavit, ejusque imperium occupavit.

A.D. 1194. Robert E. of Leicester captured. Tournaments in England. Alexius usurps the empire of Constantinople.

[*De conductu qualis debeat fieri regis Scotiæ, quotiescunque in Angliam venerit per mandatum regis Angliæ.*

MS. Cl.] from Hoveden, iii. 243.

[Anno gratiæ MCXCIV°. Nonas Aprilis rex Angliæ Ricardus et rex Scotiæ Willelmus venerunt ad Maltonam, ubi rex Scotiæ petiit a rege Angliæ dignitates et honores quos prædecessores sui habuerunt in Anglia. Petiit etiam comitatum Northumbriæ et Cumberlande et Westmerlande et comitatum de Lancastrie sibi reddi de jure prædecessorum suorum. Cui rex respondit se satisfacturum ei per consilium baronum suorum.

Richard and William king of Scots at Malton, 5 April. Demand of the king of Scots.

Hoveden, iii. 244.

Undecima die mensis Aprilis fecerunt prædicti reges moram apud Northamtoniam, ubi rex Angliæ, habito cum episcopis et comitibus et baronibus suis cum deliberatione consilio, respondit regi Scotiæ, quod petitionem suam quam fecerat de Northumbria nulla ratione facere debuerat, et maxime illis diebus in quibus omnes fere principes regni Francorum facti sunt ei inimici. Nam si hoc fecisset, videretur quod hoc magis ex timore procederet quam ex dilectionis affectu; tamen rex Angliæ in præsentia Alienoræ matris suæ et Huberti Cantuariensis archiepiscopi et N.[4] Dunelmensis episcopi et Gocelini Glascuensis

They go to Northampton. Refusal of Richard.

[1] *tempore*] anno, E.
[2] *certa*] circa, Ch. A. T. W.
[3] A confusion between Alexius Angelus and Alexius Comnenus, son of Manuel. (Madden, Hist. Anglor. iii. 557.)
[4] Hugh de Puisac.

A.D. 1194. Arrangement for the escort of the king of Scots in coming to England.

episcopi et aliorum multorum tam clericorum quam laicorum utriusque regni, concessit et carta sua confirmavit Willelmo regi Scotorum et hæredibus suis in perpetuum, quod quandocunque ipsi per summonitionem regis Angliæ ad curiam suam venient,[1] episcopus Dunelmensis et vicecomes Northumbriæ recipient eum ad aquam de Twede, et in salvo conductu ducent eos usque ad . . .[2] fines comitatus Eboracensis ; et sic per episcopos et vicecomites ducentur de comitatu in comitatum donec perveniant ad curiam regis Angliæ. Et ex quo rex Scotorum intraverit terram regis Angliæ, habebit cotidie de bursa regis Angliæ centum solidos de liberatione. Cum autem rex Scotiæ ad curiam regis Angliæ venerit, quamdiu ipse in curia regis Angliæ moram fecerit, habebit cotidie de liberatione xxx. solidos et xii. wastellos dominicos et xii. simenellos dominicos, et iv. sexteria de dominico vino regis et viii. sexteria de vino expensabili et ii. libras de pipere et iv. libras de cimino et ii. petras de cera vel iv. cereos et xv. grossos et longos colpones[3] de dominica candela regis, et quater viginti colpones de alia candela expensabili ; et cum ipse in patriam suam redire voluerit, conducetur per episcopos et vicecomites de comitatu in comitatum donec pervenerit ad aquam de Twede, et habebit semper cotidie c. solidos de bursa regis Angliæ ad liberationem. Carta autem hujus concessionis et confirmationis regis Angliæ tradita fuit Willelmo regi Scotiæ in villa de Northamtonia, feria secunda in ebdomada Paschæ, per manum Willelmi Eliensis episcopi regis cancellarii, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MC. nonogesimoquarto, anno etiam regni regis Ricardi quinto.]

His allowance while at the English court.

MS. Cl., from Hoveden, iii. 244.

---

[1] *venient*] veniret, Cl.

[2] A sentence in Hoveden is omitted here.

[3] *colpones*] culpones, Cl.

Dux Austriæ obiit excommunicatus. Rex de Marroc Hispaniam invadit. A.D. 1195.

Southwark Annals. Anno gratiæ MCXCV°. Hubertus Cantuariensis archiepiscopus, ii. kalend. Maii, suscepit simul cum archiepiscopatu legationem totius Angliæ, Walliæ, et [Scotiæ,[1] et] etiam Eboracensis ecclesiæ. Prior Hospitalis Jerusalem factus est episcopus de Bangor, xvi. kal. Maii.

Abp. Hubert made legate.

Alan bp. of Bangor.

Matt. Par. ii. 408, 409. Dux Austriæ, qui regem Ricardum ceperat, eo anno Dei judicio percussus, obiit excommunicationis[2] vinculo innodatus, eo quod sæpe ab ecclesia Romana admonitus noluit regem

Death of the duke of Austria, excommunicate.

Id. ii. 411. Ricardum liberum dimittere. Obiit[3] etiam Hugo de[4] Pusach

Id. ii. 410. episcopus Dunelmensis et Henricus Wigorniensis. Messes præ nimia inundationum[5] abundantia[6] perierunt. Imperator Henricus regnum Apuliæ et Siciliæ sibi subjugavit, mortuo Tancredo, qui Willelmo regi injuste successerat. Duxerat enim sororem[7] regis Willelmi, cui regnum illud, mortuo[8] fratre, justius successerat.

The harvest destroyed by floods.

Henry VI. reduces Apulia and Sicily.

Id. Eodem anno, rex de Marroc irrumpens[9] in Hispaniam, stragem exercuit in Christianos inopinatam. Eodemque

Invasion of Spain by the Moors.

Id. ii. 411. anno, Garinus, abbas ecclesiæ sancti Albani iii. kalend. Maii diem clausit extremum; cui successit Johannes, ejusdem [ecclesiæ][10] monachus, xiii° kalend. Augusti. Tunc etiam

Death of Warin, abbat of St. Alban's.

Id. ii. 412. temporis, admonitus est rex Francorum frequenter, ut reginam suam modo quo deceret tractaret. Admonuit etiam dominus papa Celestinus omnes Angliæ prælatos super promotione Terræ Sanctæ, ut populis[11] prædicantes crucem fidelibus imponerent.

John [de Cella] succeeds.

The Pope writes to the English prelates for the Holy Land.

---

[1] *Scotiæ*, which is only in E., is in the Southwark Annals.

[2] *excom. v. innodatus*] excommunicatus, E. This is a careless abridgment of Paris and Wendover, who (from Coggeshale) state that the duke was absolved before his death.

[3] *Obiit etiam*] Obierunt, E.

[4] *de Pusach episcopus*] om. E.

[5] *inundationum*] inundatione, Ch. Cl. T. W.; inundationis, A. (altered), N. Re. (over erasure).

[6] *abundantia*] om. T. W.

[7] Constance.

[8] *mortuo fratre*] not in Paris, but in Coggeshale, p. 66, whom Paris is here copying, and who has been used directly by the compiler.

[9] *irrumpens*] erumpens, E.

[10] *ecclesiæ*] only in E.; loci, Re.

[11] *populis*] propriis, E.

A.D. 1196. *Imperatorem Henricum pœnituit de receptione accepta, sed [et] non respicitur.*

John of Coutances bp. of Worcester.

William FitzOsbert put to death.

Richard builds a castle in Andely.

Anger of the abp. of Rouen.

Gift of Henry VI. to the Cistercians refused.

Vision of a monk of [Eynsham].

Death of Henry VI.

Richard at Poictiers.

He meets Philip II. at Louviers.

Terms of the peace between them.

Anno gratiæ MCXCVI°. Johannes de Constantiis, decanus Rothomagensis, consecratur in episcopum Wigorniensem xiii° kalend. Novembris. Eodem anno Willelmus filius Osberti, cognomento A la barbe, dum causam pauperum nitebatur defendere cum [1] quibusdam Londoniis, perimitur. Rex Anglorum Ricardus firmavit castellum novum de Andeli contra voluntatem Walteri Rothomagensis archiepiscopi, et quoniam rex sæpe admonitus noluit ab incepto desistere, dictus archiepiscopus Normanniam totam sub interdicto conclusit, et sic curiam Romanam adiit. Imperator Henricus de divina ultione perterritus legavit capitulo Cisterciensium redemptionem regis Ricardi, ad thurribula argentea facienda. Abbates vero illam sub tali forma recipere noluerunt. Philippus Pictavensis consecratur in episcopum Dunelmensem. Temporibus illis, quidam monachus Eveshamensis,[2] ductus [in mentis excessum], vidit mirabilia, quæ speciales exigerent tractatus. Eodemque anno obiit prædictus imperator, qui regem Ricardum emptum vendidit, et iccirco vinculo anathematis obligatus, si clam penitentiam egerit absolutus, nescitur. Rex Anglorum [Ricardus] fuit ad Natale apud Pictaviam, et deinde in [3] festo sancti Hyllarii convenerunt ad colloquium Philippus rex Francorum, et Ricardus rex Angliæ apud Loviers, ubi inter eos convenit in hunc modum: rex Francorum quietam clamavit regi Ricardo et hæredibus [suis] Yssodum cum pertinentiis suis, et jus totum quod habuit in Berri et Alvernia et Guasconia, et reddidit ei quiete castrum de Archis, et comitatum de Aubemarle, aliaque castella multa, quæ occupaverat post reditum suum de peregrinatione Terræ Sanctæ. Et rex [Ricardus] Anglorum quietum clamavit regi Franciæ Gyzorcium et totum Normannicum Vigesinum. Et hæc omnia ut rata haberentur, fidejussores adinvicem invenerunt, et pœnam XV. milium marcarum statuerunt. Processu [4] autem

Southwark Annals.

Matt. Par. ii. 418.

Id. ii. 419.

Id. ii. 442.

Id. ii. 423.

Cf. Coggeshale, p. 72.

Matt. Par. ii. 416.

[1] *cum quibusdam*] om. E.

[2] See the note [1], Matt. Par. ii. 423.

[3] *in*] om. Ch. T. W. It is inserted in A.

[4] *Processu*] Processio, E.

Matt. Par. ii. 417.

temporis, pœnituit regem Francorum tale fecisse commercium, cum rex Ricardus hæc omnia prædicta in pace possideret; et magnum congerens exercitum, fœdere rupto, Albemarliam obsidione vallavit. Quo facto, rex Anglorum præcepit saisiari in manu sua omnes res et possessiones abbatum de Majori monasterio, de Cluniaco, de sancto Dionisio, et de Caritate, qui fidejussores erant regis Francorum super[1] pactione prædicta, quæ talis fuit, quod si[2] transgrederetur rex Francorum, solverent ipsi prædictam pecuniam. Cepit interim rex Francorum castellum de Aubemarle per insultum, et subvertit illud, postea multa alia. A.D. 1196. Philip II. besieges Aumâle, and Richard seizes the property of the sureties.

Matt. Par. ii. 420. Wendover (notParis), iii. 96.

Eodem anno, captus est[3] quidam potens, regi Francorum familiarissimus, Hugo de Calvo Monte. Illis quoque diebus comes Johannes et Marcadeus, non procul a civitate Belvacensi, ceperunt Philippum ejusdem civitatis episcopum, bene armatum, et Willelmum de Merlau cum filio suo, [et] cum multis [aliis] militibus et plebe innumera; [et veniens Marchadeus mane ante lectum regis Ricardi, dixit idiomate Normannico, "Sus, Richard, sus, jo te ay mene "le cantatur de Balvais."] Capture of Philip de Dreux, bp. of Beauvais, William de Merlou, and others.

Matt. Par. ii. 422.

Episcopus vero[4] armatus præsentatus est regi Ricardo, et sic [ex præcepto regis] fuit [episcopus] in carcere detentus in armis, pro quo cum dominus[5] Papa scriberet ut liber dimitteretur, multum increpans regem [Ricardum], quod episcopum filium suum carissimum sic cepit et detinuit, rex missa lorica episcopi in qua captus fuit, domino[6] Papæ scribenti pro filio suo dixit in epistola sua, "Vide, [pater,] si tunica filii tui "sit an non." Et desinente Papa amplius petere pro eo, per[7] redemptionem [postea][8] liberatus est episcopus. Richard's words to the Pope on his interceding for the Bishop.

Relaxatur interdictum in Normannia. Fulco prædicator claruit.

Id. ii. 438.

Anno gratiæ MCXCVII°. Rex Angliæ Ricardus pro sententia interdicti relaxanda, quam Rothomagensis archiepiscopus tulerat pro [castello de] Andeli, misit ad Romanam curiam Richard sends the bps. of Ely, Durham, and

[1] *super . . . Francorum*] om. A. N.
[2] *si*] om. Ch.
[3] *est*] om. Ch.
[4] *vero*] totus, E.
[5] *dominus*] om. Ch. T. W.
[6] *domino*] domini, Ch.
[7] *per redemptionem*] pro redemptione, T.
[8] N. ins. a carcere.

A.D. 1197. Lisieux to Rome in the matter of Andely. Willelmum Elyensem episcopum, cancellarium suum, Dunelmensem et Luxoviensem episcopos, ut causam suam defenderent contra archiepiscopum. Willelmus vero Elyensis obiter diem clausit extremum [versus curiam], et sepultus est in abbatia de Pynu,[1] ordinis Cisterciensis, quarto kalend. Februarii. Socii autem ejus scilicet[2] episcopi, Romam pervenientes, concordiam inter regem et archiepiscopum ambobus indempnem procurarunt, quæ per cartam est confirmata. Matt. Par. ii. 438.

Death of bp. Longchamp, who is buried at Notre Dame du Pin. Tunc autem temporis intimatum est regi Ricardo, quod naves ex Anglia venire consueverant ad sanctum Walericum, deferentes inimicis victualia, cum opus haberent, in suum magnum detrimentum. In cujus injuriæ ultionem villam combussit, monachos dispersit, feretrumque sancti Walerici cum reliquiis in Normanniam transvexit. In portu autem illo naves frumento onustas invenit,[3] quarum nautas suspendi præcepit, navibusque combustis, victualia suis militibus erogavit. Ipso quoque tempore, munificentia regis Ricardi multos de potentioribus Franciæ allexit, præcipue comitem Flandriæ Baldewinum, Campanos, Britones, et multos nobiles Francigenarum, qui, relicto rege Francorum, regi Ricardo adhæserunt. Id. ii. 440. Id. ii. 441.

The other bishops arrange a peace between Richard and the abp. St. Valery burnt and the relicks carried off by Richard.

Richard gains over many French nobles. Illis quoque diebus, surrexit quidam alter propheta in Francia, prædicator efficacissimus, scilicet magister Fulco, pro quo Dominus miracula manifeste dignatus est operari. Id. ii. 440.

Preaching of Fulk of Neuilly in France. [Iste Fulco quadam die accessit ad regem Ricardum Angliæ, et ait illi, "dico tibi ex parte Omnipotentis " Dei, ut tres filias tuas, quas habes pessimas, citius " marites, ne aliquid deterius tibi contingat." MS. Cl. from Hoveden, iv. p. 76.

Fulk's reproof of Richard. Cui fertur regem respondisse, "Hypocrita, mentitus es, quia " filiam non habeo ullam." Ad quod Fulco, "Certe " non mentior, quia, ut dixi, tres habes filias pessimas, " quarum una est superbia, altera cupiditas, tertia

Answer of Richard. " luxuria." Convocatis igitur ad se comitibus et multis aliis qui aderant, ait rex, "Audite universi " commotionem hujus hypocritæ, qui me dicit habere " tres filias pessimas, scilicet superbiam, cupiditatem, " et luxuriam, et præcipit ut eas maritem. Do igitur

---

[1] *Pynu*] Primi, MSS. exc. E.
[2] *scilicet*] om. E.
[3] *invenit*] invente, E.

MS. Cl. from Hoveden, iv. 77. " superbiam meam superbis Templariis, et cupiditatem " meam monachis de ordine Cisterciensi, et luxuriam " meam prælatis ecclesiarum."] A.D. 1197.

Matt. Par. ii. 440. Hic summo opere usuram conabatur exstirpare, quæ, ab viris Italiæ jam derivata, illis temporibus Franciam nimis maculaverat. Hic etiam Fulco quendam religiosum ac facundum prædicatorem misit in Angliam, abbatem scilicet de Flai, ordinis Cisterciensis, ad commercia, quæ Dominicis diebus fieri tunc solebant, deponenda. His preaching against usury. Eustace, abbat of Flai.

Id. ii. 441. Eo quoque tempore, Robertus de Salopesbire consecratus est in episcopum de Bangor. Interea comes Flandrensis castellum de Arraz obsidione vallavit, quod cum rex Francorum liberare vellet, comes eum aquæ ductibus adeo itinera interclusit, quod necessario oportuit regem Francorum voluntati comitis optemperare. Robert bp. of Bangor. Siege of Arras.

Abridged from Id.

Id. ii. 442. Mensuræ omnes et modii legalis et unius per regnum ponderis et mensuræ fiunt.[1] Assize of measures.

Otho coronatur in regem Alemanniæ honorifice.

Id. ii. 443. Anno gratiæ MCXCVIII°. Otho, nepos ejus,[2] Aquisgrani in regem Alemanniæ sive[3] Germanniæ, procurante eodem rege Anglorum Ricardo, coronatur, qui statim filiam ducis Lovaniæ in uxorem ducens, in die coronationis suæ sedit simul cum ea in cathedra ad mensam, sed nondum coronata. Coronation of Otho at Aachen. His wife Mary of Louvain.

Id. Eodem anno, defuncto papa Celestino, successit Innocentius Tertius, in die cathedræ sancti Petri Papa consecratus, et in Petri cathedra collocatus, utinam Petri vestigia secutus. Cujus favore exortum est in Ytalia novum genus ordinis prædicatorum, qui Jacobitæ voluerunt appellari, quia vitam Apostolicam videbantur imitari. Eodem tempore, Hugo Coventrensis[4] episcopus in morte,[5] mentis compunctione P. Innocent III., 22 Feb. The Jacobites.

---

[1] Here N. introduces the letters of the bp. of Beauvais to Celestine III., and the Pope's answer; they are given in Hoveden, iv. 21–24, and are probably fictitious. See Jaffè, Regesta Pont. Rom., p. 951. After this in N. the events of the year 1197 are repeated.

[2] *ejus*] regis Ricardi, E., over erasure.

[3] *sive Germanniæ*] honorifice, E.

[4] *Coventrensis*] Cestriensis, E.

[5] The corrector of A. has interlined *sine* before *mentis;* Re. is altered to *penitentiam agens.*

A.D. 1198. Death of Hugh bp. of Coventry. The Coventry monks restored. Eustace bp. of Ely, 8 March. Geoffrey bp. of Coventry. The quarrel respecting the chapel at Lambeth.

et de commissis pœnitentia [ductus, apud Beccum Herwyl in habitu monachili] in[1] transmarinis partibus naturæ debitum persolvit. Eodemque anno, expulsis clericis, revocatus est in locum debitum et pristinum conventus Coventrensis. Dominica vero qua cantatur *Lætare Jerusalem*, Eustachius Saresbiriensis decanus Elyensis episcopatus munus consecrationis suscepit per manum Huberti Cantuariensis archiepiscopi, apud Westmonasterium, post quem et Galfridus Coventrensis[2] electus xi. kal. Julii. Quo etiam tempore pluit sanguis super ædificantes turrim de Andeli. Circa quoque dies illos orta est dissensio inter archiepiscopum et monachos Cantuariæ propter ecclesiam, quam idem archiepiscopus apud Lamheth de novo construxerat. Timuerunt enim monachi, ne, sicut comminatum fuerat, archiepiscopus sedem illuc[3] cathedralem transferret. Unde Romam profecti, Innocentio papæ conquesti, impetrarunt ut archiepiscopus a justiciaria deponeretur.[4] Inde enim cornua sumpsit et audaciam recalcitrandi. Non enim revera decebat archiepiscopum talibus *implicare se negotiis secularibus* et causis, ubi periculum sanguinis versabatur, interesse. Amoto igitur per ecclesiam archiepiscopo Romanam ab justitiaria, rex in loco ejus Galfridum filium Petri subrogavit. Illis quoque diebus, rex Francorum Philippus et rex Angliæ Ricardus congressi sunt inter Gaunes[5] et Vernonem, in quo rex Franciæ impotens sustinere pondus belli, et sui sibi per fugam consulentes, Vernonem pro refugio petierunt. Sed antequam castellum possent ingredi, rex Ricardus illos in ore gladii insecutus, cepit ex eis viginti milites, servientes vero[6] sexaginta.

Cogges-hale, p. 80. Hoveden, iv. 45. Matt. Par. ii. 445. Id. ii. 446.

2 Tim. ii. 4.

The archbishop removed from the office of justiciary. Defeat of Philip II. between Gameges and Vernon.

Id. ii. 447.

Death of Richard bp. of London.

Eodemque tempore Ricardus Londoniensis episcopus debitum naturæ persolvit.

Id.

Castles taken by Richard.

Ejusdemque anni curriculo, rex Anglorum Ricardus, omnibus viribus congregatis, cepit per insultum tria castella super regem Francorum, scilicet Sirefontanum, Buriz, et

Id.

---

[1] *in transmarinis partibus*] om. E.

[2] *Coventrensis*] Cestrensis, E.

[3] *illuc*] illic, E.

[4] *deponeretur*] deponebatur, MSS.; A. is corrected in the margin.

[5] *Gaunes*] Gaynnes, E.

[6] *vero*] ducentos, E., mistaking $^{o}_{u}$ for $^{os}_{ii}$.

Matt. Par. ii. 447. castrum de Curceles, laudabili fultus Anglorum auxilio. A.D. 1198. Rex vero Francorum, aucto exercitu suo quadringentis militibus et mille servientibus, et cum communis[1] suis de Mantua et aliis locis, exiens profectus est ad succurrendum castro [de] Curceles, quod nondum credidit esse captum. Quod cum sciret rex Ricardus, venit obviam ei, et inter Curceles et Gisorcium, ubi[2] acerrimum et cruentum nimis commissum est campestre prælium inter eos. Cujus prælii pondus rex Francorum ferre non valens, coactus cum suis ad Gisorcium castellum aufugit, et cum fugiendo glomeratim pontem de Gisorcio ascendissent, confractus est pons præ multitudine transeuntium, et ipse rex Francorum armatus, insidens equum, ab alto[3] in flumen de Eethe cum aliis innumeris militibus cecidit, ubi rex, ascendens ab unda rapida et profunda, a limo extractus est, et vix a mortis discrimine liberatus. Pars autem posterior exercitus fugientis, ut [rex] liberius a limo profundo extraheretur, reversa est contra regem Ricardum, electissima scilicet pars gentis Francigenæ, quæ se periculo mortis pro ereptione domini sui exposuit. Ibi igitur prælium jam renovatum est cruentissimum, ibique armorum tinnitus et lancearum fragor personuit; tandem prævalente parte regis Ricardi, capti sunt tres electi milites regis Franciæ, Mathæus scilicet de Monte[4] Moretino, Alanus[5] de Ruscy, et Fulco[6] de Gilerval;[7] præter quos capti sunt milites in ipso conflictu nobiles centum et servientes ducenti, pedites vero innumerabiles. Super hac autem gloriosa victoria misit rex Ricardus epistolam consolatoriam prælatis et amicis suis in Anglia commorantibus. Videns ergo rex Francorum vires regis Anglorum diatim excrescere, supplicavit Papæ, ut ipse pacem procuraret. Papa igitur legatum[8] cum epistola specialissima regi Anglorum Ricardo destinavit, orans affectuose ut precibus suis esset favorabilis in pacis compositione. Rex igitur Ricardus, qui promotionem Othonis nepotis sui affectavit, ut scilicet in regem Aleman-

Defeat of Philip.

He falls into the Epte in his flight.

Prisoners taken by Richard.

Id. ii. 449. His letter on his victory.

Philip asks the Pope's mediation.

Id. ii. 450.

[1] *communis*] so E.; communiis, the other MSS.

[2] *ubi*] ibi, E.

[3] *ab alto*] ablato, Ch. A. Cl. N. T. W.; Cl. is corrected in the margin to "appellatum flumen de "Eeth," flumen being repeated. Re. has been corrected.

[4] *i.e.*, Montmorency.

[5] *Alanus*] Alanum, Ch.; Cl. and Re. have been corrected.

[6] *Fulco*] Fulconem, Ch.; Cl. and Re. corrected.

[7] *Gilerval*] Gyreval, E.

[8] Peter of Capua.

A.D. 1198. niæ coronaretur, ad quod ut favorem haberet domini Innocentii papæ et etiam ad promotionem imperialis dignitatis, adquievit precibus supplicantis. Reges igitur in unum convenientes treugas tali pactione juraverunt quinquennes, quod homines utriusque regis et mercatores per terras alterutras ire et redire, emere et vendere, possent sine impedimento. Quo facto, rex Anglorum abbatem Cisterciensem [1] et Reimundum monachum sancti Albani, qui eodem tempore pro negotiis ecclesiæ suæ ad regem transmissus fuerat ad curiam regis in Normanniam, Romam misit, ut ibidem negotia prælocuta perducerent ad effectum; et ad hæc negotia perficienda cepit rex de unaquaque carucata terræ totius Angliæ v. solidos de auxilio. Eodem anno, fuit tonitruus et coruscatio et pluvia, qualis numquam antea videbatur. Eustachius consecratus est episcopus Elyensis. Obiit Hugo Cestrensis in habitu monachili apud Beccum. Obierunt etiam Johannes Wigorniensis [et] Petrus[2] de sancto David.

Matt. Par. ii. 450.

Truce made for five years.

Richard's messengers to Rome.

Tax.

Storms.

Deaths of bishops.

Southwark Annals.

Rex Ricardus, spiculo balistæ sauciatus, moritur; cui succedit Johannes rex.

Anno gratiæ MCXCIX°. Hubertus Cantuariensis archiepiscopus ecclesiam de Lamhetha, quam Baldewinus prædecessor suus in honore beati Thomæ martiris fundaverat, et ipse fere consummaverat, procurantibus monachis Cantuariensibus in quorum detrimentum fundabatur, auctoritate summi Pontificis sic imperantis, ad sui et multorum ignominiam complanavit. Eodem tempore statutis, ut dictum est, treugis inter ipsum[3] et regem Francorum, rex Ricardus in quosdam barones sibi rebelles Pictaviæ formidabile vexillum direxit, et dum castrum Chaluz obsidione vallasset septimo kal. Aprilis, quodam balistæ spiculo vulneratus est, et vulnere male custodito, cœpit mortis sentire imminentis periculum. Castrum tamen violenter occupavit, et auctorem mortis liberum pro amore Dei abire permisit. Moriturus igitur, corpus suum apud fontem Ebraudi, secus pedes patris

Matt. Par. ii. 451.

Abp. Hubert compelled to destroy the church at Lambeth.

Siege of Chaluz castle by Richard.

His wound and death.

His burial at Fontevraud.

[1] *Cisterciensem*] sic MSS. for Certesiensem. *Martin, abbat of Chertsey.*

[2] *Petrus*] Philippus, W.

[3] *ipsum*] regem Ricardum, E.

Matt. Par. ii. 451. sui, cujus proditorem se confitebatur, sepeliri jubens, ecclesiæ Rothomagensi cor suum inexpugnabile, propter præcipuam dilectionem quam adversus Normannos gerebat, legavit. Apud castrum vero prædictum viscera sua in ecclesia recondi jubens, stercora sua Pictavensibus, propter suæ notam proditionis, reliquit. A.D. 1199.

MS. Re. from Diceto, ii. 166. [Et cum regnasset novem annos et dimidium, octavo idus Aprilis spiritum exhalavit.]

Coronatio[1] *regis Johannis. Hubertus Cantuariensis archiepiscopus.*

Matt. Par. ii. 452. Johannes igitur frater regis Ricardi, jam defuncti, comes Moretonii, in partibus transmarinis existens, Succession of John.

Id. ii. 454. pacem suam in Anglia nunciavit. Ducatum Normaniæ suscepit et homagia nobilium. Multi tamen magnates Arthuro, quasi naturali domino, adhæserunt. Et hoc fuit seminarium odii. Eodem anno, Willelmus de[2] sanctæ Mariæ ecclesia, genere Normannus et ecclesiæ sancti Pauli Londoniensis canonicus, apud Westmonasterium per manum Huberti Cantuariensis archiepiscopi in episcopum Londoniensem consecratus est x. kal. Junii. Per idem tempus, dux Normanniæ Johannes in Angliam transfretavit viii. kal. Junii, et in crastino, in vigilia scilicet Ascensionis [Domini], Londoniam venit, ubi congregatis Angliæ nobilibus, ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo apud Westmonasterium coronatus est, die Ascensionis [Domini]. Qui transfretavit statim postea cum maxima hominum multitudine. Timebat enim Arthurum, cui multi magnates adhæserunt, commorantem sub protectione regis Francorum. Præter enim regem, qui eum fovebat, adhæserunt ei magnates Andegaviæ, Cenomanniæ, et Turoniæ, quasi ligio domino, dicentes consuetudinem, jus, et judicium esse, ut Arthurus, filius fratris senioris, in patrimonio sibi debito succedat, quam[3] videlicet Galfridus, pater ejusdem Arthuri, esset habiturus, si regem Ricardum supervixisset.

Id. ii. 453. Some adhere to Arthur.

Id. ii. 454. (South-wark Annals.) William bp. of London.

Matt. Par. ii. 454.

Id. ii. 456. His fear of Arthur.

Id. ii. 453.

[1] There is a picture of the coronation in Ch. E. W.; a space for it is left in A.

[2] *de . . ecclesia*] om. E.

[3] *quam*] this refers to *hæreditate*, which the compiler has omitted; it is in Hoveden and in Wendover, who is copying Hoveden here.

A.D. 1199. Arthur brought up at Paris. Iccirco Constantia, mater Arthuri, ipsum regi Francorum commendavit custodiendum, qui ipsum diligenter propter insidias Parisius educavit. Matt. Par. ii. 453.

Otho IV. emperor. Eodem tempore, cassata electione Philippi, ducis Suaviæ, et aliorum omnium, Otho rex Alemannorum ab Innocentio Papa et Romanis omnibus electus est, et ad Romanum imperium admissus. Confirmata autem a domino Papa electione, Philippus, qui factus est æmulus ejus, dux scilicet Suaviæ, excommunicatus est, et omnes ejus fautores, nolentes ab Othonis persecutione desistere, et acclamatum est per totam urbem, "Vivat Otho imperator." Illis quoque diebus propter captionem fratris[1] Petri de Duai, Cambracensis electi, interdicta est Francia. Id. ii. 457.

Philip duke of Swabia excommunicated.

Interdict in France.

Repudiata Hauuisia, rex duxit Ysabellam.

Marriage of John and Isabella of Angoulême, 8 October. Anno gratiæ MCC°. Rex Johannes Ysabellam filiam comitis Engolismi duxit in uxorem, et Dominica proxima ante festum sancti Dionisii consecrata est in reginam ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo, quia celebratum fuit divortium inter ipsum et Hauwisiam,[2] comitis Gloverniæ filiam, eo quod contingebant se in tertio consanguinitatis gradu. Verumptamen Hugo, cognomento Brun, ipsam Ysabellam in suam susceperat [uxorem]. Id. ii. 462.

Abbats of Westminster. Eodem anno obiit Willelmus[3] Postard, abbas Westmonasteriensis, cui successit Radulfus de Arundel.

Death of Hugh bp. of Lincoln. Obiit Hugo Lincolniensis episcopus kalendis[4] Decembris, qui vixit in episcopatu quatuordecim annis. Id. ii. 471.

Peace between John and Philip. Pax facta est inter Johannem regem Angliæ et Philippum regem Franciæ. Id. ii. 474.

Gilo de Braus consecratur in episcopum Herefordensem viii° kalendas Octobris, apud Westmonasterium. Lodowicus, filius Philippi regis Francorum, duxit in uxorem Blanchiam, filiam regis Hispaniæ, neptem regis Ricardi.

New bishops. Maugerus factus est episcopus Wigorniensis, Johannes de Grai Norwicensis, et Egidius vero Herefordensis.

Five moons. Eodem anno, ante Nativitatem Dominicam apparuerunt de nocte quinque lunæ in cælo, circa primam vigiliam noctis, prima in Aquilone, secunda in Meridie, tertia in Occidente, quarta

[1] On this blunder, *see* the note [1] on Matt. Par. ii. 458.

[2] *Hauwisiam*] Her name was Isabella; the blunder was first made by Hoveden, and copied by many subsequent writers; see Madden, Hist. Anglor. ii. 86, note [2]. Her mother was Hawise.

[3] *Willelmus . . . obiit*] om. E.

[4] *kal.*] decimo quinto kal., Wendover and Paris.

Matt. Par. ii. 474. in Oriente, quinta in medio illarum. Eodem tempore, A.D. 1200.
Id. ii. 471. claruit beatus Hugo, Lincolniensis episcopus, signis et virtutibus, quarum tamen manifestissima fuit, quod dum ejus corpus a Londonia usque Lincolniam portaretur, non erat hora, licet tempus aliquando procellosum fuerit, in qua in aliquo cereorum, qui circa feretrum portabantur, non esset ignis et lux accensa. Item, eodem tempore, fecit Deus miracula in conspectu populi, prædicante abbate de Flai, de quo superius fecimus mentionem. Miracle at St. Hugh's funeral. Eustace abbat of Flai.

Rex Johannes venit Parisius, et hospitatur[1] *in palatio regis Franciæ.*

Id. ii. 475. Anno gratiæ MCCI°. Innocentius papa crucesignatos mandat generaliter peregrinari. Rex Anglorum Johannes celebravit Natale Domini apud Guldeford, ubi multa militibus suis festiva distribuit indumenta. Hubertus vero Cantuariensis archiepiscopus, quasi cum rege a pari contendens, eodem modo fecit apud Cantuariam, unde rex non minimam concepit indignationem. Deinde rex Cantuariam profectus, ibidem die Paschæ[2] cum regina sua coronam portavit. Willelmus de Bleis factus est episcopus Lincolniensis. Isto quoque anno, sanctus Wlstanus et sancta Modwenna crebris miraculis claruerunt. Innocentius papa, cum ab ordine Cisterciensium pecuniam ad iter crucesignatorum violenter exigeret, a beata Maria ejusdem ordinis advocata nimis acriter correptus, ab hac quievit exactione. Eodemque anno, celebrata apud Portesmue sollempnitate Pentecostes, rex cum regina sua in crastino naves ascenderunt, et, licet cum labore, in Normannia applicuerunt. Deinde ad colloquium convenerunt reges prope insulam de[3] Andely, et pacifice convenit inter eosdem; et post triduum rex Johannes ad petitionem regis Francorum venit Parisius, et ibi in palatio regis hospitatus est, rege Francorum sese alias recipiente. Hoc anno, horrendæ tempestates et dampnosæ terrores mortalibus incusserunt. Innocent III. bids the crusaders start. John at Guildford, at Canterbury. William de Blois bp. of Lincoln. Innocent III. prevented by a vision from extorting money from the Cistercians. John and Philip meet near Andely. Storms.

Id. ii. 484.
Id. ii. 480.
Id. ii. 475.
Id. ii. 476.

[1] *hospitatur*] hospitabatur, E.
[2] *Paschæ*] Phase, Ch. Cl. Re. A. has been altered.
[3] *de*] in, E.

A.D. 1201. [Eodem anno Girardus prior Norwycensis obiit.] MS. Cl.

Tax for the Holy Land. Eodemque tempore, ad instantiam Innocentii papæ data est quadragesima pars reddituum omnium ecclesiarum, ad[1] subveniendum Terræ sanctæ contra Saracenos, qui tunc invaluerunt. Matt. Par. ii. 476. MS. Cl. from Matt. Par. iii. 71. (a. 1222.)

[Eodem anno obiit Hugo de Nevilla, qui leonem vicit et interfecit.]

[Eodem anno obiit Walterus primus abbas de Waltham.] MS. Re.

Martyrdom at Rochester. [In[2] illo tempore Sanctus Willelmus du Pert martirizatur extra civitatem Roffensem; et in ecclesia cathedrali Roffensi sepelitur, miraculis choruscando.] MS. N.

Inimici facti sunt iterum reges pro Arthuro.

John at Argentan. Anno gratiæ MCCII°. Rex Anglorum Johannes celebravit Natale Domini apud Argentomium in Normannia, et in quadragesima sequenti habitum est colloquium inter reges Franciæ et Angliæ, ubi rex Francorum contra regem Anglorum mortali armatus odio præcepit indignanter, quatinus incontinenti redderet Arthuro comiti universas terras, quas tenebat et injuste retinebat, scilicet Normanniam, Turonicam, Andegaviam, et Pictaviam, multaque alia exegit ab eo, quæ rex Anglorum se minime facturum respondit. Itaque cum colloquium successus non haberet, die sequenti rex Francorum subito irruit in castellum de Butavant cum impetu militari, et illud solo tenus subvertit; inde progrediens, castra et villas cepit hostiliter et subvertit. Castellum quoque[3] de Radepunt per dies octo obsedit; sed rege Anglorum superveniente, confusus recessit, et ad Gurnai convertens, post dies paucos villam intravit, et eam sibi subjugavit. Reversusque rex[4] Francorum Parisius, Arthurum sub tutoribus deputavit, tradens ei milites ducentos de regno Francorum electos, ut irent in Pictaviam et illam sibi subjugarent. Qui audientes quod regina Alienora apud Matt. Par. ii. 477.

Demands of Philip for Arthur.

Boteavant and other castles taken by Philip.

Arthur invades Poitou.

---

[1] *ad subveniendum*] om. E., having *in subsidium* in the margin.

[2] This is in rubrick in the margin of N.

[3] *quoque*] vero, E.

[4] *rex Francorum*] in Ch. in the margin; only in Cl. Re. of the other MSS.

Matt. Par. ii. 478.

Mirabellum commoraretur, castrum illud obsidione vallaverunt, et illud ad deditionem compulerunt, tantum turri resistente,[1] in qua regina se receperat cum paucis armatis. Obsidione[2] igitur per gyrum facta, venerunt ibi in auxilium Arthuri omnes Pictaviæ primates, scilicet comes de Marchia, Hugo, cognomento Brunus, qui regi Anglorum publicus fuit inimicus propter Ysabellam reginam, quam idem comes per verba de præsenti in suam receperat, antequam regi Anglorum desponsaretur, et sic grandem exercitum confecerunt, et turrim instanter crebris assultibus infestaverunt. Regina in arcto posita regi Johanni hoc significavit, in Normannia tunc commoranti, rogans celerem succursum et efficacem. Quo audito, rex Johannes cum maxima festinatione ad Mirabel castrum in manu potentissima pervolavit; cui Francigenæ audacter cum Pictavensibus obviantes,[3] conflictum inimicissimum inchoarunt. Sed Franci repulsi castrum intrare coacti sunt, et sequens[4] rex in castro pugnam cruentissimam continuavit, et laudabili Anglorum adjutus robore, victoria gaudebat desiderata. Capti sunt igitur ibidem de regno Francorum milites ducenti et cum ipso Arthuro omnes nobiles Pictavenses et Andegavenses, ita quod nec unus evasit. Quos statim misit in Angliam et [in] Normanniam, vinculis mancipatos; Arthurum apud Falesiam misit, diligenter custoditum. Rex vero Francorum, qui turrim de Archis acriter obsessam impugnavit, inclusis viriliter resistentibus, cum hos rumores audisset, confusus ab obsidione recessit. Rex igitur Johannes, jubens Arthurum ante se adduci, sciscitabatur ab eo, si vellet ipsi, quasi avunculo et domino, in bono amore et pace adhærere, cui cum[5] procaciter et superbe responderet, exigens tam regnum Angliæ quam alias terras suas, rex eundem Arthurum duci præcepit clam[6] et festinanter apud Rothomagum et sub custodia artissima diligenter custodiri, ubi cito post evanuit.

A.D. 1202. His attack on queen Alienora at Mirabel.

His army.

The queen sends to John,

who arrives and defeats and captures Arthur.

Philip besieges Arques, but raises the siege.

Interview between John and Arthur.

Obiit Arthurus hæres Anglie apud Rothomagum.

Id. ii. 480.

Eodem anno rex Johannes veniens in Angliam, apud Cantuariam coronatus est per manum Huberti Cantuariensis archiepiscopi xviii° kalend. Maii, et ilico in Normanniam transfretavit; quo cum pervenisset, increbuit opinio per

John crowned at Canterbury.

---

[1] *resistente*] resiste, Ch.; corrected in E. A.; stante, T. W.

[2] *Obsidione*] Absidione, Ch.; A. is corrected.

[3] *obviantes*] comminantes, E.

[4] *sequens*] insequens, E.

[5] *cum*] om. E.

[6] *clam et*] om. E.

A.D. 1202. John considered guilty of Arthur's death.

totum regnum Francorum de morte Arthuri, et per omnes nationes transmarinas, adeo quidem, quod rex Johannes suspectus habebatur ab omnibus, quasi illum manu propria peremisset. Unde multi animos a rege semper deinceps avertentes, ipsum usque ad mortem persecuti sunt odio inexorabili.[1] Ipseque rex Francorum ipsum regem Johannem [super[2] notam] proditionis appellavit, [super quo a baronibus, apud regem Franciæ, cujus vassallus erat, cum comparere nollet post multas citationes, per judicium parium exhæredatus est], et postea manifeste accusatum infamavit. Eodem[3] anno obiit Willelmus de Stutewilla; et Willelmus de Oxonia prior Suwerch obiit, cui successit Ricardus de sancta Mildretha.

Matt. Par. ii. 480.

MS. Cl.

Southwark Annals, a. 1203.

Fate of Arthur and Alienora of Britanny.

[Iste prædictus Arthurus comes Britanniæ, filius Galfridi fratris senioris regis Johannis, a rege Philippo Franciæ armis militaribus est decoratus, cujus filiam parvulam affidaverat; ipse jam sexdecim annorum ætatem habens ad quorundam importunam suggestionem contra avunculum suum regem Johannem rebellavit, quem rex Johannes, sicut dictum est, cepit et secreto extinxit. Sororem vero prædicti Arthuri, Alienor nomine, in custodia posuit, in qua post multos annos vitam finivit.]

MS. Re.

Rex Francorum cepit nobilia castra Normanniæ, torpente rege Johanne.

John keeps Christmas at Caen.

Anno gratiæ MCCIII°. Johannes rex Angliæ celebravit Natale Domini apud Cadomum in Normannia, ubi postpositis curis bellicis, horas nocturnas in poculis expendit, et sompnos matutinales usque ad prandia protrahendo, rumores portantibus, quod rex Francorum non dormitando pigritavit, immo cotidie nunc hoc nunc illud castrum sibi occupavit, respondit cachinnando, quod una die omnia amissa recuperaret. Hugo de Gurnai, videns desidiam

Matt. Par. ii. 481.

Castles taken by Philip II.

---

[1] *inexorabili*] inexecrabili, T.; execrabili, W.

[2] *super notam*] fr. Cl.

[3] *Eodem . . Mildretha*] not in E.

Matt. Par. ii. 482. regis torpentis incorrigibilem, reddidit regi[1] Francorum castellum de Monteforti, et tandem omnibus a rege deside recedentibus, amissum est Rothomagum. Videns tandem rex Johannes, effeminatus et fluens in libidinem, defectum suum, et se omni militari subsidio et refugio in Normannia destitutum, naves celeriter conscendens apud Portesmues in Anglia applicuit, et in suos desæviens, occasiones cavillatorias fingens, quod in partibus transmarinis eum destitutum militia deseruerunt,[2] extorsit ab eis infinitam pecuniam. Eodem anno, magister Willelmus de Bleis, ecclesiæ Lincolniensis præcentor et canonicus, ejusdem ecclesiæ episcopus est consecratus die sancti Bartholomæi apud Westmonasterium a Willelmo Londoniensi episcopo, archiepiscopo Cantuariensi gravi infirmitate detento. Eodem tempore, oleum cœpit emanare miraculose a quadam imagine sanctæ Mariæ de Sardenay, non longe a civitate Damasco,[3] quod miraculum etiam multos Sarracenos ad fidem catholicam vocavit, et multis languidis contulit sospitatem. Soldanus etiam quidam, scilicet Damascenorum, penitus cœcus effectus, invocato beatæ Virginis Mariæ[4] auxilio, infusione olei illius visus sui claritatem suscepit. Qui sexaginta metretas olei annui redditus dedit[5] ad lumen inveniendum ante[6] altare beatæ Virginis, ut lumen redderet[7] pro lumine, et quia primum ex quo lumen vidit lampadem vidit lumine choruscantem.[8] Et ex illo tempore, scilicet ad Natale sequens, cœpit uberius oleum a prædicta imagine stillatim eliquare, et oleum in anno consequenti in carnem solidari.[9]

A.D. 1203.

Id. ii. 483. Rouen lost.

John returns to England and extorts money.

Id. ii. 484. William of Blois bishop of Lincoln, 21 Aug.

Miracle of Sardenai.

Id. ii. 487.

---

[1] *regi*] om. Ch. T.; in the margin in A.

[2] E. ins. *et sic.*

[3] *Damasco*] Damasci, E.

[4] *Mariæ*] om. MSS. exc. A. E. Cl.

[5] *dedit*] om. MSS.

[6] *ante*] the scribe of Ch. was going to have written pro lumine from the next line, but has altered *pro li* to *ante*; this has been read as procli in A. N.; T. W. have *concessit coram.*

[7] *redderet*] reddere, Ch.; A. is altered.

[8] *choruscantem*] choruscante, Cl.

[9] Here Re. introduces with very slight alterations the account of Philip's seizing the Norman castles, John's words, and Philip's proposal to the castellans from Matt. Par. (1203) ii. pp. 482, 483.

A.D. 1204. *Clarescit miraculum de oleo imaginis sanctæ Mariæ de Sardenai.*

John at Canterbury; at Oxford, 2 Jan.

Anno gratiæ MCCIV°. Rex Johannes Natale Domini celebravit apud Cantuariam, Huberto archiepiscopo illi necessaria ministrante. Deinde in crastino Circumcisionis convenerunt ad colloquium apud Oxoniam rex et magnates Angliæ, ubi concessa sunt regi auxiliaria militaria, de quolibet scilicet scuto duæ marcæ et dimidia; nec etiam episcopi vel abbates sive ecclesiasticæ personæ sine promissione recesserunt. Matt. Par. ii. 484.

Miracle of Sardenai.

Eodemque anno, miraculis crebrescentibus de oleo emanante de imagine beatæ Mariæ de Sardanay, unde prædictum est, in carnem solidato, et exinde Soldano Damascenorum curato, fama celebris in Oriente fidem catholicam solidavit.

The castle of Roche Andely (Château Gaillard) taken.

Illis quoque diebus, obsesso castro de Rupe Andeliaci fere per annum, nec sæpe petitum a rege Johanne venit obsessis auxilium, Rogerus, Cestrensis constabularius, qui inter obsessos præcipuus habebatur, vir[1] audacissimus et armipotens, cœpit victualibus deficientibus fame contabescere, similiter et alii milites præclari. Qui, cum comperissent effeminati reguli Johannis desidiam fallacem, maluerunt armis detruncari, quam fame turpiter interire. Irruperunt de castro, et se in medios hostes dederunt, equos optimos insidentes, et hinc inde hostibus ensibus fulminantibus trucidatis, multos Francorum peremerunt. Tandem irruente conglobata militum multitudine, capti sunt, multa cæde cruentati, et sic cessit castrum de Rupe Andeliaci in regis Francorum potestatem ii. nonas Martii. Id. ii. 488.

Sally of the besieged under Roger de Lacy.

Answer of John to the castellans of Normandy.

Quod videntes alii castrorum et civitatum custodes ex parte regis Johannis in Normannia, significarunt ei[2] in qua angustia essent constituti, et nisi celerius et efficacius haberent auxilium, se ad regem Francorum, vellent nollent, transituros. Quibus respondit, "Consulat sibi quilibet sicut sibi viderit melius expedire." Interim fluxit rex Johannes miser, sed nulli miserabilis, in deliciis gulæ et luxuriæ, cum petulante regina sua, in cujus jacens gremio omnia credebat cum Id. ii. 489.

[1] *vir*] ubi, E. | [2] *ei*] om. E.

Matt. Par. ii. 489. ipsa possidere, confidens de pecunia quam se juravit ab Anglia extorsurum. A.D. 1204.

Eodem[que] anno, kalendis Aprilis, in prima noctis vigilia, tantus rubor in cælo apparuit versus Orientem[1] et Aquilonem, ut videretur succendi firmamentum, in quo tamen rubore vehementissimo stellæ, quod terribilius et mirabilius fuit, micantes apparuerunt. Duravit autem hæc visio usque ad noctis medium. Aurora.

Eodem tempore, Godefridus Wintoniensis episcopus diem clausit extremum; cui successit Petrus de Rupibus, qui procurante rege Johanne Romam profectus est, ubi exenniis liberaliter collatis ad summum Wintoniensis ecclesiæ meruit provehi sacerdotium, et ibidem consecrari. Death of Godfrey bishop of Winchester. Peter des Roches succeeds.

Eodem etiam anno fuit ultimum Pascha, videlicet die sancti Marci Evangelistæ. Hoc etiam anno facta est eclipsis lunæ post mediam noctem, per longum tempus, xvi. kal. Maii. Easter on April 25. Lunar eclipse.

Id. ii. 482. Adquisito castro de Rupe Andeliaci, rex Francorum cito cepit Vallem Rodali et alia Id. ii. 488. multa. Vaudreuil taken.

Rothomagumque, quod pro pecunia non modica data pro induciis a rege Francorum ei concessis adhuc pendebat, licet parum ante hoc quidam ipsam civitatem ipsi certissime promitterent, penitus in regis Francorum cessit ditionem circa Omnium Sanctorum festivitatem. Rouen.

Quod audiens rex Johannes, cachinnando comminabatur, jurans per pedes Dei, quod esterlingi Angliæ[2] omnia restaurarent. Symon de Welles factus est episcopus Cicestrensis.[3] Baldewinus, comes Flandriæ, factus est imperator Constantinopolitanus. Baldwin emperor.

Obiit quoque Alienora regina Angliæ. Death of Q. Alicnora.

Abbatia Belli loci regis fundatur a Johanne rege. Beaulieu abbey.

De errore monachorum Cantuariensium super electione archiepiscopi.

Anno gratiæ MCCV°. Redit a partibus transmarinis Petrus de Rupibus, natione Pictavensis, in negotiis plus bellicis quam scolasticis expeditus, a domino Papa Inno- Id. ii. 492. centio septimo kal. Octobris consecratus. Obiit Hubertus Return of bishop Peter des Roches.

[1] *Orientem*] Oriens, Ch.
[2] *Angliæ*] Anglorum, E.
[3] *Cicestrensis*] Cestrensis, MSS.

A.D. 1205. Deaths of archbishop Hubert and bishop Savary.

Cantuariensis archiepiscopus tertio idus Julii, et Savaricus Bathoniensis episcopus sexto idus Augusti. Monachi vero Cantuarienses timentes ne rex more suo electionem [suam] impediret,[1] rege non requisito, Reginaldum[2] suppriorem suum in archiepiscopum elegerunt, et de nocte media hymno "Te Deum laudamus" cantato, prius super majus altare ac deinde in archiepiscopali cathedra posuerunt, quod clam ideo factum est, quia verebantur monachi quod si electio, sine regis consensu facta, ipsi regi innotesceret, processum negotii iratus impediret. Unde nocte eadem, idem supprior præstita cautione juratoria, quod sine licentia et litteris conventus specialibus se electum non gereret, vel litteras conventus de rato, quas habebat, alicui promulgaret, assumptis secum de conventu quibusdam monachis, curiam Romanam adeunt; quod factum est, ut electio regem lateret, donec probarent si rem inchoatam perducere possent ad effectum, regis super omnia timentes cavillationes. Sed electus præfatus, statim ut in Flandriam applicuisset, oblitus, quod fecerat, juramenti, se Cantuariensem electum clara voce fatebatur, et propter hoc se Romanam curiam adire, ut ibi electio confirmaretur; et hoc fecit consilio secum existentium, credentium hoc prodesse causæ suæ. Insuper litteras suas omnibus ostendit manifestas. Tandem Romæ[3] perveniens, electionem suam domino Papæ et ejus cardinalibus ilico publicavit, litteras suas de rato palam omnibus ostendens, constanterque a domino Papa exegit . . .[4] Papa vero respondit et dixit, se velle deliberare et expectare, donec super hoc plenius certificaretur. Monachi vero hæc audientes, qui Cantuariæ erant, de suppriore, quod violato scilicet juramento secretum eorum impudenter detexerat, irati nimis, continuo quosdam de conventu monachos ad regem miserunt, requirentes ab eo licentiam eligendi. Quibus rex annuit, et secretius eos alloquens, ostendit eis episcopum Norwicensem sibi magna familiaritate conjunctum fore, et, ut ipsum in archiepiscopum eligerent,

Cogges-hale, p. 162. Matt. Par. ii. 492.

The Canterbury monks elect Reginald the subprior archbishop.

He goes to Rome for confirmation and publishes the election in spite of his oath.

The Pope puts him off.

Anger of the monks at his behaviour.

The king proposes the bp. of Norwich.

Imperium, promissa, preces, confudit in unum.

Ov. Met. iv. 471.

[1] *impediret*] impedirent, Ch. T.
[2] *Reginaldum*] Reginalum, Ch.
[3] *Romæ*] Romam, E., as Matt. Par.
[4] All the MSS. omit "ut electionem factam confirmaret"; the corrector of A. has in the margin "confirmari et consecrari."

Matt. Par. ii. 493.

Convenientes igitur in capitulum, Johannem de Grai episcopum Norwicensem in archiepiscopum elegerunt, qui tunc pro negotiis regis apud Eboracum erat. Vocatus igitur venit ad regem festinanter, simulque cum ipso venit [rex][1] pompose nimis Cantuariam. Prior[2] vero Cantuariæ in præsentia regis et totius popularis multitudinis, in ipsa metropolitana ecclesia, electionem factam sollempniter et rite de Johanne de Grai palam pronunciavit, et assumentes eum monachi cum hymno "Te Deum laudamus" ad majus altare portaverunt, tandem in cathedra archiepiscopali collocantes. Quo facto, rex videntibus cunctis misit electum illum in possessionem rerum omnium ad archiepiscopatum pertinentium. Sicque in hac duplici electione factus est novissimus error pejor priore, quod fuit seminarium multarum in Anglia tribulationum et scandalorum, quæ nunquam postea sedabantur[3] penitus exstirpata.

A.D. 1205. Election of the bp. of Norwich as archbishop.

MS. Cl. [Hoc anno confirmatus est ordo Prædicatorum.]

The Dominican order confirmed.

MS. Re., from Matt. Par. ii. 490. [Eodem anno castellum de Chinun redditum est regi Francorum.]

Chinon surrendered.

Nobile castrum Montis Albani a Johanne rege capitur.

Matt. Par. ii. 493.

Anno gratiæ MCCVI°. Rex Johannes celebravit diem Dominicæ Nativitatis apud Oxoniam, quo etiam tempore idem rex misit ad curiam Romanam quosdam Cantuariensis ecclesiæ monachos, inter quos præcipuus erat magister Helyas de Brandefeld, quibus de fisco rex expensas ministravit copiosas, ut electionem de episcopo Norwicensi factam impetrarent a domino Papa confirmari. Miserunt etiam eodem tempore episcopi Cantuariensis ecclesiæ suffraganei procuratores Romam,[4] gravem coram Papa querimoniam reponentes, quod monachi Cantuarienses sine illis electionem de archiepiscopo temere celebrare præsumpsissent, cum ipsi una cum ipsis, de jure communi et consuetudine antiqua, electioni interesse debuissent. Allegarunt etiam procuratores memorati super præmissis decreta et exempla, quosdam testes producentes, et litteras testimoniales exhibentes, quibus

John at Oxford.

Messengers sent to Rome respecting the Canterbury election from the king, the suffragans, and the monks.

[1] *rex*] only in E.

[2] Geoffrey; see Gervase of Canterbury, ii. 108.

[3] *sedabantur*] sedebantur, E.

[4] *Romam*] ad curiam, E.

A.D. 1206. ostendere nitebantur, quod ipsi suffraganei una cum monachis tres metropolitanos elegerant. Monachi vero e contrario asserebant, quod privilegio speciali Romanorum Pontificum et de consuetudine approbata et antiqua, sine episcopis electiones facere consueverant, quod etiam per testes idoneos docere promiserunt. Auditis igitur hinc inde allegationibus, testibusque admissis diligenterque examinatis, præfixus est dies a domino Papa partibus, xii° kalendas scilicet Januarii, ad pronunciandum, ut tunc venirent, quod jus dictaverit reportaturi. Tandem super hoc data est sententia diffinitiva a domino Papa Innocentio pro monachis et privilegialiter in perpetuum confirmata. Matt. Par. ii. 494.

Innocent III. gives sentence for the privileges of the monks. Id. ii. 495.

John at Rochelle. Eodem anno, rex Johannes transfretans, grandem exercitum secum ducens, sexto idus Julii applicuit ad Rupellam, cui obviantes incolæ partium illarum, et gaudentes adhæserunt ei. Id. ii. 494.

Capture of Montauban, 1 Aug. Securius igitur inde progrediens ad Montem Albani, castellum nobilissimum, in quo tota militaris nobilitas illius regionis et præcipue regis Francorum tenebatur inclusa, pervenit. Illudque protinus cuneis militaribus circumcinxit, et acerrimo assultu et continuo illud inquietans, Anglorum vigilanti probitate captum est[1] illud castellum inexpugnabile, quod septenni obsidione Karolum[2] Magnum non posse sibi subicere gesta scribentes asseverant. Captum autem est castrum illud[3] die sancti Petri ad Vincula, xv° die postquam rex Johannes illuc advenerat.

Council at Reading under John de Ferentino. Eodem anno Johannes Ferentinus, Apostolicæ sedis legatus, veniens in Angliam, eamque perlustrans, magnam pecuniæ summam abrasit, et tandem, ne nil aliud egisse videretur, apud Radingum in crastino sancti Lucæ Evangelistæ concilium celebravit. Quo peracto, clitellis refertis et sarcinulis caute amotis, repatriavit. Id. ii. 495.

John lands at Portsmouth. Eodem tempore, viri religiosi et discreti ac sollempnes de partibus transmarinis inter reges pro pace reformanda discurrentes sollicite, [in] festo Omnium Sanctorum biennales inducias impetrarunt. Rex igitur[4] Johannes reversus in Angliam apud Portesmues applicuit ii. idus Decembris; quo etiam anno Willelmus Lincolniensis episcopus viam universæ carnis est ingressus.

Death of bp. William of Lincoln.

Jocelyn, bp. of Bath. Jocelinus Wellensis[5] creatus [est] episcopus Bathoniensis, et per ministerium Willelmi Londoniensis episcopi munus con-

[1] *est*] om. MSS.
[2] *Karolum magnum*] Karolus magnus, MSS.
[3] *illud*] om. E.
[4] *igitur*] om. E.
[5] *Wellensis*] Walensis, E.

Southwark Annals. Coggeshale, p. 162. Matt. Par. ii. 497.

secrationis suscepit. Obiit[1] etiam Henricus Marescallus, episcopus Exoniensis, cui successit Symon de Apulia, decanus Eboracensis. Ipso anno, obiit regina Franciæ, mater Philippi regis. Eodemque anno, vir quidam simplex et rectus in episcopatu Lincolniensi[2] degens, vidit[3] visiones mirabiles, ductus per sanctum Julianum, quæ tractatus exigerent speciales.

A.D. 1206. Simon, bp. of Exeter. Death of Q. Alix. Thurchill's vision of Purgatory.

Otho imperator venit in Angliam. Minorum incipit ordo.

Id. ii. 511.

Anno gratiæ MCCVII°. Rex Johannes Natale Domini celebravit apud Wintoniam, præsentibus regni magnatibus. Deinde in Purificatione beatæ Mariæ, tantum de rapina cogitans, et ponens spem et brachium in pecuniæ thesauris, cepit per totam Angliam tertiam decimam partem ex omnibus mobilibus et rebus aliis, tam de laicis quam viris aliis, ecclesiasticis et prælatis, cunctis murmurantibus et contradicere non audentibus,[4] imprecantibus tamen et optantibus, ut talis rapina nequaquam bonos eventus sortiretur. Quæ oratio a Domino est exaudita, sicut sequens narratio declarabit. Solus Galfridus archiepiscopus Eboracensis non consentiens, sed plane contradicens, clanculo recessit ab Anglia; et in recessu suo omnes, specialiter qui[5] in archiepiscopatu suo hanc rapinam facerent, et in genere universos ecclesiæ sive rerum ecclesiasticarum invasores, anathematis sententia innodavit. Eadem tempestate, circa noctis medium, ventus vehemens et repentinus superveniens ædificia diruit, arbores prostravit, hæc funditus, illa radicitus, greges ovium et boum armenta exaggeratis nivibus[6] sexto kal. Februarii coegit interire. Eodem anno imperator Otho venit in Angliam, in cujus adventu tota civitas Londoniæ induit sollempnitatem,

John at Winchester. His tax opposed by archbishop Geoffrey. Tempest, 27 Jan. The emperor Otho IV. in England.

---

[1] The mention of the death of Henry bp. of Exeter comes from the Southwark Annals.

[2] *Lincolniensi*] Londoniensi, Matt. Par.; om. Cl. Re.

[3] *vidit*] om. Ch. A. Cl. Re.

[4] *audentibus*] audientibus, Ch. N. Re. The i is expuncted in A. Cl.

[5] *qui*] om. MSS., exc. T. W., *in archiepiscopatu suo*.

[6] *nivibus*] milibus, E.

A.D. 1207. pallis et aliis ornamentis circumornata. Et habito colloquio cum rege avunculo suo, rediit in terram suam, clitellis suis repletis quinque milibus marcis argenti. Matt. Par. ii. 511.

Order of the Minorites

Sub his diebus prædicatores, qui appellati sunt Minores, favente papa Innocentio emergentes, terram repleverunt; habitantes in urbibus et civitatibus, deni et septeni, nihil omnino possidentes, de evangelio viventes, in victu et vestitu veram ac spontaneam paupertatem prætendentes, nudis pedibus incedentes, cincti[1] funiculis, maximum humilitatis exemplum omnibus præbuerunt. Multis tamen prælatorum timorem magnum incusserunt, quia illorum prædicationibus et confessionum clandestinis primo, deinde manifestis, receptionibus illorum auctoritatem inceperunt enervare.

The two elections to Canterbury quashed by the Pope.

Eodem tempore, decertantibus partibus pro duplici electione sua[2] monachorum Cantuariensium, videns dominus Papa eos non posse consentire in unum vel alium electum, cassavit utrumque, consulens et persuadens diligenter, ut eligerent magistrum Stephanum de Langetuna, natione Anglicum, virum profundi pectoris, elegantem corpore, moribus præelectum, aptum et sufficientem, in quantum hominis est, universalem ecclesiam gubernandi, asserens ipsius promotionem tam ipsi regi quam universæ ecclesiæ Anglicanæ plurimum profuturam.[3] Monachi vero ad hæc respondentes, asserebant sibi non licere præter consensum regium et sui conventus canonicam electionem . . .[4] celebrare. At Papa quasi rapiens verbum ex ore ipsorum, dixit, "Sciatis quod vos plenariam "habetis protestatem in ecclesia Cantuariensi, qui potiores "eligemini de conventu, nec etiam super electionibus "apud sedem Apostolicam celebratis solet assensus principum "expectari. Unde vobis, qui tot et tales estis quod plene "sufficitis ad istam electionem, in virtute obedientiæ et "sub pœna anathematis præcipimus, ut illum in archiepi-

Cf. Matt. Par. ii. 514.

The Pope recommends the election of Stephen Langton.

Matt. Par. ii. 515.

---

[1] *cincti*] cinctis, E.

[2] *sua*] om. E.

[3] *profuturam*] profectoram, Ch. A.; profectoriam, Cl. Re. W.; profecturam, N. T.

[4] The same omission, "in per- "sona qualibet consentire vel sine "illis electionem," occurs here as in the MSS. of Matt. Par. See Par. ii. 515.

Matt. Par. ii. 515. " scopum eligatis, quem nos damus vobis in pastorem ani- A.D. 1207.
" marum vestrarum." Monachi vero in arcto constituti, The monks unwillingly elect him.
excommunicationis sententiam metuentes, licet inviti et cum murmure, assensum qualemqualem[1] præbuerunt. Solus tamen ex omnibus magister Helyas de Brandefeld, qui pro parte regis et episcopi Norwicensis advenerat, noluit consentire. Cæteri autem omnes cum hymno " Te Deum " laudamus " electum memoratum ad altare detulerunt. Qui deinde xv° kal. Julii civitate Viterbii ab ipso Papa His consecration at Viterbo, munus consecrationis suscepit. His ita gestis, Papa regi 17 June.
Anglorum Johanni elegantissimam, sicut monachis pro- Innocent III. writes to John to announce it.
miserat, epistolam direxit, ut ipse natione Anglicum, scientia et moribus incomparabilem, magistrum Stephanum de Langetuna, rite electum et jam consecratum, susciperet in Cantuariensem archiepiscopum. Hæc autem postquam ad notitiam regis Johannis pervenerunt, præ- John expels the monks.
cepit ut omnes monachi, quasi rei læsæ majestatis, a monasterio Cantuariæ eicerentur, et ejecti a terra sua violenter expellerentur.

Id. ii. 520. Circa illos dies obiit Symon Cicestrensis episcopus, ejec- Death of Simon, bp. of Chichester.
tis monachis Cantuariensibus die sancti Swithuni, et bonis eorum confiscatis. Eodemque anno, die sancti Remigii, Ysabella Anglorum regina peperit Johanni regi filium suum primogenitum, et vocatus est nomine avi sui Henricus. Birth of Henry III., 1 October.

Interdicitur tota Anglia et Wallia.

Id. Anno gratiæ MCCVIII°. Rex Johannes celebravit Natale John at Windsor.
Domini apud Windleshores, ac deinde sol passus est eclipsim imminente Martio. Eodemque[2] tempore Philippus Dunel- Eclipse.
mensis et Galfridus Cestrensis episcopi naturæ debita per- Deaths of bishops.
solverunt. Eodemque[3] anno Ysabella Anglorum regina peperit
MS. E. regi Johanni filium qui vocatus est Ricardus, [ita quod Birth of Richard of Cornwall.
completo tempore puerperii natus est in vigilia Epiphaniæ anno proximo sequenti, et hic casus multas

---

[1] *qualemqualem*] talemqualem, E.

[2] *Eodemque . . . persolverunt*] om. E.

[3] This sentence follows the next in E.

A.D. 1208. The interdict.

facit in historiis contradictiones.] Tota[1] Anglia et Wallia generali interdicto, nullo tuente privilegio, subruuntur in vigilia Annunciationis beatæ Mariæ, executoribus hujus rei existentibus W[illelmo] Londoniensi, E[ustachio] Elyensi, Maugero Wigorniensi episcopis. Philippus Dunelmensis xi. kal. Maii et G[alfridus] de Muschamp Cestrensis et Willelmus de Warenne obierunt. Cestrensi vero [episcopo] successit W[illelmus] de[2] Cornhulle archidiaconus Huntundunensis, Dunelmensi Ricardus de Marisco. Philippus dux Suaviæ, qui contra Othonem de imperio contendebat, occiditur. Rex omnia bona clericorum ob causam interdicti præcipit confiscari. Albi monachi in principio interdicti cessantes, postea ad mandatum abbatis[3] sui principalis divina celebrare præsumpserunt; sed hæc præsumptio cum ad summi Pontificis notitiam pervenisset, ad sui majorem confusionem denuo sunt suspensi. Eisdemque temporibus, rex Johannes timens ne Papa manum aggravaret in eum, scilicet ut ipsum nominatim excommunicaret, absolvens omnes tenentes de eo ab ejusdem[4] fidelitate, fecit omnes suspectos jurare ei fidelitatem, accipiens ab eisdem obsides speciales; nobiliores tamen ipsi regi obsides exigenti in faciem denegarunt, dicentes, "Quomodo filios et caros nostros, "ipsum genere non attingentes, servaret illæsos, qui "nepotem proprium eo genere mortis, quod murdra "dicitur, nequiter propria manu trucidavit?" Rex vero interim nunc hunc nunc illum de magnatibus regni vel pecunia injuste multavit, vel libertatibus aut possessionibus spoliavit, nonnullos uxoribus suis zelotipavit, filias defloravit, ita quod manifeste tam Deo quam hominibus exosus videretur et detestabilis. Insuper ut appareret ejus insatiabilis avaritia, et gulæ inextinguibilis, sicut et corporis, libido, capturam avium prohibuit, et nobilium artavit venationes, unde non tantum amorem omnium amisit, immo odium incurrit

Matt. Par. ii. 522.

Southwark Annals.

Death of Philip of Suabia.

Matt. Par. ii. 524.

The property of the clergy confiscated.

Id. ii. 522.

Behaviour of the Cistercians.

Id. ii. 524.

John exacts hostages from the barons in fear of his own excommunication.

Id. ii. 523.

Wickedness and cruelty of John.

Id. ii. 524. (a. 1209.)

---

[1] *Tota*] Nota, Ch. Cl. N.; A. has been corrected.

[2] *de Cornhulle*] om. E.

[3] Arnald Amaury.

[4] *ejusdem*] eisdem, Ch. T.

inexorabile, etiam exosum eum habuit uxor propria, quam de adulterio adulter defamavit, et suspectos eidem familiares ignominiose necavit, et in arcta custodia ipsam jussit custodiri, et inter cætera ipsius flagitia, apud Notingham quamplures obsides pueros innocentes, alter Herodes, patibulo fecit suspendi. Unde tam Anglici quam alieni, de sub jugo intolerabili talis tiranni cupientes jam excutere, cœperunt districte cogitare, ad cujus principis sinum aliquod refugium possent invenire. A.D. 1208.

Cf. Matt. Par. ii. 534.

The English look out for a protector.

Imminente guerra, iniit Willelmus rex Scotorum cum rege Johanne Angliæ fœdus.

Anno gratiæ MCCIX°. Amotum est scaccarium a Westmonasterio usque Norhamtonam per regem, in odium Londoniensium, usque ad Natale. Et quia diebus Natalitiis, quos in confinio anni præteriti et futuri scriptores ponunt, natus est regi Johanni filius quem vocavit Ricardum, aliqui hoc anno, aliqui hoc anno præterito, natum fuisse contendunt. Matris tamen ejus usque ad vigiliam Epifaniæ duraverunt in puerperio crepundia.

Id. ii. 524.

The exchequer removed to Northampton.

Birth of Richard.

Hoc etiam anno, electus est in episcopum Lincolniensem[1] Hugh de Welles, archidiaconus Wellensis regisque cancellarius. Circa dies illos, rex [Johannes] Anglorum magno exercitu congregato versus Scotiam vexilla direxit et arma. Veniens autem in provinciam Northamhumbrorum ad castellum quod Norham dicitur, acies ibi contra regem Scotorum instruxit ad pugnam. Quod cum regi Scotorum Willelmo nunciatum fuisset, timuit valde impetum ipsius, quem pronum ad omne genus sceleris et sævitiæ cognovit. Veniens ei obviam, utpote vir pius et juste de pace tractare disposuit. Sed rex Anglorum, in furorem versus, improperavit illi, acriter increpando quod fugitivos suos et hostes publicos in regno suo receptaverat, eisque in sui præjudicium auxilium præstiterat et favorem. Sed cum hæc et alia

Id. ii. 526.

Id. ii. 525.

Hugh, archdeacon of Wells, bishop of Lincoln.

John's march against William, king of Scots.

[1] *Lincolniensem*] om. MSS.

A.D. 1209. Peace between John and William.

multa cavillando rex Anglorum præfato[1] regi [Scotiæ] imposuisset, tandem procuratoribus utrorumque elaborantibus, talem concordiam inierunt, quod videlicet rex Scotorum daret regi Anglorum pro bono pacis undecim milia marcarum argenti, et insuper ad majorem securitatem, traderet[2] ei duas filias[3] suas in obsidatum, ut sic inter eos pax certior sanxiretur.[4] Matt. Par. ii. 525.

Otho IV. emperor.

Troubles at Oxford and dispersion of the scholars.

Excommunication of John.

John defended by Alexander [the Mason].

His miserable end.

Eodemque anno, Henricus[5] dux Saxonum, frater Othonis, venit in Angliam. Eodemque anno, Otho filius ducis Saxoniæ et nepos regis Angliæ a Papa Innocentio tertio in imperatorem Romanum[6] consecratus est quarto nonas Octobris. Ipso etiam anno, contempta scolarum universitatis Oxoniæ reverentia, fecit rex suspendi duos scolares apud Oxonias, unde dispersa et conturbata est scolarium universitas. Sub eisdemque diebus, rex Johannes, propter enormes tam militiæ quam ecclesiæ fatigationes quas jam per biennium infatigabiliter exercuerat, nominatim est excommunicatus. Illisque temporibus, magister Alexander, vir corpore elegantissimus, facie venerabilis, literarum plenitudine imbutus, ita ut Parisius celebris haberetur magister, et [rector et] lector in theologia, seductus [tamen] ambitione, regem Johannem in errore suo tueri præsumpsit et fovere, unde in fine[7] a summo honore in summam confusionem est viliter præcipitatus. Id. ii. 526. Cf. Id. ii. 527.

Hugh consecrated bishop of Lincoln.

Walter de Gray chancellor.

Circa quoque eadem tempora, Hugo Lincolniensis electus, in partibus transmarinis, in episcopum Lincolniensem a Rothomagensi archiepiscopo consecrationis munus suscepit.[8] Waltero de Grai commissum est sigillum regium, et factus est cancellarius. Judæi quoque ad gravissimam redemptionem compulsi sunt. Id. ii. 528.

Partial relaxation of the interdict.

[Indultum est ecclesiis conventualibus semel in ebdomada celebrare divina; sed albi monachi hac privabantur indulgentia, quia in principio interdicti, Papa inconsulto, celebrare præsumpserunt.] MS. Re. from Matt. Par. ii. 524.

---

[1] *præfato*] præfati, Ch. W.; prævati, A.; privati, N.

[2] *traderet*] tradidit, E. Cl. Re.

[3] Margaret and Isabella.

[4] *sanxiretur*] redderetur, E.

[5] The repetition of this here shows that the compiler used MS. C. of Matthew Paris; see Matt. Par. ii. 525, n.4.

[6] *Romanum*] Romanorum, E.

[7] *fine*] finem, E.

[8] *suscepit*] accepit, E. The blunder in the text is from a careless abridging of Matt. Par. He was consecrated by archbp. Langton.

Excommunicatur Otho novus imperator. A.D. 1210.

Matt. Par. ii. 528. Anno gratiæ MCCX°. Rex Johannes fuit ad Natale apud Windleshores, præsentibus Angliæ magnatibus et communicantibus ei, non obstante sententia qua fuerat innodatus. Deinde, jubente rege, capti sunt Judæi per totam Angliam utriusque sexus et incarcerati, pœnisque gravissimis afflicti, ut de pecunia sua regis facerent voluntatem. Per idem Id. ii. 529. tempus, Papa Innocentius excommunicavit et excommunicatum denunciavit imperatorem Othonem, atque universos tam Alemanniæ quam imperii Romani magnates ab ejus fidelitate absolvit. Unde a multis instabilis et mutabilis dijudicabatur, eo quod eodem tempore *elevans allisit* eum. Pax, quæ initiata erat inter reges Anglorum et Scotorum, scripto mediante sollempni, confirmata est. Rex transfretavit in Hyberniam circa festum sancti Johannis Baptistæ cum maximo exercitu, ex qua Hugonem de Lascy expulit, et omnem Hyberniam in deditionem accepit. In reditu autem suo, ingratus Deo et hominibus, gravissimum tallagium imposuit super omnes abbatias, maxime tamen domos Cis- Id. ii. 531. terciensis ordinis oppressit. Huic autem nequissimo consilio favorem præbuerunt assidentes, et recipientes extortam pecuniam, Willelmus Briwere, Robertus de Turnham, Reginaldus de Cornhulle, Ricardus de Marisco apud sanctam Brigidam Londoniis. Walterus de Grai electus est in episcopum Cestriæ, et Henricus archidiaconus Staffordiæ in Exoniensem. Multi Judæorum præ maxima afflictione fugerunt ab Anglia. Eodemque tempore Matildis, femina nobilissima, uxor Willelmi de Brausa, et filius ejus et hæres Willelmus, apud Windeleshores, jubente rege Anglorum Johanne, fame MS. E. miserabiliter perierunt. [Willelmus maritus ejus, fugiens apud Schorham, et ibidem mutatis vestibus, quasi mendicus, clandestino transfretavit, et non multo post Parisius obiit.]

John at Windsor.

The Jews tortured and plundered.

Otho excommunicated.

Ps. ci. 11.

Peace with Scotland.

John goes to Ireland.

Submission of Ireland.

His oppressions.

His evil counsellors.

Bishops of Lichfield and Exeter.

Matilda de Braose and her son starved to death at Windsor.

Escape of William de Braose.

Pandulfus Papæ subdiaconus et Durandus sine spe pacis revertuntur. Absolvuntur omnes pertinentes coronæ Angliæ a fidelitate regis Johannis.

Cf. Id. ii. 532. Anno gratiæ MCCXI°. Willelmus de Brause ejectus est ab Anglia extorris, et multas passus tribulationes

Death of William de Braose.

A.D. 1211. et quasi dolore tabescens, obiit Parisius,[1] et sepultus est apud sanctum Victorem in vigilia sancti Laurentii. Pandulfus domini Papæ subdiaconus et Durandus Hospitalarius venerunt in Angliam pro pace componenda inter regem et sacerdotium; sed nihil proficientes reversi sunt. Rex Johannes in expeditionem vadens in Walliam, coegit Leolinum principem Norwalliæ ad deditionem, violenter intrans illum locum, situaliter munitissimum, qui Snaudune dicitur, sabbato ante festum sancti Laurentii. Eodemque anno, obierunt milites præclari, Robertus de Turnham et Rogerus constabularius Cestriæ. Rex quoque Francorum Reginaldum, comitem Bononiæ, extorrem a sua expulit regione, qui in Angliam veniens honorifice a rege Anglorum est susceptus; a quo trecentas libratas terræ suscipiens, fecit eidem regi homagium et fidelitatem.

Matt. Par. ii. 532.

Pandulph and Durand come to make peace, but fail.

Id. ii. 531

Llewellyn ap Jorwerth surrenders, Aug. 7.

Id. ii. 531, 532.

Reginald de Dammartin expelled by Philip II. received by John.

Ipso quoque tempore, Innocentius Papa, cum rex Angliæ Johannes nuntiis ejus sibi monita salubria prædicantibus adquiescere contempsisset, et nihil nisi subsannationes derisorias et[2] pinses tam prudentes nuncii reportassent, contumaciam suam admirans et detestans induratam, reges et omnes alios, tam pauperes quam divites, tam indigenas quam conterminos, ad coronam spectantes, universaliter a regis Johannis fidelitate absolvit, et subjectione sequestravit, districte et sub pœna excommunicationis prohibens universis et singulis, quatinus ipsum in mensa, consilio, et colloquio arctius evitarent. Habuit autem rex Johannes fautores et consiliatores præcipuos in hoc errore et[3] pertinacia, Willelmum fratrem suum comitem Sarum, Albericum de Ver comitem Oxoniæ, Galfridum filium Petri justiciarium[4] Angliæ, tres episcopos curiales, Philippum Dunelmensem, Petrum Wintoniensem, et Johannem Norwicensem, Ricardum de Marisco regis cancellarium, Hugonem de Novilla prothoforestarium, Willelmum de Wrotham, custodem portuum, Robertum de Veteri ponte, et Hyvonem fratrem ejus, Briennium de Insula, Galfridum de Lucy, Hugonem de Bailloil, et Bernardum fratrem ejus, Willelmum

Innocent III. forbids all intercourse with John.

Names of John's counsellors.

---

[1] He died at Corbueil, and the body was taken to Paris for burial. Matt. Par. ii. 532.

[2] *et . . . nuncii*] om. E.; N. T. W. om. *et pinses*.

[3] *et pertinacia*] om. E.

[4] *justiciarium*] justiciarum, Ch,

Matt. Par. ii. 533. de Cantelu, et Willelmum filium ejus, Fulconem de Cantelu, et Reginaldum de Cornhulle vicecomitem Cantiæ, Robertum de Braibroc,[1] et Henricum filium ejus, Philippum de Hulecotes,[2] Johannem de Bassingeburne, Philippum Marcum castellanum de Notingham, Petrum de Malo lacu, Robertum de Gaugi, Girardum de Athie, Hingelramum nepotem ejus, Falconem,[3] et Willelmum Briwere, Petrum filium Herberti, Thomam Basset, et Falconem de Breaute, natione[4] Normannum, et alios quam plures quos longum esset [enumerare];[5] qui regi in omnibus placere cupientes, consilium, non pro ratione, sed impetu voluntatis, dedere perniciosum. A.D. 1211.

MS. Re. from the St. Edmundsbury Annals, p. 150. [Eodem anno tertio kal. Januarii piæ memoriæ obiit Sampson sancti Edmundi abbas.] Death of abbat Sampson of St. Edmundsbury.

Rex Johannes abjudicatur a regno, prophetat Petrus, redeunt episcopi.

Matt. Par. ii. 533. Anno gratiæ MCCXII°. Rex Johannes fuit ad Natale Domini apud Windleshore; et in quadragesima proxima sequente, die Dominica scilicet qua cantatur "Lætare Jerusalem," idem rex Alexandrum, filium regis Willelmi, Scotorum hæredem legitimum, Londoniis militari cingulo decoravit. Eodem anno, Maugerus Wigorniensis episcopus, ob libertatem ecclesiæ Anglicanæ et executione justitiæ, exul de regno Angliæ apud Pontiniacum diem clausit extremum. Galfridus quoque Eboracensis archiepiscopus et Baldewinus comes de Albemarla, et bonus abbas[6] sancti Eadmundi, ipso anno, debita naturæ persolverunt. John at Windsor. Alexander of Scotland knighted, March 4. Death of bishop Mauger of Worcester. Deaths.

Id. ii. 536. Hoc anno, combusta est ecclesia sanctæ Mariæ de Suwerc . . .[7] inter tres columpnas, et capella super pontem Londoniæ et omnia ædificia quæ super ipsum pontem stabant, et pons nimis deterioratus est, et maxima pars de Suwerc combusta est, et ex illo igne Thamisiam tran- St. Mary's, Southwark, London Bridge, and the chapel on

---

[1] *Braibroc*] Braybeuf, E.

[2] *Hulecotes*] Lovecotes, E.

[3] *Falconem*] om. E.

[4] *natione Normannum*] nationis Normañ., E.

enumerare] om. Ch., but *numerare* in the margin later; huic operi inserere, Cl. Re.; per ordinem recitare, W.; A. has enumerare in the margin.

[6] *i.e.* Sampson.

[7] "et pons Londoniæ," which is in Paris and the Southwark Annals is omitted. E. inserts *ecclesiæ* after *columpnas*.

A.D. 1212. the bridge burnt, July 11.

siliente combusta est maxima pars[1] Londoniarum, videlicet tam civitatis quam suburbii, cum viris [et] mulieribus et parvulis [bene ad tria milia, exceptis his quos ignis ex toto combussit], in nocte Translationis sancti Benedicti [abbatis], scilicet quinto[2] idus Julii. MS. Cl. Southwark Annals.

Intention of John to attack the Welsh.

Eodem anno, rege volente in expeditionem ire et invadere Walenses, subito diffamatum est apud Cestriam comites et barones conspirasse in eum.[3] Unde quasi attonitus reversus est, et eo super hoc nimis commoto quidam inficiantes se excusabant. Matt. Par. ii. 534.

Defection of the nobles.

Robertus tamen filius Walteri et Eustachius de Vescy et Galfridus[4] Ridel, cedentes temporis maliciæ, cum quibus[dam] aliis exulabant, quidam [vero] in Francia [et] quidam in Scotia. Id. ii. 537.

Murder of Geoffrey of Norwich.

Exulante etiam Willelmo de Nectona clerico, Galfridus de Norwico apud Notingham incarceratur. Tandem apud Bristoldum excogitatæ pœnæ novitate obiit miserabiliter [interfectus].

Confiscation of the property of some nobles.

Prædictorum autem Roberti et Eustachii, et quorundam aliorum baronum et militum, et etiam episcoporum et clericorum, possessiones sunt infiscatæ, domus captæ, et dirutæ munitiones, et ipsos utlagari præcepit.

Exactions of John from the monasteries.

Et ex illo tempore, vocatis et retentis alienigenis, suorum naturalium baronum merito incurrit odium inexorabile. Eodem anno, rex [Johannes] ab omnibus religiosis domibus et clericis cartas exegit, quibus coacti testificati sunt se gratis contulisse ei omnia, quæcumque violenter [et] nequiter extorserat.

Deposition of John.

Ipsorum quoque dierum curriculo abjudicatus est a regno rex Johannes, et verificatum est onoma, quod ei quandoque in opprobrium aptabatur, ut diceretur Johannes Extorris.[5] Id. ii. 535.

Prophecy of Peter of Pontefract.

Sub eisdem quoque diebus, quidam vir simplex et rectus, quæ[6] spiritu prophetiæ tactus senserat de eodem [rege Johanne], manifestavit coram cunctis. Hic vir heremita fuit et Petrus nuncupatus, qui, eo quod multis futura prædixerat, Sapiens dicebatur. Hic inter alia quæ prædixit, asserebat in edito

---

[1] *pars*] om. Ch.

[2] *quinto*] septimo, Ch.; sexto, Cl. N.

[3] *eum*] unum, E.

[4] This introduction seems a blunder of the compiler. Geoffrey Ridel, the bishop of Ely, died in 1189. It may possibly be intended for Stephen Ridel, who was so shamefully used in 1216. (Matt. Par. ii. 645, 646.)

[5] v. Matt. Par. ii. 546, n. [2].

[6] *quæ*] qui, E.

Matt. Par. ii. 535. manifeste, quod Johannes non foret rex die Ascensionis proximo sequentis [nec deinceps]; sed die illa corona[1] Angliæ ad alium transferretur. Vacillabant corda multorum, sed in die prædicta, quando scilicet rex factus est Romani Pontificis tributarius, declaratum est verbum propheticum. His itaque diebus, dominus Papa Innocentius remisit a latere suo Pandulfum, subdiaconum suum, in partes Cismontanas, formam pacis lugubrem Angliæ deferentem, cui si rex assentire vellet, gratiam Apostolicam posset invenire, qui abjudicatus[2] fuit a regno, et imminebat ei periculum undique, meritis ejusdem exigentibus. Pugnabant enim contra ipsum viscera sua, et sibi ipsi factus vecors et rebellis, insompnis et tabescens, vix seipsum miser nec miserabilis capiebat. Eodem[3] anno obiit Henricus Major Londoniarum.

A.D. 1212.

Its accomplishment.

Id. ii. 536.

Pandulf sent to receive John's submission.

Id. ii. 540.

Southwark Annals.

Death of Henry [Fitz-Eylwyn] mayor of London.

Obiit G[alfridus] Eboracensis archiepiscopus. Præparat se rex Francorum ad expugnandam Angliam.

MS. Re. Anno gratiæ MCCXIIIº. [Johannes electus hujus loci ex hac vita decessit.]

Death of John, abbat of St. Benet Holme.

Matt. Par. ii. 537. Rex Johannes [ad[4] Natale] tenuit curiam suam apud Westmonasterium, cum paucissimo militum comitatu. Quo etiam tempore, Galfridus Eboracensis archiepiscopus, postquam per septennium pro libertate ecclesiæ et executione justiciæ exilium passus est, diem clausit extremum. Rex vero Johannes in arcto constitutus culpam suam in ipsos, qui furorem suum voluerunt cohibere, cupiens refundere, nunc hos nunc illos de suis nobilibus proditionis arguebat, vocando eos zelotipos, quorum uxores, ut jactitabat,[5] oppresserat, et miseros, quorum filias defloraverat.[6] Inter cæteros vero

John at Westminster.

Death of archbishop Geoffrey.

John accuses the nobles of treason.

Id. ii. 544. Robertum filium Walteri minis et conviciis magis cœpit deturpare, ejus quoque sternere castrum Londoniis con-

He destroys Bainard's castle.

---

[1] *corona*] coronam, Ch. Cl. T. W.

[2] *abjudicatus*] adjudicatus, Ch.

[3] *Eodem . . . Londoniarum*] om. E.

[4] *ad Natale*] only in MS. Cl.

[5] *jactitabat*] asserebat, E.; jactabat, T. W.; jam dicebatur, Re.

[6] *defloraverat*] om. Re.

A.D. 1213. structum, scilicet Castrum Baignardi, die Lunæ in crastino sancti Hyllarii, per manus invitorum Londoniensium. Matt. Par. ii. 544.

Return of the archbishop and the bishops from Rome.

Eodem vero anno, mense Januarii, redierunt a curia Romana Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, Willelmus Londoniensis et Eustachius Elyensis episcopi, et habito in transmarinis partibus concilio, regi Francorum et episcopis Gallicanis cum clero pariter et populo sententiam, quæ in regem Anglorum Romæ pro contumacia lata fuerat, sollempniter promulgarunt. Deinde ex parte domini Papæ tam regi Francorum quam cæteris universis in remissionem omnium peccaminum injunxerunt, ut omnes pariter ad Angliam hostiliter accedentes Johannem regem a regni solio deponerent, et alium qui dignus est auctoritate Apostolica subrogarent. Id. ii. 537.

Preparations of Philip II. to invade England.

Tunc rex Francorum, rem diu desideratam intelligens, accinxit se viriliter ad pugnam, et omnes suæ ditionis homines, duces videlicet, comites et barones, milites et servientes, cum equis et armis, jussit in octavis Paschæ sub nomine culvertagii apud Rothomagum ita potenter convenire, ne crimine læsæ majestatis dampnum incurrere viderentur. Fecit præterea omnes naves suæ potestatis et alias multas, quas colligere poterat, frumento, vino, carne, et diversis armis optime munire, ut[1] in omnium rerum necessariarum copiam[2] tam copiosus exercitus habundaret. Rex vero Johannes super his omnibus certificatus, fecit in mense Martii naves de omnibus portubus Angliæ optime munitas congregari, ut in manu robusta possit volentibus Angliam invadere audacter resistere. Similiter de tota Anglia et Hybernia et locis finitimis exercitum copiosissimum congregavit. Et dum adventum regis Francorum super maritima[3] expectaret, venit ad ipsum regem Johannem Pandulfus de transmarinis partibus, imminentia sibi pericula nunciando, affirmans quoque quod nisi sub alis domini Papæ potenter protegatur, omnia se amissurum. Et[4]

Preparations of John against him.

Id. ii. 538 (abridged).

Pandulf's exhortations.

Id. ii. 539.

John swears to submit.

[1] *ut*] et, MSS.

[2] *copiam*] om. MSS., and therefore Cl. has *necessariis* for *necessariarum*; necessariam, Re.; necessariorum, T. W.

[3] *maritima*] marinam, E.

[4] *Et cum . . . didicisset*] For this Re. has: "et locutus est Pandulphus cum rege Johanne, et "inter cetera dixit: 'Reverte ad "'cor tuum, ne supergaudeant de te "'inimici tui.' Tandem persuasionibus Pandulphi adquievit et "pacis formam non sine dolore "concessit." See Matt. Par. ii. 540.

cum modum protectionis rex ab eodem Pandulfo di- A.D. 1213.
Matt. Par. ii. 541. dicisset, juravit rex, tactis sacrosanctis evangeliis, in præsentia Pandulfi se judicio ecclesiæ pariturum, sexdecim comitibus et multis de potentioribus baronibus simul cum eo jurantibus in animam ipsius regis, ita scilicet, quod si forte pœniteret, ab eisdem hæc observare cogeretur. Resig- John's
Id. ii. 544, 545. navit[1] igitur coronam Angliæ Innocentio Papæ, et ei fecit homagium, et fecit de liberrima regionum ancillam, ut princeps provinciarum fieret sub tributo, cartam inde conficiens, omnibus eam audientibus lugubrem et detestabilem: resignation of his crown to P. Innocent III.

MS. E. Matt. Par. ii. 544. ["Universitati[2] vestræ notum facimus, quod cum Deum et matrem nostram sanctam ecclesiam in multis offenderimus, et propter hoc ipsum divina misericordia indigere noscamur, nec quid digne offerre possumus pro satisfactione Deo et ecclesiæ debita facienda, nisi nosmetipsos habeamus[3] et regna nostra, volentes humiliari pro Illo, qui Se humiliavit pro nobis usque ad mortem, gratia Spiritus Sancti inspirante, ad optimum consilium baronum meorum, offerimus et libere concedimus Deo et sanctis Apostolis Ejus, Petro et Paulo, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, matri nostræ, ac domino Papæ nostro, Innocentio tertio, et successoribus ejus, omne jus patronatus, quod habemus in ecclesiis Anglicanis, totumque regnum Angliæ et regnum Hyberniæ, cum omni jure et pertinentiis suis pro remissione peccatorum nostrorum et totius generis nostri tam vivis quam defunctis. Et amodo illa a Deo et ecclesia Romana, tanquam feodarius, recipientes, et tenentes in præsentia prudentis viri Pandulphi, domini Papæ subdiaconi et familiaris, fidelitatem exinde domino Papæ Innocentio ejusque successoribus catholicis et ecclesiæ Romanæ secundum subscriptam formam facientes et homagium ligium, in præsentia domini Papæ, si coram eo esse possemus, eadem faceremus. Successores nostros His charter of submission.

[1] *Resignavit*] Designavit, Ch. A. T. W.

[2] This is a better copy than that given by Matthew Paris, and is certainly not taken from him. It only occurs in MS. E.

[3] *habeamus*] sic, as the copy in the Vatican Regesta Innocent III. t. v. f. cliv. *b.*, and as that in the Waverley Annals, p. 275. Paris has humiliemus.

A.D. 1213. John's charter of submission.

" et hæredes de uxore nostra in perpetuum obligantes, ut Matt. Par. ii. 545.
" simili modo summo Pontifici, qui pro tempore præfuerit
" ecclesiæ, sine contradictione dictam fidelitatem præstent,
" et homagium recognoscant, et nos insuper vacantium
" ecclesiarum custodiam perpetuo amittamus. Ad indicium
" autem hujus nostræ perpetuæ oblationis et concessionis,
" volumus et stabilimus, ut de propriis et specialibus red-
" ditibus prædictorum regnorum nostrorum, pro omni con-
" suetudine quam pro ipsis facere debemus, salvo per
" omnia denario sancti Petri, scilicet mille marcas sterlingo-
" rum ecclesia Romana percipiat annuatim, scilicet in festo
" sancti Michaelis quingentas marcas, et in Pascha quin-
" gentas marcas, septingentas marcas pro regno Angliæ, et
" trecentas pro regno Hyberniæ, salvis nobis et hæredibus
" nostris justiciis ac libertatibus et regalibus nostris. Quæ
" omnia, sicut supradicta sunt, rata esse volentes et per-
" petua atque firma, obligavimus nos et successores nostros
" contra non venire. Et si nos, vel aliquis successorum
" nostrorum hoc attemptare præsumpserit, quicunque fuerit
" ille, nisi admonitus resipuerit, cadat a jure regni. Et
" ut carta obligationis et concessionis nostræ semper firma
" permaneat, ab hac hora in antea fidelis ero Deo et beato
" Petro et ecclesiæ Romanæ et domino Papæ Innocentio
" ejusque successoribus catholice intrantibus. Patrimonium
" vero beati Petri, et specialiter regni Angliæ et regni
" Hyberniæ, ero adjutor ad tenendum et defendendum con-
" tra omnes homines pro posse meo; sic me Deus adjuvet,
" et hæc sancta evangelia. Teste meipso apud domum
" militiæ Templi."]

Philip II. gives up his intended invasion.

Rex igitur Francorum, variis sermocinationibus nunciorum Papæ delusus, jam protecto rege Anglorum Johanne sub clipeo Romanæ curiæ, destitit ab incepto, amissis circiter quadraginta milibus librarum argenti, cum recepta magna verecundia.

Nicholas bishop of Jerusalem, legate in England.

Die Jovis vero proxima post festum sancti Michaelis, Id. ii. 544.
Nicholaus, Tusculanus episcopus, legatus in Angliam accessit apud Westmonasterium, moram ibi faciens per xviii. dies, ubi diligentem tractatum habuit cum conventu ipsius ecclesiæ de reformatione spiritualium et temporalium. Idem vero apud Evesham in festo sancti Eadmundi accedens,

St. Edmundsbury.

Matt. Par. ii. 544. Rogerum ipsius ecclesiæ abbatem manifestis ex causis deposuit, substituens ibi Radulfum priorem Wigorniæ.[1] Obiit Galfridus filius Petri, justiciarius Angliæ, ii. idus Octobris. Henricus Londoniensis archidiaconus Staffordiæ factus est archiepiscopus Dublinensis. Obiit Robertus de Salopebiria, episcopus de Bangor, et sepultus est in medio foro Salopesbiriæ, quoniam ita desideravit. Per illud[2] tempus, motio magna fit contra hæreticos Albigenses sub duce Simone de Monteforti, in qua etiam guerra occisus est rex[3] Arragonum. Rex vero Johannes, qui de rege jam factus est regulus, immo Papæ tributarius vel feodarius, non intelligens Petri prophetiam, de quo sermo præhabitus est, jussit eundem Petrum cum filio suo injuste suspendi patibulo.

A.D. 1213.

Death of Geoffrey Fitz-Peter.

Henry archbishop of Dublin.

Id. ii. 555, 568.

Death of Robert bp. of Bangor.

Crusade against the Albigeois.

Id. ii. 547.

Peter of Pontefract put to death by John.

Rege Johanne facto Romæ tributario, relaxatur [generale] interdictum.

Id. ii. 571. Anno gratiæ MCCXIV°. Rex Anglorum Johannes tenuit[4] ad natale Domini curiam suam apud Windleshores, ubi multa magnatum suorum multitudini festiva distribuit indumenta.

John at Windsor.

Id. ii. 576. Et eo ipso tempore per dictum legatum depositus est Radulfus de Arundel, abbas Westmonasteriensis, per[5] Nicholaum abbatem de Waltham missum ex parte legati apud Westmonasterium ad executionem depositionis faciendam, in crastino sancti Vincentii, fracto sigillo ipsius in capitulo; et[6] Dominica in crastino Inventionis sanctæ Crucis electus est in abbatem Westmonasteriensem Willelmus de Humet, prior Fruntoniæ[7] et monachus Cadomensis, et

Ralph of Arundel, abbat of Westminster, deposed, Jan. 23.

William de Humet succeeds, May, 4.

[1] Here Re. introduces a chapter headed In cronicis Reginaldus de Wroxham sic ait. It is abridged from Matt. Par. ii. pp. 547, 550, 559–564.

[2] *illud*] idem, E.

[3] Pedro II.

[4] *tenuit*] om. Ch. Cl. Re.; in the margin in A.

[5] *per . . . faciendam*] om. E.

[6–6] *et . . . episcopo*] for this E. has "et substitutus est loco ipsius Willelmus de Humet, prior Frontoniæ, monachus Cadomensis, et dominica sanctæ Trinitatis suscepit benedictionem a Willelmo Londoniensi episcopo, die sancti Urbani viii. kalend. Junii."

[7] Frampton or Frompton in Dorsetshire, a cell to St. Stephen's, Caen.

A.D. 1214. octavo kal. Junii, die sancti Urbani, Dominica scilicet sanctæ Trinitatis, accepit benedictionem a Willelmo de sanctæ Mariæ ecclesia Londoniensi episcopo.[6] Formata est pax, sed nondum perfecta, inter dominum Papam Innocentium et regem Johannem, et jurata a multis comitibus et baronibus terræ hoc modo, quod idem rex in bona pace reciperet dominum Stephanum Cantuariensem archiepiscopum, et cæteros episcopos Angliæ, et restitueret eis ablata omnia, et satisfaceret sanctæ ecclesiæ in omnibus, et quod rex et hæredes sui darent singulis annis ecclesiæ Romanæ mille marcas esterlingorum, scilicet pro regno Angliæ septingentas marcas et pro Hybernia trecentas.

Peace between P. Innocent III. and John.

Relaxation of the interdict, 3 July.

Eodem anno, applicuit dominus Stephanus Cantuariensis archiepiscopus apud Duveram, et cum eo Willelmus Londoniensis, Eustachius Elyensis, et Hugo Lincolniensis episcopi. Die vero Jovis, in crastino sanctorum Processi et Martiniani, scilicet[1] quinto nonas Julii, relaxatur generale interdictum Anglicanæ ecclesiæ, assistentibus ex parte domini Papæ prædicto Nicholao legato et Pandulfo ipsius subdiacono, cum ipso archiepiscopo et aliis episcopis et prædictis comitibus et baronibus juratis ex parte regis et regni, apud sanctum Paulum Londoniis. Isto[2] quoque eodem anno, scilicet in vigilia Purificationis, rex Johannes iter arripuit in Pictaviam, et die Jovis proxima post festum Apostolorum Symonis et Judæ in reditu suo inde accessit apud Westmonasterium, et ibi a clero et populo, præsentibus memoratis legato Nicholao et Stephano archiepiscopo et fere omnibus Angliæ episcopis, honorifice susceptus est. Eodemque tempore, obiit Johannes, abbas sancti Albani, die beati Kenelmi regis et[3] martiris. Sciendumque, quod interdictum, unde sermo prolixior prælibatus est, duravit sex annis et quatuordecim septimanis et duobus diebus.

Matt. Par. ii. 550.

Id. ii. 574, 575.

John goes to Poitou and returns, and is received at Westminster.

Id. ii. 572.

Death of John abbat of St. Alban's, 17 July.

Id. ii. 576.

Length of the interdict.

---

[1] *scilicet . . . Julii*] om. E.
[2] *Isto quoque*] om. E.
[3] *et martiris*] om. E.

MS. N. [*De obitu et gestis Gilberti de Glanvilla Roffensis episcopi, cujus memoria periit cum sonitu, quia ecclesiæ suæ gaudium vertebat in luctu.* A.D. 1214.

Death of Gilbert de Glanville, bishop of Rochester.

[Eodem etiam anno, durante adhuc interdicto, obiit Gilbertus Roffensis episcopus, qui triginta annis episcopatum tenuit. Hic cum consilio suo faventibus quibusdam ecclesiæ suæ monachis accessit ad dormitorium, et fracta magna cista tulit magnum sigillum necnon et cartas regum et privilegia Pontificum, non obstante sententia prius lata a summis Pontificibus, archiepiscopis, [et] episcopis prædecessoribus suis. Constructo namque et ab eo fundato novo opere de Strodes, fundum prædicti operis ab ecclesia sua præ dicta vi abstulisse refertur. Abstulit etiam omnes ecclesias, quas reges, archiepiscopi, et episcopi dederunt; necnon præsentationes, dispositiones vicariorum, sicut superius dictum est, numero quindecim suo patronatui fraudulenter appropriavit. Prædecessor vero suus bonæ memoriæ Gundulfus ordinavit numerum monachorum sexagenarium; qui quidem numerus usque ad adventum istius Gilberti ecclesiæ Roffensi laudabiliter ministravit. Sed in adventu ejus, ut prædictum est, eorundem monachorum prædia quædam, redditus, et præbendas usque ad quingentas libras in perpetuum delevit. Iste octavus fuit a Gundulfo; magnas omni tempore suo machinationes[1] ecclesiæ suæ paravit; officiales dedit, serjantias constituit; exennium per quandam compositionem fratrum factam sibi adjudicavit. Pensiones ecclesiæ prædictæ ordinavit de quibusdam ab ea raptis, de aliquibus modicum, de quibusdam vero nihil. Nec mirum, si injustus pontifex injuste judicavit. Ut breviter autem de eo concludamus, omnia quæcunque bona et honesta Gundulfus dum viveret studuit ordinare, iste destruenda diligenter insistebat.

His character.

[1] *machinationes*] machinas, N.

A.D. 1214. Troubles at Rochester.

[Hoc tempore magna fuerat perturbatio in ecclesia Roffensi, cujus occasione prior et conventus multa bona una cum argento quo venerabilis Lanfrancus feretrum sancti Paulini decoraverat, in placito inter eos et episcopum vendiderunt. Iste borialis de Northumbria oriundus satis manifestavit vera esse quæ de partibus illis dicuntur, quia ab Aquilone pandit omne malum. Decreta beati Gregorii in hac parte parvipendens, qui dicit, "Ut episcopi nullam molestiam abbati- " bus vel monasteriis monachorum inferre præsumant. " Sub perpetua securitate et quiete Domino adjuvante " absque ullius gravamine permaneant. Indicimus " igitur in nomine Domini nostri Jesu Christi et ex " auctoritate beati Petri Apostolorum Principis prohi- " bemus, cujus vice huic ecclesiæ Romanæ auctore " Deo præsidemus, ut nullus episcoporum ultra præsu- " mat de redditibus vel rebus vel cartis monasteriorum " vel de cellis seu villis quæ ad ea pertinent, quo- " cunque modo qualibet exquisitione minuere, nec " dolos vel minutiones aliquas facere." Iste vero legista dictum vulgare evidenter implevit, qui cum leges legistæ sustinere tenentur, leges totaliter destruunt et confundunt. Hic cum cancellarius esset regalis, matris ecclesiæ bona cancellare non desiit spiritualis. MS. N. S. Gregor. I. Epist. viii. 15, p. 906 (Migne, lxxvii. p. 918), also in Decretum Gratiani, c. 8, q. 2, c. 5. (De Libertate monachorum.)

Burial of bp. Gilbert de Glanville.

[Defunctus est autem prædictus Gilbertus, primus ecclesiæ Roffensis perturbator, et sepultus a parte boriali prædictæ basilicæ, inter fundatores confundator, sicut Saul inter prophetas; cujus sepulcro titulum satis ei competentem patres prædecessores imposuerunt, qui sic incipit;

> Laude Dei clausa, fuit hic hac clausus in aula,
> Luce Jovis lux septima mæsta silentia fregit.

Congrue laude Dei clausa moritur, cujus vita laudem canentium ora conclusit plurimorum. Et ut aperte dicamus, in tantum in eum, ut creditur, ultio

MS. N. [divina excrevit, ut sancta ecclesia, quæ[1] pro hæreticis et perfidis Judæis exorat, in transitu istius nequaquam divina celebrare permitteretur. Quia ipso vivente per septennium duravit totius Angliæ interdictum. Quo defuncto et tumulato, statim solutum est interdictum.] A.D. 1214.

Matt. Par. ii. 581, 582. Item[2] eodem anno, tertio nonas Octobris, consecrati sunt apud Cantuariam Symon decanus Eboracensis in episcopum Exoniensem et Walterus de Grai in Wigorniensem. Obierunt quoque Gilebertus de Glanvilla episcopus Rofensis, viii° kalendas Julii, et Johannes de Grai episcopus Norwicensis [in territorio Pictavensi].[3] New bishops.

MS. Cl. from Matt. Par. ii. p. 581. Coggeshale, p. 168. Cf. Matt. Par. ii. 578. Hoc etiam anno, ante Purificationem beatæ Mariæ, comes Flandriæ cum quibusdam magnatibus transmarinis applicuerunt in Anglia, facientes ligantiam et homagium regi Johanni in civitate Cantuariæ. Postea cum Willelmo comite Sarum revertentes, magnum exercitum de conducticiis stipendiariis,[4] distribuentes regium thesaurum prodigaliter, conflaverunt, propositum habentes, ut regem Francorum Philippum die Dominica, non consuetum tali die arma capessere,[5] subito invaderent et confunderent. Habuerunt etiam insuper[6] spem magnam et confidentiam de consilio et auxilio Othonis imperatoris, qui certamen quasi exserto[7] gladio expectabat. Exclamato igitur signo, "Regales, regales," et ex alia parte, "Montis gaudium, "Montis gaudium," commissum est bellum de Bovines in Flandria, et decertatum est hostiliter utrobique. In quo conflictu, rex Francorum ab equo suo prostratus [est], et ab hostibus undique impetitus, frustratim detruncaretur, nisi quodam milite Normannico, Ferrand count of Flanders does homage to John at Canterbury. War in Flanders.

Abbrev. Chron. iii. p. 230. Battle of Bovines.

[1] *quæ*] qui, N.

[2] *Item . . . Pictavensi.*] om. N.

[3] *in territorio Pictavensi*] The Southwark Annals have "apud "sanctum Johannem de Angeli, "xv. kal. Novemb."

[4] *stipendiariis*] stipendariis, Ch. E.

[5] *capessere*] portare, E.

[6] *insuper*] om. E.

[7] *exserto*] ex certo, MSS.

A.D. 1214. Victory of Philip II. at Bovines.

qui eum corpore proprio protexit, et pro eo et super eum, multis confossus lanceis, [ ],[1] protegeretur. Ipso etiam die eviscerati et enervati sunt sub eodem rege tres equi probatissimi. Triumphum inopinabilem tamen de inimicis suis ea die, Deo propiciante, reportavit. Unde super hoc pius rex scribens Universitati Parisiacæ ait, "Laudate Deum, carissimi, quia num- "quam tam gravem afflictum evasimus." Primo igitur fugiente a bello Hugone de Boves, qui dux omnium videbatur [esse], capti sunt multi magnates, tam de imperio quam de regno Angliæ. Imperator autem Otho cum suis, qui aderant, paucis, elapsus est, nec[2] unquam

The siege of Roche-au-Moine raised by John.

postea [est] fama sua redintegrata. Ad majorem autem[3] confusionem regis Johannis Anglorum, amotus est idem rex a castro, quod Rupes monachorum dicitur, quod obsederat cum magno exercitu in partibus versus Pictaviam, per adventum Lodowici filii regis Franciæ,[4] ita quod audito rumore de captione magnatum suorum apud Bovines et impotentia resistendi in[5] alia parte, comperiit Deum et homines sibi esse undique offensos et exosos. Fugit igitur turpiter et ignominiose a

Cf. Matt. Par. ii.577.

Truce between John and Philip through the efforts of Robert de Curcun, the legate.

prædicta obsidione; et nisi datis undecim milibus marcarum argenti pro treugis tricennalibus citius in Angliam, procurante Roberto de Curcun, tunc in Francia legato, recessisset, profecto probrose captus extitisset. Unde Franci in eundem Robertum legatum verbis [et] contumeliis, quasi Anglicum Anglicus sponte liberasset, insurrexerunt.

Cf. Hist. Anglor. ii. 152.

Return of John, Oct. 17.

Rex igitur venit in Angliam confusus et inglorius xiv° kalendas Novembris.

Matt. Par. ii. 582.

William of Trumpington, abbat

Eodem[6] anno, Johanni abbati ecclesiæ sancti Albani successit Willelmus de Trumpintona, monachus assumptus de gremio ipsius ecclesiæ,[7] vir omni

Id. ii. 583.

---

[1] The verb is omitted. Parker supplies concidit.

[2] *nec unquam*] ut nunquam, E.

[3] *autem*] om. E.

[4] Lamb. here interpolates the "Carta regis Johannis."

[5] *in*] ex, E.

[6] *Eodem . . . . . suscepit*] om. A. N.

[7] Ch. repeats *assumptus*.

Matt. Par. ii. 583. præditus honestate; die sancti Andreæ ab Eustachio Elyensi episcopo pontificaliter munus benedictionis in ecclesia sancti Albani suscepit.[1] A.D. 1214. of St. Alban's.

Rex Johannes in se reversus, præ confusione cruce signatur, et multi nobiles cum eo.

Id. ii. 584. Anno gratiæ MCCXV°. Rex Johannes tenuit curiam suam ad natale Domini apud Wigorniam vix per spacium unius diei. Deinde Londoniam festinanter cum venisset, magnates Angliæ instanter [ea], quæ rex in bona fide humiliterque promiserat, postulabant. Sed rex quærens cavillationes, et asserens rem esse arduam quam [petebant] et magna indigere deliberatione, inducias usque ad clausum Pascha subdole rogavit et assecutus est. Interim ut sub alis domini sui Papæ tutius protegeretur, et contra suos dirius armaretur, crucem suscepit et cum[2] eo multi magnates, quarto nonas Martii. Eodem anno, Eustachius Eliensis episcopus apud Radingum viam universæ carnis est ingressus. Ipso anno, maximus tractatus habebatur inter regem et barones de pace regni inter Stanes et Windleshores, in prato[3] quod dicitur Runemade, quod interpretatur pratum consilii, eo quod [ab] antiquis temporibus ibi de pace regni sæpius consilia tractabantur, domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo, cum quibusdam episcopis, existente mediatore. Primus autem dies memorati tractatus fuit dies Martis ante festum sancti Johannis Baptistæ. Item super eodem tractatu dies Mercurii post festum sancti Bartholomæi, et continuatus et protelatus est tractatus, rege tamen absente. Exigentibus igitur baronibus quæ promissa fuerant, rex subsannans respondit, "Quare non exigunt isti regnum?"

John at Worcester, then at London.

The barons demand the fulfilment of his promises.

He takes the Cross.

Id. ii. 585.

Death of Eustace, bp. of Ely.

Id. ii. 589.

Meeting of John and the barons at Runnymead.

Southwark Annals.

Aug. 26.

Matt. Par. ii. 586.

Id. ii. 630. Eodem anno, die sancti Martini celebratum est Romæ generale concilium sub Papa Innocentio tertio,

Fourth Lateran council, Nov. 11.

[1] Re. introduces here the paragraph about the meeting of the barons at St. Edmundsbury from Matt. Par. ii. 582, 583.

[2] *cum eo*] om. E.

[3] *prato*] campo, E.

A.D. 1215. præsentibus primatibus, archiepiscopis lxi., episcopis vero quadringentis et duodecim, abbatibus vero et prioribus octingentis. In quo concilio, dictus papa Lodowicum regis Francorum primogenitum, et omnes comites et barones Angliæ, cum complicibus suis conspirantes et insurgentes in regem Angliæ, Romanæ ecclesiæ vassallum, die sancti Andreæ Apostoli sollempniter excommunicavit. Crescente jam guerra in Anglia de die in diem, baronibus hostiliter totam patriam Northamtuniæ cum ipsa villa prius occupantibus, excepto castro quod se viriliter defendebat. Ipsi vero machinis[1] carentes necessariis, infecto negotio, recesserunt. Rex enim clanculo, antequam hæc evenirent, futura perpendens, castra sua communierat. Barones vero inde venerunt Londoniam et xvi. kalendas Junii civitatem ingredientes, nullo contradicente, occuparunt. Cives enim regem [Johannem] pro multis injustis exactionibus, quibus eos incessanter fatigaverat, odio habuerunt. Habito igitur ibi colloquio, miserunt quosdam de sociis suis, barones et cives, ultra mare ad Lodowicum, quem in regem elegerant, significantes ei, ut festinanter in Angliam veniret, regnum sine contradictionis difficultate ilico recepturus. Et ne super hoc dubitaret, cartas patentes appensis nobilium sigillis, cum obsidibus, tam regi Francorum quam filio suo Lodowico transmiserunt. Eodemque anno, post festum sancti Michaelis, rex Johannes castrum Rofense obsedit, in quo erant quidam barones strenuissimi, videlicet Willelmus de Albineto cum multis aliis [et[2] deprædata est Roffensis ecclesia, adeo ut nec pixis[3] cum corpore Christi super altare remaneret]. Quibus cum Robertus filius Walteri, qui Londoniis cum universo exercitu deses[4] et otiosus jacebat, tenebatur succurrere,[5] noluit. Unde castrum memoratum

Matt. Par. ii. 631.

Excommunication of Louis.

Civil war in England.

Siege of Northampton.

Id. ii. 586.

London occupied by the barons.

They invite Louis over.

Cf. Id. ii. 647, 648.

Siege of Rochester castle.

Cf. Matt. Par. ii. 621–625.

Plunder of Rochester cathedral.

MS. N.

[1] *machinis*] monachi, Lamb.
[2] This is in rubrick in N.
[3] *pixis*] pixus, N.
[4] *deses*] deces, Ch.
[5] E. inserts *sed*.

Matt. Par. ii. 625, 626. miserabiliter captum est, et nobiles capti, et apud Corf in carcerem detrusi ad voluntatem regis, vix viventes sunt redempti. Rex exinde tyrannus effectus et proprii regni exterminator, alienigenas, videlicet Id. ii. 635, 636. Savaricum de Malleone, cum suis flexibilibus Pictavensibus, et Girardum de Sotingni, cum suis volubilibus Flandrensibus, et Walterum cognomento Buc, cum suo grege fetidissimo, ad stipendia convocavit. Ex tunc igitur exoritur regni perturbatio inaudita, et tam immanis, ut filii in patres [et][1] patres in filios insurgere hostiliter viderentur. Stipatus igitur agmine detestabili alienigenarum, cujus dux et præceptor Fal- Id. ii. 538. casius de Breaute, vir quidem ignobilis et genitura bastardus, Neuster[2] genere, constitutus est, rex Johannes furia invectus, partes Angliæ Aquilonares cœpit devastare, castra baronum vel dirruere vel sibi mancipare, aulas et municipia inmisericorditer, quæ baronum fuerant, concremare, incolas excogitatis tormentis, ut pecuniam extorqueret, exagitare, ita ut videretur *Dominus furore irasci populo et hæreditatem suam abhominari.* Ps. cv. 40. Ubique luctus, ubique miseria. Factus est sacerdos ut populus, et septa ecclesiæ profanantur. Proscribuntur episcopi, et fugientibus[3] pastoribus gregum agmina disperguntur. Eodem tempore quia[4] fuit Cf. Id. ii. 634. correptor, et in quo potuit, corrector regis Johannis semper tamen recalcitrantis, ab officio suspensus est Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, quasi esset fautor adversariorum vassalli domini Papæ, regis scilicet Johannis, per omnia desipientis.[5] In concilio etiam generali suspensionem[6] prænotatam dominus Papa[7] confirmavit. Cf. Id. ii. 648. Tandem vix, multis tamen elaboran-

A.D. 1215. Rochester castle taken.

Leaders of John's army.

Cruelty of John.

Misery of the country.

Suspension of abp. Langton.

[1] *et* is also in W.

[2] *Neuster*] neuter, MSS. The compiler blundered in abridging Paris's words, ii., p. 538.

[3] *et fugientibus*] effugientibus, E.

[4] *quia . . . . recalcitrantis*] om. E.

[5] *desipientis*] decipientis, MSS. exc. E.

[6] *suspensionem*] suspensione, Ch. W.

[7] *Papa*] om. Ch., interlined later in A.

A.D. 1215. tibus, meruit idem archiepiscopus absolutionis beneficium optinere.

Bedford castle and Margaret de Rivers given to Fawkes de Breauté.

His diebus captum est castrum de Bedeford et datum Falcasio, cui etiam contulerat rex uxorem nobilem, Margaretam de Ripariis cum possessionibus eam contingentibus. Cepit etiam idem Falco[1] municipium Willelmi Mauduit de Hamslape. Captum est etiam municipium de Thunebrugge. Eodemque anno, co[illegible]secrati sunt in episcopos, Willelmus de Cornhulle die conversionis sancti Pauli in Cestrensem, magister Benedictus præcentor sancti Pauli Londoniis viii. kal. Martii in Rofensem, magister Ricardus decanus Sar[illegible]a in Cicestrensem. Interea electus est in archiepiscopum Eboracensem magister Symon de Langeton[illegible], vir quidem parum habens gratiæ popularis, utinam Dei. Sed, procurante rege, cito cassatus est. Poterat enim rex, jam factus Papæ tributarius, etiam difficilia impetrare. Timebat autem rex, ne si Stephanus Cantuariensis archiepiscopus in australibus, et frater ejus Symon Eboracensis archiepiscopus factus in septemtrionalibus dominarentur, quasi maximi prælati in Anglia, omnia ad vota eorum disponerentur, et alter alterius auxilio fulciretur.

Matt. Par. ii. 638.

Hanslape and Tunbridge castles taken.

New bishops.

The election of Simon Langton to York quashed.

Id. ii. 628.

Cambridge castle taken by the barons.

Per idem tempus, quædam pars baronum, qui Londoniis remanserant, equitationem facientes, deprædati sunt[3] provinciam Cantebruge, et munitionem sine difficultate dominio suo manciparunt, vigintique[4] servientes in ea inventos, vinculis constrictos, secum Londoniis captos adduxerunt.

Id. ii. 664.

Norfolk and Suffolk wasted.

Inde peragrantes circumjacentes, scilicet de Northfolc et Sufolc, provinciales agricolas spoliarunt, et civitatum cives, vix parcentes ecclesiis, apporiarunt.[5] Villas quoque de Gernemue, de Wich,[6] et [de] Gipewich, et partes finitimas ad gravissimam redemptionem compulerunt. Tandem per Colecestriam redeuntes, ibidem simili rabie impudenter in incolas sævierunt. Obsidentur quoque et

---

[1] *Falco*] Falcas, E.
[2] *ad*] in, E.
[3] *sunt*] om. MSS.
[4] *vigintique*] xxv., E.
[5] *apporiarunt*] apporriarunt Ch.; apporciarunt, T. W.; appropriarunt, Cl. Re.
[6] *Wich*] i.e., Dunwich.

Cf. Matt. Par. iii. 6.

capiuntur ab eisdem castra de Hertford,[1] de Berkamestude, et alia sibi vicina viriliter occuparunt. A.D. 1215. Hertford and Berkhampstead castles taken.

Eodem tempore, procurantibus amicis et etiam alienigenis, timentibus similiter illaqueari, dimissus est a carcere vir nobilis, Willelmus de Albineto, facto prius fine pro redemptione sua, sex milibus marcarum, infra brevem terminum persolvendarum. In cujus negotii executione, uxor ejus Agatha supra sexum muliebrem elaborans, pecuniam prætaxatam, licet cum [magna] difficultate, adquisivit, et maritum suum laudabiliter liberavit.[2]

Id. Release of William of Albini on payment of a fine.

This raised by his wife, Agatha de Trusbut.

Barones morantur desides Londoniis. Applicat Lodowicus regis Francorum primogenitus. Afflicta est Anglia afflictione magna. Coronatur Henricus tertius.

Id. ii. 638. Anno gratiæ MCCXVI°, qui est annus regni regis Johannis xviii., idem rex Johannes fuit in die nativitatis Domini apud castrum de Notingham. In crastino vero misit nuncios apud [castrum de] Bealverum,[3] postulans illud sibi statim reddi. Quod si aliquantulum moræ fieret, Willelmus de Albineto, cujus castrum erat, et qui in carcere regis detinebatur, numquam exinde pransurus, fame moreretur. Quo cognito, ilico castellani, ipsi regi obviam euntes, claves castri ipsi reddiderunt, salvis personis et eorum armis et possessionibus. Interea afflicta est Anglia afflictione magna, dum nobilium mulieres ludibrio traderentur, domus comburerentur, silvæ succiderentur, terræ alienis donarentur, pecunia a quovis tormentis exquisitis extorqueretur. Interea barones desides Londoniis jacebant nihil agentes, præterquam aliquando in loca finitima greges et armenta pauperum et eorum dominos pro præda miserabiliter abducentes. Illis autem pigritantibus, rex non cessavit cotidie eorum castra et municipia, homines et possessiones, in suam redigere potestatem. Similiter et satellites sui, diversis

John at Nottingham.

He demands the surrender of Belvoir castle.

Its surrender.

Abridged from Id. ii. 639, 640.

Sufferings of the country.

Idleness of the barons.

Id. ii. 641.

---

[1] *Hertford*] Hereford, E. T. W.

[2] Here Re. inserts a chapter, "Cronica Reginaldi de Wroxham "revera sic dicunt in postscriptione." (It is only an abridgment of Matthew Paris.)

[3] *Bealverum*] Bealvero, E. Beselverum, T.; Besilverum, W.

A.D. 1216. partibus constituti, omnium baronum possessiones exterminio tradiderunt. Rex vero, Aquilonaribus partibus Angliæ vastatis et sibi subjugatis, se in terram regis Scotiæ, qui fautor baronum exstitit, subito inferens, castrum de Berewic et quædam alia, quæ credebantur inexpugnabilia, violenter in suam redegit potestatem. Multam etiam ibidem stragem et exterminium exercuisset, nisi eundem necessitas maxima, dilationem non capiens, revocasset, sicut consequenter declarabitur. Et dum talia agerentur ad instantiam regis, qui quasi ad dominum suum Papam nuncios crebro destinavit, ipse summus Pontifex, ut vassallum suum novum novus dominus protegeret viriliter et efficaciter, barones Angliæ, quos prius excommunicaverat in genere, jam iterato excommunicavit nominatim et in specie. Circa quoque illos dies, depopulata est Elyensis insula per Falcasium, qui etiam ecclesiam ipsam cathedralem, equum insidens, evaginato irreverenter intravit gladio, extrahensque inde nobiles viros et matronas, necnon et clericos, ipsumque dominum Stephanum Ridel, virum clarissimæ famæ, honestum, et dapsilem ad gravissimam compulit redemptionem. Barones autem, jam in arcto constituti, postquam cognoverunt quod dominum Papam pro subjectione regni et vassallagio regis inclinati validum haberent persecutorem, quem prius habuerunt defensorem, Lodowicum, primogenitum Philippi regis Francorum, sibi in regem electum diatim expectarunt. Cui obsides cum cartis et aliis obligationum generibus de fidelitate et ligantia transmissis sollempnibus legationibus destinarunt, qui parandis præparatis adventum maturavit. Rex vero Johannes, audiens de adventu Lodowici in Angliam, Cantuariam avolavit. Et interim applicuit Gualo legatus, missus a domino Papa Innocentio tertio ad tuitionem regis [Johannis]. Qui transitu facto ad[1] regem Francorum Philippum, ex parte domini Papæ omnibus modis dissuaserat ne filium suum Lodowicum in succursum excommunicatorum transmitteret, ne ecclesia Romana patrimonio suo privaretur. Quod cum intellexisset

Abridged from Matt. Par. ii. 641.

John goes towards Scotland, and takes Berwick and other castles.

The barons excommunicated by name.

Id. ii. 642.

The isle of Ely laid waste by Fawkes de Breauté.

Id. ii. 645.

The barons send to Louis.

Hostages sent to him.

Cf. Id. ii. 648.

The legate Guala sent for John's protection.

Matt. Par. ii. 650.

His attempts to persuade Philip.

[1] *ad*] per, MSS.

Matt. Par ii. 651. rex Philippus, hoc de regno Angliæ dictum fuisse, ita mox respondit : A.D. 1216.

Philip's answer as to John's surrendering his kingdom to the Pope.

" Regnum Angliæ patrimonium Petri vel ecclesiæ Romanæ " nunquam fuit, nec est, nec erit. Rex enim Johannes multis " retroactis diebus, volens fratrem suum regem Ricardum " a regno Angliæ injuste privare, et inde de proditione " accusatus, et coram eo convictus, dampnatus fuit per " judicium in curia ipsius regis, quam sententiam pronun- " ciavit Hugo de Pusatz, episcopus Dunelmensis; et ita " nunquam fuit verus rex. Item si aliquando fuit rex et " etiam verus rex, postea regnum forisfecit[1] per[2] mortem " Arthuri, de quo facto dampnatus fuit in curia nostra. " Item nullus rex vel princeps potest dare regnum suum " sine assensu baronum suorum, qui regnum tenentur defen- " dere. Et si Papa hunc errorem tueri, allectus novæ " dominationis libidine, contumaciter decreverit, exem- " plum omnibus regnis dabit perniciosum."

Ad quod verbum omnes circumstantes Franciæ magnates, quasi uno ore clamare cæperunt, quod pro isto articulo starent usque ad mortem, ne videlicet rex vel princeps per impetum propriæ voluntatis posset regnum dare vel tributarium facere, unde nobiles regni efficerentur servi. Acta sunt hæc apud Lugdunum, die decima quinta post Pascha.

Louis asserts his right to pursue his claim on England.

Id. ii. 652. Die vero crastina venit Lodowicus ad colloquium, et ait coram rege patre suo et Gualone legato et omnibus [eis] assistentibus : " Domine mi rex, si vester ligius homo sum, " de tenemento, quod mihi dedisti, in tantum vobis teneor. " De regno Angliæ,[3] quid ad vos aliquid constituere? Me " subicio judicio parium meorum, si debetis cogere me ne " prosequar jus meum, et præcipue tale, quod ad te non " pertinet, vel non potestis justiciam mihi exhibere, quia " pro hæreditate uxoris meæ, [scilicet[4] neptis Johannis " regis,] usque ad mortem, si necessitas exegerit, decertabo."

Departure of the legate.

Quod audiens legatus, rogavit regem, ut ei concederet salvum conductum per terram suam, quod rex benigne concessit.

Id. ii. 653. Dissimulante igitur rege Philippo, Lodowicus iter suum versus mare, ut in Angliam transiret et legatum præveniret, maturavit. Ascensurus igitur navem, invenit in

---

[1] *forisfecit*] foris, Ch.; A. corrected in the margin.

[2] *per*] post, E.

[3] E. ins. quod.

[4] *scilicet . . . regis*] Fr. Cl.

A.D. 1216. Louis crosses from Calais, and lands at Stonar in Thanet, 20 May.

portu de Caleis classem nobilissimam et copiosam, scilicet Matt. Par. ii. 653.
secentas naves et quater viginti cogas bene paratas, quas Eustachius dictus Monachus contra adventum ejus ibidem congregaverat. Et intrantes naves Lodowicus et omnes sui, prospero cursu usque in Taneth insulam pervenerunt, et in loco, qui Stanhore dicitur, applicuerunt xii. kalend. Junii.

John flies to Canterbury.

Erat rex Johannes tunc cum exercitu suo[1] apud Doveram, sed quoniam alienigenis stipendiariis, qui plus Lodowicum quam regem Angliæ Johannem diligebant, non est ausus eidem[2] Lodowico hostiliter occurrere, ne forte in necessitate ipsum regem Johannem derelinquentes se ad Lodowicum transferrent. Unde præelegit ad tempus recedere, quam dubium certamen inire. Transtulit igitur se usque [ad] Cantuariam fugiendo, et castrum Doveræ sub custodia Huberti de Burgo fiducialiter commissum dereliquit.

Dover Castle entrusted to Hubert de Burgh.

Et cito post applicuit Gualo legatus ad tuitionem regis Johannis et regni, contra Lodowicum et ejus fautores.

Guala comes to England.

Rex vero Johannes fugit usque Wintoniam; at Lodowicus, cum neminem sibi resistere cognovisset, apud Santwicum naves exiens, totam illam provinciam præter Doveram sibi continuo subjugavit, et versus Londonias properans, castrum Rofense in suam recepit potestatem, et iv. nonas Junii perveniens Londonias, primo ad sanctum Paulum orans,

Flight of John to Winchester.

Reception of Louis in London.

post in publico a clero et populo cum magno gaudio est susceptus, ubi omnium baronum cepit fidelitatem et homagia. Postea in brevi, scilicet xviii° kalend. Julii,[3] reddita est ei civitas Wintoniæ, et in crastino sancti Johannis castrum civitatis cum castro episcopi, et vi° idus Julii, castra de Odiham, de Fernham, de Guldeford, de Reigate. Southwark Annals.

Winchester and various castles surrendered to Louis.

Siege of Windsor by the barons.

Obsessum est autem castrum de Windleshores a comitibus et baronibus, Francis et Anglis; sed inde recedentes, nihil profecerunt. Lodowicus obsedit castrum de Dovere, diu et acriter, sed nihil proficiens, confusus recessit. Castrum vero de Cantebruge, cum viginti servientibus in eodem inventis, a baronibus captum est. Eodem tempore, Gualo legatus exegit procurationes per totam Angliam ab ecclesiis cathedralibus et religiosorum, capiens pro singulis procurationibus quinquaginta solidos. Omnia etiam beneficia clericorum Matt. Par. ii. 664.

Siege of Dover.

Capture of Cambridge castle.

Id. ii. 663.

Exactions of the legate.

[1] *suo*] om. F.
[2] *eidem*] om. E.
[3] This date (Matt. Par. ii. 654) is tacked on by the compiler to the capture of Winchester (Matt. Par. ii. 655).

Matt. Par. ii. 663. pariter et virorum religiosorum, qui Lodowico adhæserant vel baronibus, in clericorum suorum usus convertit. Interim A.D. 1216. John ravages Suffolk and Norfolk.

Id. ii. 667. rex Johannes, furore accensus iracundiæ, provincias de Sufolc et Northfolc misera afflictione contrivit. Deinde versus Aquilonem iter arripiens, apud Wellestrem bigas suas et quasdam clitellas, quas terra absorbuit, irrestaurabiliter amisit. He loses his baggage in the Wash. Quo audito, dolens inconsolabiliter et profunda geminans suspiria, apud Suinesheved abbatiam Cysterciensis ordinis pernoctavit, ubi secundum consuetudinem suam, persicis cum musto et pomatio ingurgitatus, He is taken ill at Swineshead, but goes to Sleaford. et dolore jacturæ recentis absorptus, incidit in magnam ægritudinem. In crastino vero ne hostes sui insultarent, morbum dissimulans, mannum suum vix ascendit, et cito post, facta lectica equestri, descendit de palefrido et ipsam intravit, et sic usque ad castrum de Leadford pervenit, ubi pernoctans morbum sensit multum ingravescentem. In crastino autem vix ad castrum de Newerch transvectus pervenit, ubi lecto mortiferæ ægritudinis decumbens, vocato ad se abbate[1] de Crokestune in arte medicinæ erudito, consilium confessionis et eucaristiam ab eodem suscepit. He reaches Newark, sends for the abbat of Croxton, makes Henry his heir, and dies, 18 Oct. Henricum vero primogenitum suum regni constituit hæredem, corpus suum delegans ecclesiæ Wigorniæ sub protectione sancti Wlstani. Deinde cum summa mentis amaritudine, maledicens et non valedicens omnibus baronibus suis, pauper et omni thesauro destitutus, nec etiam tantillum terræ in pace retinens, ut vere Johannes Extorris diceretur, ex hac vita miserrime in nocte, quæ diem sancti Lucæ Evangelistæ proximo sequitur, transmigravit. Et quia iste Johannes se multis exosum præbuit, tum propter mortem nepotis sui Arthuri, tum propter suam incontinentiam, qua fœdus lecti matrimonialis disrupit, tum propter suam tyrannidem, tum propter tributum quo sub perpetua servitute[2] regnum Angliæ compedivit, tum propter guerram, quam sua merita provocarunt, vix alicujus meruit lamentatione deplorari.[3]

---

[1] Adam.

[2] *servitute*] servitate, Ch.

[3] Re. here introduces a chapter headed "In cronicis R. de Wroxham inventa est hæc narratio, scilicet sequens de electione Lodowici." This is a collection of extracts from the Hist. Anglorum of Matt. Par. ii. 172, 179, 181, 182, 187, 190, 192, 194.

A.D. 1216. *[De terris quas amisit rex Johannes.*

Lands lost by John.

[Istæ sunt terræ, quas rex Johannes amisit, scilicet pro angariis et oppressionibus, multimodis fornicationibus et variis injuriis, quæ committere non cessavit. Prima fuit ducatus Normanniæ, comitatus Bolismii, comitatus Cenomanniæ, Andegavia, Pictavia, Lemovica, Alvernia, Angolisma, scilicet archiepiscopatus. Hæc autem omnia quandoque erant regis Johannis. Demum Angliam et Yberniam tributo supposuit, qui nihil horum revocavit usque[1] ad diem mortis suæ. MSS. Cl. Re. from Matt. Par. Additamenta, 213, vol. vi. p. 441.

Iste Johannes habuit filios et filias subscriptas, scilicet, MS. Cl.

His children.

Henricum, Ricardum comitem, Henricum,[2] Edmundum,[2] Isabellam, Alienoram, Johannam.]

Coronatio[3] *regis Henrici tertii.*

Coronation of Henry III. at Gloucester.

Defuncto vero Johanne, Anglorum rege, convenerunt apud Gloverniam legatus Gualo et multi magnatum Angliæ. Et quoniam Westmonasterium, ubi locus est ex consuetudine regiæ consecrationi deputatus, tunc ab inimicis suis fuit obsessum, cogente necessitate, ibidem est ante majus altare in ecclesia conventuali Henricus Johannis primogenitus in regem inunctus et solempniter coronatus. Et quia se jam exosum et superbum Lodowycus omnibus Anglis exhibuerat, et munitiones eorum ac terras, spretis Anglis et fœdere quod [cum] eis firmaverat, contulerat, omnes nobiles terræ in brevi ipsi juveni regi Henrico, qui nihil culpæ versus eos meruerat, revertentes fideliter adhæserunt. Cesserunt igitur in ditionem suam, capta per barones, castra de Hertforde,[4] de Berchamstede, et alia multa, et viriliter se habentes Matt. Par. iii. 1.

The nobles return to their allegiance.

Hertford and Berkhampstead castles taken.

---

[1] *usque . . . suæ*] in vita sua, Re.

[2] Sic.

[3] There is a picture in E. of the coronation. A leaf is lost here in Ch. A space is left for it in A. The text is here taken from A. and E. The rubric in Cl. T. is *Tertius Henricus regnat pietatis amicus.* W. has been mutilated for the sake of the picture.

[4] *Hertforde*] Hereford, A. T.

barones meruerunt a legato absolvi et regis [novi] dilectionem. A.D. 1216.

Matt. Par. iii. 7. Eodem tempore, dum Papa Innocentius processionem faceret solempnem Romæ, et illa effigies Dominici vultus, quæ Veronica nuncupatur, populo aspicienda veneranter deportaretur, ipsę Papa ipsam loco solito aptavit; sed in crastino inventa est aversa, stans modo indebito, ita[1] scilicet quod frons deorsum, barba versus imum verteretur. Quo audito, dominus Papa timens valde hoc apparuisse in triste præsagium, composuit et dici constituit unam collectam in honorem Veronicæ dicendam, et dicentibus veniam decem dierum concessit. The portrait of our Lord called Veronica carried in procession by Innocent III.

Id. iii. 9. Ipsis quoque diebus expiraverunt treugæ acceptæ in Terra Sancta inter Christianos et infideles.[2] The truce in Palestine at an end.

Commisso prœlio prius apud Lincolniam, postea in mari, devictis Francis, Angli gloriose triumpharunt, coronato rege Henrico tertio. Innocentius papa tertius moritur.

Id. iii. 11. Anno gratiæ MCCXVII°. Rex Henricus, filius regis Johannis, ad Natale Domini apud Bristollias solempnitatem nativitatis Dominicæ celebravit. Baronum autem reliquiæ, qui Londoniis commorabantur, successive[3] ad Henry III. at Bristol.

Id. ii. 666. ipsum revertebantur. Detegebatur autem quoddam iniquissimum propositum Francorum per quendam eorum, in proximo moriturum, videlicet vicecomitem de Melun. Qui postquam mortem irremediabiliter sensit appropinquare, timens de periculo animæ suæ, confessus est, quod propositum fuit Lodowici et suorum Francorum, et mutuo juramento cum[4] fidei interpositione confirmatum, subjugata Anglia, omnes Anglos irrevocabiliter exules exterminare. Præterea[5] sententia excommunicationis, quam Angli præ omnibus formidant nationibus, ipsos barones ad proprium dominum naturalem, spreto Lodowico, diatim revocavit. Lodo- Confession of the viscount (Adam) de Melun.

[1] *ita*] om. T. W.

[2] Re. introduces a chapter headed "Hæc sequens narratio inventa est "in cronicis R. de Wroxham." This consists of extracts from Matt. Par. Chron. Maj. iii. i. n[1], Hist. Angl. ii. 196, n[1], Chron. Maj. iii. 5.

[3] *successive*] successione, E.

[4] *cum*] om. T. W.

[5] *Præterea sententia*] Præter sententiam, T

A.D. 1217. wicus relicta obsidione castri Dovorensis, ut vires[1] per adjutorium patris sui a Francia colligeret, transfretavit et cito rediens iterum idem castrum obsedit. Præparavit autem se maxima transmarinorum multitudo, ut in adjutorium Lodowyci properarent.

Louis raises the siege of Dover, and crosses, but returns.

Eodem tempore Falcasius deprædatus est villam sancti Albani, et quosdam nobiles ibidem, quasi in tuto refugio latitantes, etiam ab ecclesia violenter extraxit, et ipsam ecclesiam homicidio maculavit. Sed postea ab ipso martire, beato Albano, adeo truculenter ipsum Falcasium torvo oculo aspiciente,[2] acriter increpatur, ut fere mente alienatus est, et id idem eadem nocte legatus per visionem aspexit, et id Falcasio retulit. Unde idem Falcasius cum summa humilitate et timore ad ecclesiam beati martiris rediens, nudus[3] pedes et veste spoliatus, in capitulum intravit, ab ipso abbate et singulis fratribus de suo transgressu cum lacrimis postulans indulgentiam, palam enarravit quomodo acriter ab ipso martire Albano correptus est, et etiam a quodam immani saxo ab ecclesiæ turri ad instar fulguris irruente obrutus corruit, fere exanimatus, et, ut ei visum fuit, usque ad portas inferi detrusus est. Et sic a singulis corporalem suscepit disciplinam, et meruit ab abbate et fratribus optinere indulgentiam postulatam.

Matt. Par. iii. 12.

Injuries to St. Alban's by Fawkes de Breauté.

His vision and pretended repentance.

Eodem tempore, barones residui, qui adhuc Lodowico adhæserant, cum multitudine Francorum apud Lincolniam xiii. kalendas Junii, scilicet sabbato, in vigilia sanctæ Trinitatis, qui properanter illuc advenientes convenerant ad occupandum civitatem cum castro, a fidelibus regis capti sunt, et comes Perticensis interemptus. Quod audiens Lodowicus recessit[4] ab obsidione castri[5] Doverensis, et veniens Londoniam

Abridged from Matt. Par. iii. 20–30.

Battle of Lincoln.

[1] *vires*] jure, A., corrected in the margin. N. has vires.

[2] *aspiciente . . . . increpatur*] aspiciens . . . increpavit, E.

[3] *nudus pedes*] nudis pedibus, T. W.

[4–4] *recessit . . . Lodowicus*] om. MSS. exc. E.

[5] *castri*] om. E.

expectabat Francorum optatum succursum adventantium. Sed Domino pro rege Henrico innocente propitius dimicante, navali bello in mari, non procul a Doveria, Francigenæ, sub infinitatis multitudine, interempto Eustachio pirata, cognomento Monacho, expugnati et dissipati, vulnerati, capti, submersi sunt, et nonnulli trucidati sunt. Quod audiens Lodowicus,[4] duplici contritione contritus, doluit inconsolabiliter. Et quia infirmati sunt gressus ejus, rogavit humiliter[1] ea quæ pacis sunt. Convenientibus igitur in unum Gualone legato cum episcopis et clero et populo,[2] Willelmo Marescallo rectore regis et regni tunc existente, de pace tractatum diligentem habuerunt,[3] in quadam insula satis vicina villæ de Kingestune, et formata est et facta pax inter regem et Lodowicum, in vigilia exaltationis sanctæ Crucis, ipso prius a sententia excommunicationis, qua, ut supra plenius dicitur, fuerat innodatus, solempniter absoluto.

A.D. 1217.

Defeat and death of Eustace the monk.

Peace arranged between Henry and Louis, near Kingston.

Matt. Par. iii. 25.

Eodem anno, Papa Innocentius, postquam sedisset [in cathedra] annis xviii., mensibus v., et diebus quatuor, xvii. kalendas Augusti humanæ naturæ debita persolvit; cui successit Honorius, qui Cincius antea[4] dicebatur, sessurus in cathedra annis x., mensibus vii., et diebus xix., sicut sequens narratio declarabit; a quo etiam approbatum est, confirmatum, et diligenter prosecutum, propositum negotium crucis, sicut in concilio Innocentii Papæ fuit pertractatum.

Death of P. Innocent III.

P. Honorius III.

Cum autem forma pacis ad Lodowicum pervenisset audienda et inspicienda, placuit, timens multum deteriora. Partium igitur omnibus nobilibus convocatis,

Id. iii. 30.

juravit primo Lodowicus et omnes complices sui, tactis sacrosanctis Evangeliis, quod starent judicio Ecclesiæ, recederetque cum suis omnibus de regno Angliæ irrediturus, vel aliquam calumpniam contra barones Angliæ, quos fallacia mendacii deceperat, impositurus. Induceretque patrem

Terms of the peace between Louis and Henry III.

---

[1] *humiliter*] om. T.
[2] E. ins. *et*.
[3] *habuerunt*] habuit, T.
[4] *antea*] om. T.

A.D. 1217. suum, quantum posset et sciret, sine simultate, ut jura regi Henrico[1] sua omnia restitueret. Et si quandoque ad regnum Franciæ tenendum perveniret, ipse eadem sine aliqua[2] difficultate resignaret. Juravit postea rex Angliæ Henricus, cum legato et Marescallo et magnatibus ibidem congregatis, quod redderent baronibus Angliæ et omnibus aliis de regno omnia jura et hæreditates suas, cum omnibus libertatibus antepetitis,[3] pro quibus mota fuit guerra. Prisones, castra, debita redemptionum, obligationes juramentorum, fidei interpositionum, obsides et consimilia, utrobique sine plica fraudis plene et plane dimitterentur. Excipiebantur tamen quidam obstinati ab hac pace, de quibus non multum curavit Lodowicus, quia ipsi ad hæc sua opprobria impellentes persuaserunt semper et foverunt, utpote[4] Symon de Langetuna et Gervasius de Hobrugge cum multis aliis, qui postea transalpinantes ex beneficio domini Papæ vix meruerunt ecclesiæ et regno Angliæ, restitutis beneficiis quibus per legatum spoliabantur, reconciliari. Quibus peractis, Lodowicus, ut dictum est, absolutus, acceptis mutuo a civibus Londoniensibus ad viatica quinque milibus librarum, ad Galliam irrevocabiliter properavit.[5] Matt. Par. iii. 31.

A few excepted from the peace.

Louis is absolved and leaves England.

[Eodem anno Willelmus de Walsingham, prior Norwycensis, obiit.] MS. Cl.

Moritur Saphadinus. Capta turri cum cathena, obsidetur Damiata.

Henry III. at Northampton.

The crusaders sail to Damietta.

Anno gratiæ MCCXVIII°. Rex Henricus fuit ad Natale apud Northamtune, Falcasio regi necessaria ministrante. Mense vero Maii rex Johannes Jerusalem, cum patriarcha et episcopis Nicolsiensi,[6] Beethlehemitano, et Aconensi et aliis Matt. Par. iii. 33. Id. iii. 35.

[1] Ch. begins again.

[2] *aliqua*] om. E.

[3] *antepetitis*] antepetis, Ch.; Re. is corrected.

[4] *utpote*] utpoti, Ch.

[5] Re. here inserts a column and a half, headed *et magis declarabit*, giving another abridgment of Paris's account of the battle of Lincoln, the defeat of Eustace the monk, the confession of the Viscount de Melun, the peace, &c.

[6] *Nicolsiensi*] Nicholao, Cl.; om. E.; incolis, A. N.; Nicholaus, Re. The bishops were Eustorgius, archbishop of Nicosia, Regnier, and James de Vitri.

Matt. Par. iii. 35. prelatis, duce quoque Austriæ,[1] magistris [2] Templi et Hospitalis et domus sanctæ Mariæ Theutonicorum, et Christianorum multitudo ab Acon usque Damiatam prospere navigarunt; et statim obsessa est turris quædam [3] cum catena, quæ videbatur totius civitatis, non longe inde remotæ, robur et defensio. Et tunc fuit eclipsis lunæ generalis. Et non diu protracta obsidione, capta est a Christianis turris cum catena. Destruuntur muri Jerusalem a Sarracenis, ad revocandum Christianos, ne obsideretur Damiata. Advenit Pelagius Albanensis episcopus, Apostolicæ sedis legatus, potius ad desolationem Christianorum quam consolationem, sicut finalis rei eventus postea declaravit. Advenit etiam magister Robertus de Curcun,[4] cardinalis, et magister Thomas de Noum,[5] theologi et prædicatores excellentissimi; Romanorum quoque multitudo, qui in primo certamine terga fugæ dantes, perniciosum Christianis exemplum, sicut postea dicetur, præbuerunt. Venerunt etiam de regno Angliæ viri nobiles et nominatissimi, illustris comes Cestriæ Ranulphus, cum comitibus Saero Wintoniæ et Willelmo Harundeliæ et inclitis baronibus, Roberto filio Walteri, Johanne constabulario Cestriæ, Willelmo de Harecurt, Olivero filio regis Angliæ, cum sequela sua non modica, ad obsidionem urbis [6] Damiatæ. Nocte vero sancti Andreæ incomparabilis et inaudita tempestas tonitrus, coruscationis, venti, et pluviæ totum fere mundum per partes scilicet [7] Orientales et Occidentales terribiliter concussit, et tam mare quam Nilum ita coegit subito intumescere, quod tam incolæ quam Christiani dampna incurrebant irrestaurabilia.

A.D. 1218.

The tower taken.

Id. iii. 39. The walls of Jerusalem destroyed.

Id. iii. 40. Arrival of the legate Payo at Damietta.

Arrival of English nobles.

Terrible storm.

Id. iii. 42. Eodem[que] anno dedicata est ecclesia sanctæ Mariæ Wigorniæ, et corpus gloriosi episcopi et confessoris Wlstani, præsentibus magnatibus regni tam militum

Dedication of Worcester Cathedral and

---

[1] *Austriæ*] Autri, E. *Leopold VI.*

[2] William of Chartres, Guerin de Montaigu, and Herman de Salza.

[3] *quædam*] om. E.

[4] *Curcun*] Corsym, E.

[5] *de Noum*] de Nouyn, E.; om. Cl. Re.

[6] *urbis*] om. E.

[7] *scilicet*] cessit, E.

A.D. 1218. Translation of S. Wulstan, 7 June.

quam prælatorum, translatum est, uno codemque die vii. idus Junii, litera dominicali G., videlicet die Jovis, in septimana Pentecostes, præsidente ecclesiæ Silvestro episcopo, aliquando ejusdem ecclesiæ monacho et priore, magnifice hæc omnia procurante et consummante. Et ut sanctus ille celebrius honoraretur et locis plurimis, divisæ sunt et prælatis collatæ plures ejusdem reliquiæ, de quibus una costa data fuit abbati Willelmo sancti Albani, quæ gaudenter suscepta a conventu cum processione sollempni, in cappis choralibus[1] festivis,[2] cito post in auro collata[3] est artificiose, et constitutum est utrumque festum ejus, scilicet depositionis et translationis, sollempniter celebrandum. Matt. Par. iii. 42.

Return of the legate Guala to Rome.

Circa eosdem dies, clitellis auro et argento refertis, Gualo legatus[4] Romam, postquam electionem Ricardi de Marisco plenius procuraverat et de multis Anglorum ad libitum redditibus disposuerat, remeavit. Ipse vero electus ix° kalendas Augusti munus suscepit consecrationis.

Pandulf bp. of Norwich.

Pandulfus electus est in episcopum Norwicensem, qui recedente Gualone legato successit in legationem eidem, et die Lunæ post festum sancti Andreæ venit Londoniam apud sanctum Paulum. Eodem tempore facta est obsidio plena civitatis Damiatæ, compositis tentoriis, fossatis, et stationibus. Ipsis quoque diebus, Cogges-hale, p. 186. Matt. Par. iii. 44.

Death of Silvester, bp. of Worcester.

obiit piæ memoriæ Silvester episcopus Wigorniæ apud Ramesheie, postquam omnia de patrono suo sancto Wlstano sollempniter, præter feretrum, secundum desiderium suum diu præconceptum, consummaverat; cui successit Willelmus de Blaeis archidiaconus de Bukingham, et consecratur[5] apud Westmonasterium Dominica in crastino sanctæ Fidis virginis. Cogges-hale, p. 186.

William of Blois succeeds, 7 October.

Death of Saphadin (Malek-el-Adel).

Et circa dies illos, post captam turrim et obsidionem Damiatæ profecto præparatam, Saphadinus dierum malorum inveteratus, fratruelumque suorum exhæredator, ac regni Asiæ usurpator nequissimus, dolore cordis tactus in- Matt. Par. iii. 39.

[1] *choralibus*] om. E.
[2] E. ins. et.
[3] *collata*] collocata, E. Cl. T.
[4] *legatus*] legato, E. T. W.
[5] *consecratur*] consecratus est, E.

Matt. Par. iii. 39. trinsecus, mortuus est et *sepultus*[1] *in inferno*; cui successit filius ejus Coradinus, paternæ nequitiæ imitator indefes- A.D. 1218. Coradin (Malek-el-
Id. iii. 43. sus. Rex Henricus proprium sigillum sibi fecit fabricari.[2] Moadd-
MS. Cl. [Eodem anno Ranulphus prior Norwicensis factus est ham).
episcopus Cicestrensis.] New seal.
Ranulph, bp. of Chichester.

Obiit Willelmus, magnus Marescallus. Protrahitur obsidio Damiatæ, affliguntur Christiani, perstant tamen; offertur Jerusalem cum regno Christianis, capitur Damiata.

Matt. Par. iii. 43. Anno gratiæ MCCXIX°, qui est annus regni regis Henrici iii. quartus, fuit[3] idem rex ad Natale Domini apud Wintoniam, quo etiam tempore Willelmus senior Marescallus, regis et regni rector principalis, diem clausit extremum, et Londoniis apud Novum Templum in medio ecclesiæ tumulatus, die Ascensionis Dominicæ, videlicet xvii° kalend. Aprilis; post cujus mortem memoratus rex in custodia Petri Wintoniensis episcopi remansit instruendus. Eodem tempore, obsidio [facta] circa Damiatam [et] continuata nunc his nunc illis, secundum Martios eventus prælii, contulit vel intulit pericula cum jacturis. Tandem die[4] sancti Leonardi plus miraculo quam hominum adminiculo capta est urbs Damiatæ, et cultui Christiano
Id. iii. 57. penitus restituta. Ipsis quoque diebus Lodowicus ad partes se conferens instinctu patris sui Tholosanas, ipsam urbem obsidione vallavit. Sed cum ibidem moram inaniter protraxisset, et ibidem Symon de Monteforti comes egregiusque bellator ictu lapidis petrariæ obrutus[5] occubuisset, et frater ejusdem comitis simili infortunio[6] occubuisset, Lodowicus cum exercitu suo fame tabefacto inglorius et confusus ad Gallias remeavit. Eodem[7] anno
Id. iii. 56. obiit Hugo de Mapenore, episcopus Herefordensis, circiter

Henry III. at Winchester.
Death of the earl marshal, who is buried at the new temple.
Bp. Peter of Winchester the king's guardian.
Capture of Damietta.
Siege of Toulouse by Louis.
Deaths of Simon and Robert de Montfort.
Return of Louis.

[1] E. ins. *est.*
[2] *fabricari*] om. T. W.
[3] *fuit*] fecit . . . solempnitatem magnam, E.
[4] *die S. Leonardi*] from Coggeshale, p. 187, who has "circa festum "S. Leonardi." Paris, from Oliver Scholast., has "non. Nov.," the day before.
[5] *obrutus*] om. E.
[6] *infortunio*] modo et infortunio, E.
[7] From here to the end of the year, om. A. N.

A.D. 1219. Pascha; cui successit Hugo Folioth, et consecratus est Cantuariæ circiter festum Omnium Sanctorum. Multa eodem anno concilia et deliberationes habentur apud Westmonasterium inter barones, adhuc pro hostilitate nondum penitus præterita dissidentes, et inter Leolinum Northwalliæ principem et quosdam Angliæ magnates. Sed Leolinus semper illæsus per suas versutias permansit. Ipsis quoque temporibus, cœpit violentior prædicatio instantissime fideles multos ad susceptionem crucis contra Albigenses communiter invitare. Matt. Par. iii. 56.

Bishops of Hereford.

Discussions at Westminster between Llewellyn-ap-Jorwerth and the barons.

Crusade against the Albigeois.

[Eodem anno appropriatio ecclesiæ de Ludham facta fuit.] MS. Re.

Ludham Church appropriated to S. Benet Holme.

Canonizatus est beatus Hugo Lincolniensis episcopus. Translatus est sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus et martyr per archiepiscopum Stephanum.

Henry III. at Marlborough.

Anno gratiæ MCCXX°. Rex Henricus [tertius] fuit ad Natale apud Merlebergiam, adhuc sub custodia episcopi Wintoniensis Petri custoditus. Quo etiam anno, scilicet consecrationis ejusdem[1] in regem quinto, die Pentecostes, videlicet xvi° kal. Junii, coronatus est apud Westmonasterium a domino Stephano de Langetune Cantuariensi archiepiscopo, præsentibus[2] domino Pandulfo legato, et episcopis aliis, prælatis, comitibus, baronibus et majoribus Angliæ, a quo archiepiscopo prædicatur ibidem crucis signatio et sancti Hugonis episcopi Lincolniensis canonizatio celebranda xv° kal. Decembris, videlicet in vigilia octabarum sancti Martini. Sabbato autem[3] in vigilia præfatæ[4] sollempnitatis inceptum est novum opus capellæ beatæ Virginis Mariæ apud Westmonasterium, rege Henrico III. existente ad hoc persuasore, fundatore, et primi lapidis in fundamento operis positore. Deinde in festo sancti Barnabæ convenerunt ad colloquium apud Eboracum rex Anglorum Henricus et rex Scotorum Alexander, ubi inter eos Matt. Par. iii. 58.

His coronation at Westminster.

Coggeshale, p. 188.

The crusade preached.

S. Hugh canonized.

Matt. Par. iii. 59.

Id. iii. 58.

[1] *ejusdem*] om. E., with *ejus* in the margin.

[2] *præsentibus . . . Martini*] om. E.

[3] E. ins. sancto. This sentence is after the following in E.

[4] *præfatæ sollempnitatis*] scilicet Pentecostes, E.

Matt. Par. iii. 58.

tractatum est de matrimonio contrahendo inter eundem regem Scotiæ et sororem regis Angliæ Johannam, atque ibi fœdere confirmato rex Scotorum ad propria remeavit.[1] Eodem[2] anno nonis Julii, scilicet die Martis, in crastino octabarum Petri et Pauli, tempore regis Henrici filii regis Johannis, facta est translatio beati Thomæ martiris, auctoritate domini Papæ Honorii III., anno vero ejusdem quarto, præsente autem memorato domino Henrico rege, consensum autem præbente Pandulfo ejusdem domini Papæ legato, præsidente quidem ecclesiæ Cantuariensi viro venerabili domino Stephano de Langetune archiepiscopo, et huic operi cum archiepiscopis et episcopis et clero et populo curam et operam accuratissime procurante et opus feliciter consummante. Hoc anno obiit[3] Henricus de Boun comes Herefordiæ et Saerus de Quency comes Wintoniæ in[4] itinere peregrinationis suæ Jerusalem.

Coggeshale, p. 188.

A.D. 1220. Treaty of marriage between Alexander II. and Joanna. Translation of S. Thomas of Canterbury, 7 July.

Deaths of the earls of Hereford and Winchester.

Item[5] Dominica ante festum sancti Barnabæ apostoli, videlicet vii. idus Junii, dedicatur ecclesia sancti Laurentii de Mordune a Johanne Artfertensi episcopo honorifice, sub magistro Thoma de Essexe, tunc ejusdem ecclesiæ rectore. Hoc etiam anno, imminente tempore Adventus Dominici, orta est contentio gravissima inter episcopum Dunelmensem Ricardum et monachos, eo quod esset substantiæ ecclesiasticæ indiscretus et prodigus dilapidator. Unde sub appellatione se protegens episcopus, plus solito profusis opibus, Romam adiit, ubi ecclesiam suam plusquam triginta milibus marcarum [oneravit]. Prioratus vero et episcopatus hac continuata controversia dampna incurrit impreciabilia.

Dedication of S. Laurence, Mordun (?).

Matt. Par. iii. 61.

Quarrel between the bp. of Durham and his monks.

---

[1] E. ins. here: Eodem tempore, canonizatus est Romæ beatus Hugo Lincolniensis episcopus, et collegio sanctorum merito connumeratus.

[2] *Eodem . . . consummante*] Translatio quoque beati Thomæ Cant. archiepiscopi et martiris sub Stephano gloriosæ memoriæ, ejusdem martiris successore in archipræsulatu quarto, magnifice in octabis Apostolorum Petri et Pauli celebratur, E.

[3] *obiit*] obierunt, E.

[4] *in . . . rectore*] om. E.

[5] From here to the end of the year, om. A. N.

A.D. 1220. [Hoc anno, itineratio justiciariorum domini regis per totam Angliam]. MS. Cl.

Iter of the justices.

Hoc etiam anno consecratus est in episcopum Elyensem Joannes abbas de Fontibus, vir simplex et justus ac recedens a malo, apud Westmonasterium, in crastino sanctarum Perpetuæ et Felicitatis, Dominica qua cantatur "Lætare Jerusalem." Tunc [etiam temporis, Walenses metas terminorum suorum] transgredientes finitimis inter Angliam et Walliam constitutis, præcipue Willelmo de Brause, dampna cum injuriis frequenter irrogarunt. Matt. Par. iii. 58.

John of Fountains bp. of Ely, 8 March.

Ravages of the Welsh.

Cf. Id. iii. 201. (a. 1231.)

Eustachius de Facunberge fit episcopus Londoniensis. Pandulfus legatus Romam revertitur. Perturbatur regnum per comitem de Albamarla.

Henry III. at Oxford.

Anno gratiæ MCCXXI°. Rex Henricus [tertius] ad Natale Domini fuit apud Oxoniam, ubi festa natalitia sollempniter cum suis magnatibus celebravit. Eodem tempore Willelmus de sanctæ Mariæ ecclesia Londoniensis episcopus resignavit sponte episcopatum in crastino conversionis sancti Pauli. Id. iii. 60. Id. iii. 66. Coggeshale, p. 188.

Eustace de Falconberg bp. of London.

Eustachius de Faucunberge, tunc domini[1] regis thesaurarius, v° kalendas Martii in episcopum Londoniensem eligitur, cujus electio a legato Pandulfo apud[2] Norwicum confirmatur. Et Dominica[3] qua cantatur Misericordia Domini, tunc septimo kalend. Maii, die[4] videlicet sancti Marci Evangelistæ, consecratur apud Westmonasterium a[5] Benedicto Roffensi episcopo, gerente vices domini Stephani Cantuariensis archiepiscopi, qui tunc propter specialia negotia sanctæ ecclesiæ et regni Angliæ in partibus agebat transmarinis, legato non præsente. In[6] brevi postea, die Lunæ videlicet proxima ante festum beatæ Mariæ Magdalenæ Pandulfus Norwicensis electus cessit legationi suæ ex mandato domini papæ Honorii, præ- Southwark Annals.

End of Pandulf's legateship.

Matt. Par. iii. 66.

---

[1] *domini regis*] scacarii, E., as Matt. Par. The text is from Coggeshale directly.

[2] *apud Norwicum*] om. E. It is from Coggeshale, but not in Paris.

[3] *Dominica . . . tunc*] om. E.

[4] *die . . . Evangelistæ*] om. E.

[5] *a . . . præsente*] om. E.

[6-6] *In . . . Michaelis*] Eodem anno cessavit legatio Pandulfi, ipso Romam revertente, E.

sentibus Ricardo Saresberiensi, Petro Wintoniensi, Eustachio [1] Londoniensi episcopis, apud Westmonasterium, nullo alio tunc ei in legationem succedente. Ille quidem multos bellicos tumultus, nondum congelatos, auctoritate sibi tradita tempore legationis viriliter comprimebat. Idem recessit ab Anglia post festum sancti Michaelis.[6] Circa [2] idem tempus Willelmus de Fortibus, comes de Albamarla, occupans quædam castra injuste, nec volens ad pacem regis accedere, excitavit hostilitatem in Lincolnesira contra regem; unde ipso et singulis fautoribus ejus a legato Pandulfo et episcopis et clero Angliæ ob scelus tale perpetratum excommunicatis, idem comes irreverenter coactus est ad deditionem, quibusdam ex suis carceribus mancipatis, quibusdam exilium perpetuum subeuntibus.[2] Henricus rex dedit Alexandro regi Scotiæ Johannam sororem suam seniorem in uxorem, quæ desponsata fuit in crastino sancti Johannis Baptistæ apud Eboracum, et nuptiæ, præsentibus ipsis regibus et multis magnatibus, magnifice sunt celebratæ. Eodem anno Hubertus de Burgo, tunc [3] justiciarius Angliæ, domino rege præsente cum domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo et aliis terræ magnatibus,[3] sororem [dicti] regis Scotiæ, [scilicet Margaretam,] duxit in uxorem et [4] in civitate Londoniensi desponsavit, dicto archiepiscopo sollempnitatem desponsationis celebrante.[4] Civitas Damietæ eripitur a potestate Christianorum in vigilia decollationis sancti Johannis [Baptistæ]. Unde [5] crucesignati, itineris propositum versus eandem civitatem exequi volentes,

A.D. 1221.

Pandulf leaves England.

Cf. Matt. Par. iii. 60, 61.

Rebellion of William de Fortibus, earl of Albemarle.

Id. iii. 66.

Marriage of Alexander II. and Joanna, and of Hubert de Burgh with Margaret of Scotland.

Loss of Damietta, Aug. 28.

---

[1] *Eustachio*] Eustachius, Ch. W.; Eustachio Londoniensi, om. A. N.

[2–2] *Circa . . . subeuntibus*] For this E. has "Willelmus de Fortibus "comes de Albamarla ad pacem "domini regis nolens redire exci- "tavit contra eum hostilem rebel- "lionem, cujus castrum de Byham "a rege fuit obsessum et captum, "ipso vix cum rege pacificato, "Pandulpho legato ante recessum "suum pro ipso diligenter inter- "cedente."

Id. iii. 61.

[3–3] *tunc . . . magnatibus*] om. E.

[4–4] *et . . . celebrante*] om E., which has (correctly) *in civitate ipsa* after Margaretam.

[5–5] *Unde . . . est*] om. E.

A.D. 1221. audita Christianorum confusione ab itinere reverterunt.[1] Petrus de Rupibus episcopus Wintoniæ crucesignatus est.[5] Eustachius Londoniensis episcopus petiit ab abbate Willelmo[2] conventuque Westmonasterii processionem, procurationem, visitationem, et omnimodam jurisdictionem, propter quæ ad Papam fuit appellatum. Eodemque anno obiit Willelmus de Albineto, comes de Harundel, in partibus transmarinis, a Damiata rediens, et corpus ejus per Thomam monachum sancti Albani in Angliam transportatur, apud Wimundham, cujus ipse comes patronus fuit, tumulandum. Eodem quoque anno propter Walensium frequentes irruptiones, qui etiam eundem regem paulo ante ad idem opus provocarunt, rex Henricus propter loci oportunitatem castrum munitissimum firmavit, et ipsum a situ loci Montem Gomericum nominavit.

Appeal of the abbat of Westminster against the bp. of London.

Death of William, earl of Arundel.

Raid of the Welsh.

Montgomery castle built.

Matt. Par. iii. 67

Id. iii. 64.

[Hoc anno ordo fratrum Prædicatorum confirmatur.] MS. Cl.

The Dominican order confirmed.

Reformatur pax inter ecclesiam sancti Pauli Londoniæ et ecclesiam Westmonasterii.

Anno gratiæ MCCXXIIº. Rex Anglorum[3] fuit ad Natale Domini apud Wintoniam, episcopo ipsius civitatis, Petro, omnia sibi necessaria splendide ministrante. Ipso quoque anno, sedata [est] controversia mota inter Eustachium episcopum Londoniæ et capitulum sancti Pauli ex una parte, et Willelmum tunc abbatem et conventum Westmonasterii ex altera [parte], per Stephanum Cantuariæ archiepiscopum, Petrum Wintoniæ, Ricardum Sarum episcopos, et Thomam de Mertonam et Ricardum de Dunestaple priores, in quos ambæ partes, tanquam arbitros et pacis ordinatores, consenserunt; qui monasterium Westmonasterii ab omnimoda subjectione et jurisdictione episcopi Londoniæ penitus exemptum declaraverunt; et ordinaverunt quod ecclesia de Stanes cum pertinentiis suis in usus proprios ecclesiæ Westmonasterii convertatur, et manerium de Sunnebiria in proprietates episcopi Londoniæ et ecclesia ejusdem manerii

Henry III. at Winchester.

The abbey of Westminster declared independent of the see of London.

Matt. Par. iii. 67.

Id. iii. 75.

---

[1] *reverterunt*] revertente, MSS. exc. A. N., which have revertentes.

[2] *Humez* is interlined later in Ch.

[3] *Anglorum*] Henricus tertius, E.

cedat in usus proprios ecclesiæ sancti Pauli in perpetuum. A.D. 1222.
Et[1] ecclesiam sanctæ Margaretæ cum tota parochia, S. Margaret's, Westminster, declared independent of the see of London.
cum omnibus capellis in parochia aliquando contentis, cum decimis et omnibus pertinentiis, cum clericis et laicis in ea habitantibus, ab omni prælatione et jurisdictione Londoniensis episcopi et officialium ejus et ecclesiæ Londoniensis libera et exempta et penitus in perpetuum absoluta, et Romanæ ecclesiæ sine omni exceptione, nullo mediante, subjecta sententialiter declaraverunt. Adjecerunt quoque quod benedictiones abbatum, dedicationes ecclesiarum et capellarum infra limites dictæ parochiæ constructarum vel in posterum construendarum, consecrationes altarium, ordinationes monachorum et clericorum secularium, confirmationes puerorum, oleum et crisma, et si qua sunt similia sacramenta, ubicumque et a quocunque voluerunt episcopo, absque contradictione omnimoda Londoniensis ecclesiæ

Matt. Par. iii. 74. imperpetuum recipiant.[1] Eodem[2] anno ii. nonas Martii Death of William of Ely and Robert Mauduit.
obiit Willelmus Elyensis, domini regis thesaurarius, et Robertus Maudut, domini regis camerarius, circiter fes-
Id. iii. 73. tum Sancti Barnabæ.[2] Magister quoque Stephanus de Council at Oxford.
Langetune, archiepiscopus Cantuariensis, sollempne celebravit concilium apud Oxoniam, in quo multa fuerunt statuta ad reformationem status ecclesiæ Anglicanæ ac monasticæ reli-
Id. iii. 71. gionis, sicut in dicto concilio alias[3] continetur. Ad[4] quod concilium paucis diebus comprehensus[5] quidam impostor, habens in corpore et membris, scilicet in latere, manibus, et pedibus, quinque vulnera Crucifixionis, et in eodem concilio, simul cum eo, alius nebulo utriusque sexus, ejusdem erroris fautores præsentabantur. Super quo convicti et publice con-
MS. Cl. fessi, judicio ecclesiæ sunt puniti.[6] [Eodem anno Pandulphus Pandulf, bp. of Norwich.
consecratus est in episcopum Norwicensem.] Eo[7] ipso
Matt. Par. iii. 74. anno, obiit Willelmus de Humeto, abbas Westmonasteriensis Abbats of Westminster.

[1–1] *Et . . . recipiant*] om. E.

[2–2] *Eodem . . . Barnabæ*] Ipsis diebus obiit Willelmus de Ely Angliæ thesaurarius, E.; om. A. N.

[3] *alias*] alia, MSS. exc. E.

[4] *Ad*] Ante, E.

[5] E. ins. fuit.

[6] *puniti*] perjuncti, Re.

[7–7] *Eo . . . . . consecratus*] om. A. N.; Lamb. has for this an abridgment of the account of the end of the quarrel (as given above).

A.D. 1222. Richard de Barking, a. of Westminster. Ralph Neville bp. of Chichester.

xii. kalendas Maii; cui successit Ricardus de Berkinge, ejusdem loci prior, qui eodem anno xiv. kalen. Octobris a domino Petro Wintoniensi episcopo in ecclesia Westmonasterii primus[1] benedictionem accepit. Obiit Ranulphus Cicestrensis episcopus, aliquando officialis Norwicensis[2] et ejusdem ecclesiæ postea prior; cui successit Radulfus de Neuvilla, qui consensu totius regni factus antea cancellarius, custos et bajulus regii sigilli fidelissimus extiterat. Electus quidem fuit circa festum Omnium Sanctorum, sed sequenti anno consecratus.[7] Matt. Par. iii. 74.

Riot in London from a wrestling match.

Eodemque anno, quodam luctamine apud hospitale sancti[3] Jacobi Londoniis occasionem præstante, orta est dissensio et pugna [magna], quæ tantum instinctu diaboli invaluit, quod in confusionem[4] et opprobrium suspensus est, [per malitiam tamen], quidam de nobilioribus civibus Londoniæ, natu et possessione spectabilis, qui, [ut impositum fuerat ei,] seditionem in civitate cum tumultu magno excitaverat, et dampna abbati Westmonasterii irrogaverat. Quod suspendium [malitiose] procuraverunt Hubertus de Burgo, tunc justiciarius [Angliæ,] et Falcasius, tunc potens regni[5] dispositor. Unde licet ipse prædictæ seditionis excitator, qui Constantinus dicebatur, reus esset et dignus [ut imponebatur] suspendio, tamen ipsi cives Londoniæ ipsos justiciarium et Falcasium semper postea exosos habuerunt, sicut futuri eventus manifeste docuerunt, sicut consequenter suo tempore declarabitur. Cf. Matt. Par. iii. 71.

Constantine Fitz-Athulf hanged.

Rex, perverso subductus[6] *consilio, quærit diverticula de observandis promissis libertatibus. Quo resiliente, resiluit rex Francorum Lodowicus.*

Henry III. at Oxford.

Anno gratiæ MCCXXIIIº. Rex Henricus tenuit curiam suam apud Oxoniam. Et postmodum in octavis Epiphaniæ Lon- Id. iii. 75.

---

[1] *primus*] om. E.

[2] *Norwicensis . . . prior*] post prior Norwycensis, E.

[3] *sancti Jacobi*] Matildis reginæ, Wendover and Paris; it took place *die sancti Jacobi.*

[4] *confusionem et*] om. E.

[5] *regni*] in regno, E.

[6] *subductus*] seductus, E.

Matt. Par. iii. 75.

doniam veniens cum baronibus ad colloquium, requisitus est ab archiepiscopo Cantuariæ et magnatibus aliis, ut libertates et liberas consuetudines, pro quibus guerra mota fuit contra patrem suum, confirmaret; et sicut archiepiscopus ostendit evidenter, idem rex diffugere non potuit quin hoc faceret, cum in recessu Lodowici ab Anglia juraverit,[1] et tota nobilitas regni cum eo, quod libertates subscriptas omnes observarent et omnibus traderent observandas. Quod audiens Willelmus [de] Briwere, qui unus erat ex consiliariis regis, pro rege respondens, dixit; "Libertates, quas petitis, quia "violenter extortæ fuerunt, non debent de jure observari." Quod verbum archiepiscopus moleste ferens, increpavit eum, dicens, "Willelme, si regem in veritate diligeres, pacem "regni non impedires." Videns autem rex archiepiscopum in iram commotum, dixit, "Omnes libertates illas juravimus, "et omnes astricti sumus, ut quod juravimus observemus." Et rex protinus habito super hoc consilio, misit litteras suas ad singulos vicecomites regni, ut per milites xii. vel legales homines uniuscujusque comitatus per sacramentum facerent inquiri, quæ fuerunt libertates in Anglia tempore Henrici avi sui, et factam inquisitionem mitterent apud Londoniam ad regem, ad xv. dies post Pascha.

A.D. 1223. The archbishop and other nobles demand the confirmation of Magna Carta.

Id. iii. 76.

Eodem anno, Willelmus Marescallus, comes Penbrockiæ, fuit in Hybernia. Leolinus autem hæc audiens in manu forti cepit duo castella[2] comitis, et in eis inventos decapitavit. Sed comes postea, collecto in Anglia copioso exercitu, castra eadem viriliter requisivit, reddens Walensibus de strage talionem. Eodem anno, littera dominicali existente A., ciclo octavo, ix. kal. Maii fuit dies Paschalis,

Disturbances in Wales between William Marshal and Llewellyn-ap-Jorwerth.

Id. iii. 81.

die sancti Georgii. Anno ipso tertio idus Augusti, obiit Philippus rex Francorum, qui suscipiens regnum, patre suo Lodowico vivente, anno vero ætatis suæ xv., regnavit annis quadraginta quatuor; cui successit Lodowicus filius ejus.

Easter on April 23. Death of Philip II. 11 Aug.

Id. iii. 77.

Cujus scilicet Philippi mortem cometa ardens et crinita, paulo ante apparens, evidenter indicavit. Ipsius igitur obitu divulgato, Henricus rex Anglorum misit archiepiscopum Cantuariensem cum tribus episcopis[3] ad Lodowicum, jam in regem coronatum, constanter[4] rogans, ut redderet sibi Normanniam

Louis VIII. king of France. Henry III. demands Normandy.

[1] *juraverit*] juraverat, E.
[2] Aberteivi and Carmarthen.
[3] See Matt. Par. iii. 77, n[4].
[4] *constanter*] instanter, A. N.

A.D. 1223. cum aliis terris transmarinis, sicut juraverat in recessu suo de regno Angliæ, [quando pax facta fuit inter ipsum et regem Angliæ,] et[1] magnatibus universis. Ad hæc Lodowicus respondens dixit, se Normanniam et terras alias[2] juste possidere, sicut ostendere paratus erat in curia sua, si rex Angliæ ad eam voluerit venire, ibidem juri pariturus. Respondit præterea quod juramentum in Anglia factum ex parte regis Anglorum fuerat violatum, dum imprisii sui, qui apud Lincolniam capti fuerant, ad redemptionem gravissimam sunt compulsi, et comes occisus Perticensis. "Ego vero nec juramenta eorum dudum patri meo "Philippo facta et mihi ab eis observanda non "exegi, nec obsides retinui, sed omnia in pace dimisi. "De libertatibus autem regni Angliæ, quarum pater ejus "et ipse contra juramentum suum violatores existunt, "et pro quibus barones justam guerram moverant, et quæ "in recessu meo concessæ fuerant et ab omnibus juratæ, "actum est quod non solum illæ leges pessimæ ad statum "pristinum sunt redactæ, sed et illis nequiores per totum "regnum Angliæ sunt generaliter constitutæ; nec etiam "ecclesiæ sanctæ, domine archiepiscope, libertates, "quas in coronatione sua inviolabiliter se juravit con-"servaturum, conservat. Unde qui prius pactum "violavit, perjurus et injuriosus existit, non ego." Quod audiens archiepiscopus et episcopi, qui cum eo erant, cum aliud responsum habere nequiverant, confusi ad propria sunt reversi, regi Angliæ, quæ audierant, referentes. Matt. Par. iii. 77.

Refusal of Louis.

John de Brienne and Guerin de Montaigu in England.

Ipso quoque anno, Johannes de Bresnes, rex Jerusalem, et magister superior Hospitalis sancti Johannis venerunt in Angliam circa octavas apostolorum Petri et Pauli, pro auxilio postulando ad Terræ Sanctæ subsidium. Circa[3] idem tempus, obierunt magister Simon de Apulia episcopus Exoniensis, circa festum Exaltationis sanctæ Crucis, et Willelmus de Cornhulle, episcopus Cestrensis, circa idem tempus. Id. iii. 82.

Deaths of the bps. of Exeter and Lichfield, 14 Sept.

Eodem quoque anno, Leolinus, in potestate sua certificatus et roboratus, crebras in conterminos fecit irrup-

[1] *et*] sic MSS. Par. ins. consentientibus, which makes sense. Cl. ins. de.

[2] *alias*] illas, E.

[3] *Circa . . tempus*] om. A. N.

tiones, Willelmo Marescallo ad partes Hyberniæ diver- A.D. 1223.
tente. Quod cum audisset Leolinus, in manu forti Rising of the Welsh under Llewellyn and Hugh de Lacy.
cepit duo castella, alia quam prius. Quidam vero
Matt. Par. iii. 82. Anglici, scilicet Hugo de Lacy et ejus sequaces, eidem Leolino in odium regis adhærentes, et recalcitrantes, contra regem crebris insurgendo expeditionibus, Willelmum Marescallum, in primis seniorem, postea autem juniorem, et quosdam alios regis barones ad deditionem premere conabantur. Et quoniam bellorum audacia ex præteritis eventibus successus futuros promittebat, incendiis confinia irreverenter consumebat. Sed tota regio jam excitata contra ipsos maleficos eosdem cum eorum sequacibus ad ditionem violenter compulerunt, et qui facti sunt hostes in capite, corruerunt retrorsum in manu hostili, de qua non potuerunt deinceps ruina resurgere.

MS. Re. from Matt. Par. iii. 80, 81. [Incepit peregrinatio ad crucem de Bromholm in eodem anno.] Cross of Bromholm.

Castrum Bedfordiæ capitur, in quo capti suspenduntur.

Matt. Par. iii. 82. Anno gratiæ MCCXXIV°. Rex Henricus [tertius] ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Norhamtonam, præsente Stephano archiepiscopo Cantuariæ cum aliquibus suis suffraganeis et militia magna. Comes vero Cestriæ, cum suis conspiratoribus apud Legrecestriam festum suum tenens, significavit regi contumaciter, quod nisi ab inceptis desisteret exigendo castella sua et adhærendo consiliis Huberti de Burgo, qui se supra se gerebat, omnes unanimiter Angliæ nobiliores in ipsum hostiliter insurgerent, et nolentem seu volentem cogerent humiliari. Henry III. at Northampton. Opposition of the earl of Chester and others to Hubert de Burgh.

Id. iii. 83. In crastino autem post missarum sollempnia, archiepiscopus Cantuariæ cum suis suffraganeis, albis induti, candelis accensis, excommunicationis sententiam tulerunt communiter in omnes regis et regni perturbatores et ecclesiæ violentos invasores. Interim tamen efficaciter providit rex, qualiter in manu potenti eorum posset insolentiam refrænare, clam mittens nuncios, literas regias deferentes, ut vires suas potenter convocaret; quod videntes regis adversarii, timuerunt utrobique They are threatened with excommunication.

A.D. 1224. sibi confusionem præparari, propriumque perpendentes defectum, venerunt apud Norhamtunc ad regem universi, et a comite Cestrensi incipientes, reddiderunt singuli castella, municipia, honores, et custodias regi, quæ ad coronam suam spectare videbantur. Mansit nihilominus eorundem magnatum latens indignatio adversus regem, quia noluit ad illorum instantiam Hubertum de Burgo, justiciarium, secus quam deceret aut expediret regni rem publicam pertractantem, a magistratu suo amovere.

They submit at Northampton and surrender their castles.

Matt. Par. iii. 83.

Rex autem, licet castra sua caute, adjuvante ecclesia, sibi mancipasset, corda tamen suorum baronum sibi in vinculo caritati non conciliavit, quod cum per exploratores suos Lodowico, jam regi[1] Francorum et in regni solio confirmato, intimaretur, sumens de divisione regni Angliæ confidentiam, ut in desolationem præcipitaretur, duxit exercitum grandem ad Rupellam, ut et illam armis vel pretio suo dominatui subjugaret.

Attack on Rochelle by Louis VIII.

Quod audiens Falcasius, qui jam regem odio habuit, et vocans eum delirum et fatuum, signavit Lodowico, quod audacter propositum consequeretur inceptum, quia ipse in medio Angliæ guerram moveret cum nonnullis nobilibus, ad hoc sibi unanimiter consentientibus. Incipiens ergo Falcasius recalcitrare, cepit quasi in hostili guerra unum de justiciariis regis, scilicet Henricum de Braibroc, in pace regis per stratam regiam itinerantem, et eundem in castellum suum de Bedeford abduxit includendum, quod cum sine mora Lodowico fuisset declaratum, confidentius Rupellanos est aggressus; ac cives audientes jam guerram in Angliam fumigare, et se quasi ab ipso rege derelictos et de pecunia promissa delusos, a quo speraverant omnem habere consolationem, cum magna mentis amaritudine sese suamque civitatem regi Lodowico reddiderunt. Tunc rex tam in civitate quam in castro suos fideles statuit circa initium autumpni, et consequenter ante Assumptionem beatæ Mariæ omnem

Treason of Fawkes de Breauté.

Cf. Matt. Par. Addit. vi. p. 67.

Seizure of Henry de Braibroc by Fawkes.

Surrender of Rochelle to Louis.

[1] *regi*] rege, E.

fere Pictaviam, custodes regis Angliæ expellendo, sibi ad votum subjugavit. Audito vero rex Angliæ, quod Falcasius justiciarium suum violenter captum incarceraverat, et aliis justiciariis suis, qui justitiam exhibuerant, conquerentibus de rapinis ejusdem Falcasii, procaciter est cominatus; cum omnibus, quos ad concilium de Norhamtone congregavit, ad obsidionem de[1] Bedeford properavit, Falcasio tamen partes vicinas, more insidiantis, peragrante. Tandem post varios insultus, duobus circiter mensibus continuatos, captum est castrum viriliter ac violenter, et hostes regis, qui in eo inventi fuerunt, patibulis ibidem paratis ignominiose, tam milites quam servientes, quorum numerus fere ad centum[2] excreverat, sunt suspensi. Falcasius interim, qui mille per meandros noctivagus et profugus petebat diverticula, verumptamen manus regis tandem non effugit. Captus est a regiis satellitibus, et transitum facientes, qui eum captum duxerant, per Bedeforde, monstraverunt ei fratrem suum Willelmum de Breaute, cum cæteris cadaveribus auræ præsentatis; et ductus Londoniam episcopi custodiæ deputatus est, donec deliberatum foret quid de tali foret faciendum. Tunc quoque tenebat beatus Paulus sub alis ecclesiæ suæ captivum Falcasium latitantem, qui aliquando apud Bedeforde ecclesiam suam dirruit, ad ædificium castri Bedefordensis construendum. Postea autem veniente die[3] sui judicii, non est morti addictus, quia aliquando, tempore guerræ, regi fideliter adhæsit, et servivit,[4] sed abjurans Angliam, recessit irrediturus. Uxor autem illius, quia nunquam vel tirannidi ejus nec etiam copulæ maritali consensit, cum filio ejus Thoma indempnes permanserunt, immunes a pœna sicut et a

A.D. 1224.

Siege and capture of Bedford castle.

Flight and capture of Fawkes.

Cf. Matt. Par. iii. 87.

His wife, Margaret de Rivers, and her son Thomas, innocent.

[1] *de*] versus, E. over erasure.

[2] *centum*] viginti quatuor, Matt. Par. See iii. 87, n[1].

[3] *die*] om Ch.; A. has tempore in the margin, N. in text.

[4] *servivit*] servit, Ch. A. N. Re. (altered).

A.D. 1224. Fawkes goes to Rome.

culpa. Ipse tamen Falcasius Romanam curiam adiit, qui sciebat eam pro pecunia sibi de facili in quacunque causa propitiandam. Sed machinatio sua non est a Deo permissa vel a sanctis, quibus tot irrogavit injurias, boni finis sortiri consummationem. Multis Angliæ nobilibus causa miserabilis ruinæ fuit ipse dictus Falcasius, mortis scilicet, paupertatis, et degenerationis. De quibus unus fuit ex ultimis, vir eximiæ nobilitatis, Johannes Giffard, miles illustris genere et corporis elegantia, qui in obsidione castri Bedefordensi spiculo balistæ, dum viriliter pro domino suo rege dimicaret, obiit interemptus. Matt. Par. iii. 85, 89.

New bishops.

Eodem quoque anno, consecrantur in episcopos magister Alexander de Stavenesby in Cestrensem Romæ a domino papa Honorio die Paschæ, Willelmus, nepos Willelmi Bruere senioris in Exoniensem, Radulfus de Neuvilla in Cycestrensem, a domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo, in octavis Paschæ. Hoc etiam anno, domino regi pro magnis laboribus et expensis suis, tam a prælatis quam a laicis concessum est per totam Angliam carucagium, de qualibet scilicet carruca duo solidi. Prædictum autem castrum de Bedeford fecit rex interea solo tenus complanari. Id. iii. 89. Id. iii. 88.

Grant to the king.

Bedford castle destroyed.

Extorquetur quintadecima ab Anglicana ecclesia. Suspenditur Baldewinus creditus imperator.

Henry III. at Westminster.

A fifteenth granted.

Anno gratiæ MCCXXV°. Rex Henricus ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Westmonasterium, præsentibus clero et populo cum regni magnatibus. Ipso anno, facta est generalis exactio quintæ decimæ partis omnium mobilium et catallorum per totam Angliam, tam super viros ecclesiasticos et religiosos quam seculares. Libertates generales tam forestarum quam omnium aliarum libertatum, licet nihil stabile vel solidum adhuc optinuerint, proclamatæ sunt. Id. iii. 91. Id. iii. 92.

Richard, earl of Cornwall, goes to Gascony.

Ricardus, frater regis, factus est miles et comes Cornubiæ. Cum Willelmo comite Sarum avunculo suo et Philippo de Albineto et quibusdam aliis magnatibus in Guasconiam committens se navigio, dominica Palmarum transfretavit, et apud Burdegaliam applicuit cum prosperitate. Id. iii. 93. Id. iii. 92.

Matt. Par. iii. 93. Eodem anno, obiit Johannes Elyensis episcopus, aliquando abbas de Fontibus, cui successit Galfridus [1] de Burgo, archidiaconus Norwicensis, et consecratus est die Apostolorum Petri et Pauli apud Westmonasterium. Eodemque tempore, Baldewinus, comes Flandriæ, qui et imperator Constantinopolitanus, post annosam peregrinationem rediit in Flandriam, homagiis, et fidelitatibus, et dominiis plurimarum urbium præstitis et receptis. Filia [2] vero ejus et hæres, regi Franciæ Lodowico, tanquam tutori, adhærens, multiplices molitur insidias ut patrem proprium extingueret, et paternam abnuens cognationem, tandem comprehensum suspendio fecit interire. Et circa eosdem dies comes Sarum, qui in partibus Wasconiæ cum Ricardo comite Cornubiæ moram aliquam fecerat, ab inæstimabili maris periculo vix evadens, miraculose litori restituitur. Nec multo post obiit idem comes. Uxor autem ejus Helo [3] comitissa, post viri sui obitum, virum omnem respuens, vitam castitatis continuando, in domo religionis quam ipsa a fundamentis construxerat, post paucorum elapsum annorum, habitum cum velo suscepit sanctimonialis.

Id. iii. 90. Abridged from Id. iii. 96.

A.D. 1225. Death of John, bishop of Ely. Geoffrey de Burgh succeeds. Return of Baldwin IX. His death. Danger of William, earl of Salisbury, at sea. His death. His widow takes the veil at [Laycock abbey].

MS. N. [Eodem anno Henricus III. rex dedit monachis Roffensis ecclesiæ ecclesiam de Hertlepe;[4] cujus donationem Stephano Cantuariensi archiepiscopo et ejusdem loci conventu approbantibus et cartis suis confirmantibus. Ricardus dictus prior de Derente electus est in priorem Roffensem. Item magnum fossatum circa civitatem Roffensem inceptum est.]

Ecclesia de Hertlepe data est Roffensi ecclesiæ. Richard prior of Derent, prior of Rochester.

Petit Papa sibi dari ab unaquaque ecclesia cathedrali et conventuali duas prœbendas; negatum fuit. Obiit Ricardus episcopus Dunelmensis.

Matt. Par. iii. 102. Anno gratiæ MCCXXVI°. Rex Henricus [tertius] ad Natale Domini festum suum apud Wintoniam celebravit. Quo peracto, profectus est rex apud Merlebergiam, ubi gravi infirmitate correptus, per multos dies jacuit desperatus. Venit interea terminus

Henry III. at Winchester. His illness at Marlborough.

[1] *Galfridus*] Radulfus, MSS. exc. E.

[2] Jeanne, countess of Flanders.

[3] *Helo*] Ela, E.

[4] Hartlip, Kent, still in the gift of the D. and C. of Rochester.

A.D. 1226. Council at Westminster to hear the Pope's message.

concilii, festum scilicet sancti Hyllarii, apud Westmonasterium præfixi, ubi rex cum clero et magnatibus regni comparere debuerat, ut domini Papæ mandatum audirent. Multis igitur in loco præfato congregatis episcopis, cum aliis prælatis et laicorum turbis, magister Otto, domini Papæ nuncius, litteras aperte coram omnibus recitavit, in quibus idem Papa allegavit scandalum sanctæ Romanæ ecclesiæ et obprobrium vetustissimum, notam scilicet cupiditatis, quæ radix dicitur omnium malorum, et in hoc præcipue, quod nullus potest aliquod negotium in Romana curia expedire, nisi effusa magna summa pecuniæ et donorum exhibitione. "Sed quo- "niam scandali hujus [1] et infamiæ Romana paupertas causa "est, deberent matris inopiam sullevare filii naturales; "quia nisi a vobis et aliis viris bonis et honestis dona "reciperemus, deficerent nobis vitæ necessaria, quod esset "omnino Romanæ incongruum dignitati. Ad istud itaque "scandalum penitus eradicandum, per consilium fratrum "nostrorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, quandam "providimus formam, cui si volueritis consentire, a scandalo "matrem vestram poteritis liberare, et in curia Romana "sine donorum obsequio exhibitionem justiciæ optinere." Forma autem provisa hæc est: "Petimus in primis ab om- "nibus ecclesiis cathedralibus duas nobis præbendas exhiberi, "unam de portione episcopi et alteram de capitulo; et "similiter de cœnobiis, ubi diversæ sunt portiones abbatis "et conventus; a conventibus, quantum pertinet ad unum "monachum, æquali facta distributione bonorum suorum, "et tantundem [2] ab abbate."

Matt. Par. iii. 102.

The Pope demands two prebends in every cathedral.

Answer of the prelates.

His in hunc modum propositis, persuasit ex parte domini Papæ magister Otto, ut consentirent prælati, allegans supradicta commoda quæ in litteris continentur. Hæc autem omnia audientes episcopi et ecclesiarum prælati, divertentes seorsum ad colloquendum, cum super rebus propositis [3] diutius deliberassent, responsum suum in ore magistri Johannis Bedefordensis archidiaconi communiter posuerunt; qui veniens in præsentia magistri Ottonis, per hæc verba respondit: "Domine, ista, quæ nobis proponitis,[4] regem Angliæ specia- "liter tangunt, generaliter autem omnes ecclesiarum patronos

[1] *hujus*] hujusmodi, E.
[2] *tantundem*] tandem, Ch. A. T. W.; tantum, Cl.
[3] *propositis*] prepositis, E.
[4] *proponitis*] preponitis, E.; propositis, W.

Matt. Par. iii. 103. " regni ; tangunt archiepiscopos et eorum suffraganeos, nec- A.D. 1226.
" non innumeros Angliæ prælatos. Cum ergo rex propter
" infirmitatem et archiepiscopi et nonnulli episcopi et alii
" ecclesiarum prælati sint absentes, in eorum absentia vobis
" respondere non possumus nec debemus."

Et his dictis venit Johannes Marescallus et alii nuncii regis ad omnes prælatos, qui de rege baronias tenebant in capite, districte jubentes, ne laicum feodum suum Romanæ ecclesiæ obligarent, unde a servitio sibi debito privaretur ; et sic singuli ad propria remearunt.

Id. iii. 104. Circa eadem tempora, Willelmus Longaspata, comes Sarum, fluctibus marinæ tempestatis projactatus, decubuit graviter infirmatus. Intrante autem episcopo, qui advocabatur ad confessionem suam suscipiendum, et intravit ferens corpus Domini, ut ipsi comiti postulanti salutare præberet viaticum, ipse comes flens et ejulans et ab imo ducens suspiria, nudus omnino præter femoralia, a lecto prosiliens laqueum ex plecta circa collum habens, sese contra venientem, qui corpus Christi attulit, resupinum prostravit in pavimentum, Creatorisque sui se protestans proditorem, omnes circumstantes ad singultum commovit lacrimarum, nec surgere vel moveri voluit de loco ipso, donec plenarie facta confessione, cum jugi rivo lacrimarum vivifici sacramenti percepisset communionem. Et sic per dies aliquot in amaritudine pœnitentiæ perseverans, in brevi postea spiritum contritum feliciter exalavit.[1] Contigit autem, quod, cum de castello ad novam ecclesiam per unum circiter miliare [2] corpus ejus ad tumulandum portaretur, cerei, qui cum cruce de more portabantur accensi, inter pluviarum effusiones et ventorum turbines non extinguebantur ; Id. (Marg.) ut, sicut de beato Hugone episcopo Lincolniæ et confessore contigit, aperte ostenderent comitem de peccatis suis tam amare pœnitentem ad lucis filios pertinere.

Death of William, earl of Salisbury.

Miracle at his funeral.

Id. iii. 105. Hoc quoque tempore, missus est a domino Papa, ut legationis officio fungeretur, in partes Gallicanas magister Romanus. Qui ibidem, quod legatus Otto ab Anglis, a Francis sibi concedi instantissime postulavit; sed in

Council [at Bourges] under the legate Romanus.

---

[1] *exalavit*] exoravit, E. | [2] *miliare*] militare, Ch. Cl.

A.D. 1226. facie negabantur postulata. Ne igitur nihil fecisse videretur, fecit generaliter prædicari per totam legatiam suam de cruce contra comitem Tholosanum assumenda. Rex vero Francorum Lodowicus, impetrata papali prohibitione ad regem Angliæ, ne terras [1] suas, eo absente Deoque militante, hostiliter invaderet, cruce contra Albigenses signatus est. Qui convocato exercitu copioso valde, quia additi sunt ei omnes cruce signati et coacti sequi, iter suæ peregrinationis nimis fastigiose assumpsit. Et dum in girum civitatem Avinionis obsedisset, ipsam dolo excogitato sibi expugnatam subjugavit. Sed successibus dolus ille caruit diuturnus.[2] Nam procurante comite Campaniæ, qui, ut sinistra fama refert, cum regina Blanchia adulterabatur, rex Lodowicus interiit potionatus. Circa ipsa tempora Falcasius, quo procurante Romana curia corrupta est muneribus et promissis, ut sua negotia expedirentur, et hoc maxime per clericum suum Robertum Passeleue, natione Anglicum, dum remearet versus Angliam, volens regem et regnum iterato perturbare, potionatus apud sanctum Ciriacum, vitam flagitiosam subito terminavit. Eodemque anno, Ricardus de Marisco, de moribus et sequela regis Johannis et [3] ad episcopatum provexit Dunelmensem, apud Burgum, postquam monachos innumeris vexationibus fatigasset, diem kal. Maii clausit extremum, ecclesiam suam fere xl. milibus marcarum debitis relinquens obligatam;[4] cui successit Ricardus Saresberiensis, postulatus, qui jam tunc ad tres ecclesias cathedrales successive est assumptus gubernandas. Eodemque anno defuncti sunt episcopi, Benedictus Rofensis et Pandulfus Norwicensis; Pandulfo vero successit Thomas de Blundvilla, clericus de scaccario regis, Huberto justiciario efficaciter procurante, qui a Stephano Cantuariensi archiepiscopo, Dominica proxima ante Domini Nativitatem, munus consecrationis suscepit.

Crusade against the count of Toulouse. — Matt. Par. iii. 110.

Siege of Avignon by Louis VIII. — Cf. Id. iii. 114.

Its capture by craft. Death of Louis VIII. by poison. — Cf. Id. iii. 116.

Death of Fawkes de Breauté by poison. — Id. iii. 119.

Death of Richard de Marisco bp. of Durham. — Id. iii. 43. Id. iii. 111, 112.

Richard bp. of Salisbury succeeds. — Cf. iii. 145.

Deaths of bps. Benedict of Rochester and Pandulf of Norwich. — Id. iii. 121.

[1] *terras*] terra, Ch.

[2] *diuturnus*] diuturnis, E. A. Cl. N.

[3] *et*] om. Re. T.; *qui eum* is wanted; but the passage is made up and altered from several passages of Paris.

[4] vide Matt. Par. iv. 260, n[6].

Cartæ libertatum post xv^mam^ collectam cancellantur. Obiit Papa Honorius, succedit Gregorius. Redit comes Ricardus de partibus Wasconiæ. A.D. 1227.

Matt. Par. iii. 121.

Anno gratiæ MCCXXVII°. Rex Angliæ Henricus iii. ad Natale Domini apud Radingum festum suum [tenuit et] celebravit. Et eisdem diebus natalitiis,[1] ne nil videatur in seculo jocundum sine doloris admixtione, obiit Willelmus comes Esexiæ in dolorem et lamentationem, adolescens et in donorum largitate satis profusus. Deinde rex jam tirannizans, Londoniam veniens, causatus est cives gravi calumpnia, quod in suum præjudicium dederunt Lodowico regi Francorum, nunc defuncto, quem quasi in sinu suo contra ipsum diu foverant, quinque milia marcas argenti in recessu [suo]. Unde compulsi sunt idem cives regi[2] persolvere, cavillatorum consilio, eandem pecuniæ, non sine multorum suspiriis[3] et imprecationibus, quantitatem. Cepit etiam[4] ab eis quintamdecimam partem omnium mobilium suorum et totius substantiæ suæ, sicut ei prius fuerat ab Anglia tota concessum. De burgensibus autem Norhamtunensibus cepit de auxilio mille libras et ducentas, præter quintamdecimam, quam generaliter omnes de regno Angliæ, sine aliquo fructu vel regni incremento subsequente, persolvebant. Compulsi sunt etiam viri religiosi et clerici beneficiati hanc quintamdecimam dare omnium bonorum suorum, tam rerum ecclesiasticarum quam laicarum; nec profuit eis appellatio ad dominum Papam interposita, quia subgestum fuit eidem Papæ ex parte regis, quod illa collecta fuit facta ad regni Anglicani restaurationem, quod ad ipsum jam specialiter spectare videbatur, et ita, qui pater et pastor sperabatur, factus est contra gregem popularem luporum coadjutor.

Henry III. at Reading. Death of William earl of Essex. Demands of the king from the Londoners. His extortion from Northampton, and from the monks and the clergy. The appeal to the Pope of no effect.

MS. Cl.

[Ela comitissa Sarum, relicta Willelmi de Longaspata, monachos Cartusienses, fundatos per maritum

Ela, countess of Salisbury,

---

[1] *natalitiis*] nataliis, MSS. exc. E.

[2] *regi*] regis, Ch. Cl. W.; erased in T.; A. Re. have been altered.

[3] *suspiriis et imprecationibus*] inprecatione, E.

[4] *etiam*] autem, E.

A.D. 1227. suum apud Heytrop, transtulit usque Hentonam[1] Batoniensis diocesis.] MS. Cl.

transfers the Carthusian monks of Hatherop to Hinton.

Eodem anno, cum jam rex securus fuit de quintadecima soluta vel persolvenda, mense Februario apud Oxoniam concilio congregato, denunciavit coram omnibus se legitimæ esse ætatis, ut de cætero solutus a custodia regia negotia ipse principaliter ordinaret; et sic, qui prius tutorem habuit et rectorem, Willelmum Marescallum dum viveret, et postmodum Petrum Wintoniæ episcopum, excussit se consilio Huberti de Burgo, regni justitiarii, de consilio et gubernatione dicti episcopi et suorum, qui regi fuerant prius quasi pædagogi; ita quod omnes illos a curia sua amovit. In eodem itaque lugubri concilio,[2] dum idem rex, spreto juramento multiplici et omni fœdere violato, fecit cancellare et cassare omnes cartas de provinciis omnibus regni Angliæ de libertatibus forestæ, postquam jam per biennium in toto regno fuerant usitatæ; hanc prætendens occasionem, quod cartæ illæ concessæ fuerant et[3] libertates omnes generaliter signatæque in cartis scriptis, dum ipse sciolus fuisset et sub custodia, nec sui corporis vel sigilli aliquam haberet potestatem, unde viribus carere debuit, quod sine ratione fuerat usurpatum. Facta est igitur super his in concilio ingens murmuratio et dolor amarissimus, quod summam[4] tam ardui negotii, pro quo ratificando tam diuturna diligentia impensa est, tantus sanguis effusus, tanta pecunia persoluta, ad nihilum redactam efflavit consilium malignantium et reguli levitas puerilis, nec erat qui reclamaret, quia prævaluit pars injuriantium. Omnes tamen justitiarium hujus perturbationis suspicabantur auctorem. Nam deinceps tanta familiaritate conjunctus est, ut omnes regni consiliarios præter ipsum pro nihilo reputaret. Tunc vero denunciatum est viris religiosis et aliis, qui suis gaudere volebant libertatibus, ut innovarent cartas suas de novo regis sigillo, scientes quod

Matt. Par. iii. 122.

Henry III. at Oxford declares himself to be of age, and dismisses his governors,

The forest charters quashed.

Hubert de Burgh the suspected author of this.

[1] i.e. Hinton Charterhouse, Somersetshire. See the Chronicle quoted in Leland's Collectanea, ii. 341 (iii., p. 384, ed. 1774).

[2] *concilio*] consilio, E.

[3] *et*] in, E.

[4] *summam*] sententiam, Cl.

Matt. Par. iii. 122.

rex cartas antiquas nullius [momenti[1]] esse reputabat. Pro quarum innovatione, non juxta sigillorum facultatem aut consuetudinem, sed quicquid justiciarius æstimabat, solvere sunt coacti. A.D. 1227.

Eodem anno, defuncto Papa Honorio, successit Gregorius [nonus], episcopus Hostiensis, quintodecimo kalendas Aprilis. Pope Gregory IX.

Cf. Id. iii. 132–134.

A quo eodem anno confirmatus est ordo fratrum Minorum, et certa regula scripta et data, mortuo eodem anno fratre Francisco, in ipso ordine primo. Ad cujus prædicationem volucrum multitudo, cum ab hominibus sperneretur, dicitur convenisse. In ipsius quoque corpore,[2] postquam beatam animam exsufflasset, inventa sunt quasi recentia in latere, manibus, et pedibus, quinque vulnera per modum Crucifixi. The rule of S. Francis confirmed.

[*De electione et consecratione Henrici Roffensis episcopi.*

MS. N.

[Introitus in novum chorum Roffensem. Eodem etiam anno electus est et consecratus magister Henricus de Sanford in episcopum Roffensem in hunc modum. Mortuo bonæ memoriæ Benedicto Roffensi episcopo et in die sancti Thomæ Apostoli honorifice sepulto, transmisimus quosdam de fratribus nostris ad dominum Cantuariensem Stephanum archiepiscopum, petentes eligendi licentiam. Nobis igitur præcavere volentibus ne ecclesia diutius esset sine pastore quasi vidua, diligentem habuimus tractatum de electione; et maturiori freti consilio in die sancti prothomartyris Stephani, invocata Spiritus Sancti gratia, perfecimus electionem, unanimi voto consentientes concorditer in personam magistri Henrici de Sanford, tunc archidiaconi Cantuariensis. Et publicata electione et facta appellatione, incontinenti transmisimus ad dominum archiepiscopum quosdam de fratribus nostris, scilicet magis- Election of Henry de Sanford, archdeacon of Canterbury, to the see of Rochester.

[1] *momenti*] vigoris, Cl. in marg.; valoris, A. (margin), N.

[2] *corpore*] om. Ch. Re.; inserted in the margin in A.

A.D. 1227. [trum Ricardum, priorem de Derente, W. sacristam et J. camerarium, referentes eidem electionem jam factam. Quo audito dominus archiepiscopus egit gratias Domino pro persona electi et pro grata capituli nostri concordia. MS. N.

Opposition of the Canterbury monks.

Progressu vero temporis præpedita est electi confirmatio per monachos Cantuarienses, eo quod vendicabant baculum pastoralem Roffensis ecclesiæ, mortuo pastore, debere deferri ad ecclesiam Cantuariensem ante confirmationem Roffensis electi. Nobis tandem et ipsis constitutis in præsentia domini Cantuariensis apud Maidestane, nobis petentibus electionem nostram confirmari et illis contradicentibus, compromissum est in arbitros, et confirmatus est electus noster, præmissa sufficienti et legitima examinatione super electione.

The question between them and the Rochester monks settled, 5 May.

Et ductus est electus in capellam, priore Roffensi incipiente *Te Deum laudamus etc.* Decisa est igitur lis mota inter monachos Cantuarienses et Roffenses ab arbitris electis apud Londoniam in vigilia sancti Johannis ante portam Latinam, et absoluti sunt monachi Roffenses ab impetitione Cantuariensium. Tandem con-

Consecration of the bishop, May 9.

vocatis episcopis, consecratus est magister Henricus electus Roffensis apud Cantuariam in capella archiepiscopi, præsentibus cum domino archiepiscopo episcopis scilicet Wintoniensi et Exoniensi, videlicet in die Translationis sancti Andreæ Apostoli, qui tandem in die octavarum ejusdem Apostoli in ecclesia propria honorifice est receptus et intronizatus.]

Return of Richard of Cornwall.

Eodem anno, mense Maio, Ricardus frater regis Henrici venit in Angliam, rediens de Wasconia. Eodemque[1] tempore, Henricus de Sanfordia, Cantuariensis archidiaconus, ad Rofensem episcopatum rite electus, a Stephano Cantuariensi archiepiscopo munus consecrationis suscepit. Quo etiam anno, nonis Februarii, Hubertus, Angliæ justiciarius, gladio accinctus est a rege Cantiæ comitatus. Illis quoque diebus, facta est motio magna peregrinantium in Terram sanctam, et prosperatum Crucis negotium finem feli-

Matt. Par. iii. 123.

The crusade would have prospered, but for the emperor's illness.

Id. iii. 126.

[1] *Eodemque . . . suscepit*] om. N.

cissimum consecuta fuisset, si dominus Imperator, qui A.D. 1227.
Matt. Par. iii. 130. transfretaturus naves ascenderat, per morbi incommodum post quatriduanam navigationem reversus non fuisset. Anno ipso, orta est discordia inter Alexandrum episcopum Cestriæ et canonicos suos Lichesfeldenses ex una parte, et priorem et conventum Coventrensem ex alia, super[1] forma electionis et pro quibusdam aliis articulis, utrique partium nimis dispendiosa. Quarrel between Lichfield and Coventry.

Decisa est discordia orta inter monachos Coventrenses et canonicos Lichefeldenses super electione episcopi. Ricardus consecratur in archiepiscopum Cantuariæ.

Id. iii. 143. Anno gratiæ MCCXXVIII°. Rex Anglorum Henricus iii. festum Dominicæ Nativitatis apud Eboracum sollempniter celebravit, et inde recedens, versus Londoniam recto tramite properavit. In quo itinere mensuras bladi, vini, et cervisiæ falsitatis arguens, ipsas jussit comburi. Ipso anno, Henry III. at York and then London.
Id. iii. 145. cassata Romæ electione magistri Willelmi Scoti Dunelmensis electi, quia sic regi placuit, Ricardus Sarum episcopus ad eundem episcopatum transfertur postulatus, post cujus translationem, in confinio anni jam transacti et sequentis, scilicet in adventu Domini et infra dies natalitios, canonici Saresbirienses tractantes de electione celebranda, magistrum Robertum de Bingham, canonicum ejusdem ecclesiæ, in episcopum rite elegerunt. Quo utique anno, decisa est contentio inter monachos Coventrenses et canonicos Lichefeldenses super episcopo eligendo Romæ per sententiam diffinitivam; ita scilicet, ut deinceps episcopos alternatim eligant, hoc tamen observato, ut prior Conventrensis in electione primam semper habeat vocem. In qua sententia juri monachorum plurimum videtur fuisse derogatum, qui antea semper pontifices elegerant absque consensu canonicorum. Eodem anno, dominus imperator Constantinopolitanus humanæ naturæ debitum persolvit, filium hæredem Richard bp. of Salisbury translated to Durham. Robert de Bingham bp. of Salisbury. The quarrel between Lichfield and Coventry settled. Death of the emperor Robert de Courtenay.

[1] *super*] sub, E.

A.D. 1228. relinquens parvulum, et nondum [1] idoneum ad imperialem dignitatem. Matt. Par. iii. 145.

Excommunication of Frederick II.

Circa dies illos, propter dilationes frustratorias ne sicut juraverat transfretaret, dominus [2] Papa in dominum imperatorem sententiam excommunicationis fulminavit, et sententiam per diversas regiones fecit publicari, ex qua perturbatione imperator in Papam graviter insurrexit. Id. iii. 154.

Expedition against Raymond of Toulouse.

Rex [3] Francorum misit super comitem Tholosanum expeditionem non modicam militarem. Id. iii. 156. Anno ipso Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, qui magnifice reliquias beati Thomæ martiris translatas in locello aureo collocavit, et ejusdem martiris festum sollempniter constituit celebrandum, ab exilio hujus mundi ad sui antecessoris beati Thomæ migravit merito consortium septimo idus Julii, et Cantuariæ sepultus est pridie nonas [4] ejusdem. Id. iii. 157.

Death of abp. Langton.

Disturbances in Wales.

Eodem tempore Walenses prorumpentes dampna finitimis non modica irrogabant, quos rex cum Huberto justiciario, collecto exercitu copioso, vix firmato quodam castro, repressit. Id. iii. 158.

"Hubert's folly" levelled.

Tamen Walenses insidiantes, nacta temporis oportunitate, illud solo tenus complanarunt. Propter hoc [5] ipsum castrum Stultitiam Huberti appellarunt.

Frederick II. lands at Acre.

Anni etiam ipsius spatio dominus Frethericus imperator, mare Mediteraneum ingressus, ut Domino votum peregrinationis persolveret, in vigilia Nativitatis beatæ Mariæ apud Acon [applicuit], cui venientes clerus terræ et populus obviam, cum magno honore, ut tantum decebat virum, receperunt. Id. iii. 159. Suspectum tamen ipsum multi habuerunt propter sententiæ, qua innodabatur, severitatem. Tunc Imperator gravem toti exercitui reposuit querimoniam, quod Papa injuste in ipsum tulisset sententiam, eo quod gravis infirmitas eum redire compulisset.

Gifts sent by Malek-el-Kamel.

Soldanus autem Babiloniæ, sciens eum applicuisse, misit ei exenia preciosissima. Invenit autem dominus imperator, cum Acon applicuisset,[6] princi-

---

[1] *nondum*] non, E.; Ch. had *dum*, but *non* is interlined later, and so Re. This was Baldwin II., brother of Robert.

[2] *dominus Papa*] om. Ch.

[3] *Rex . . . militarem*] om. N.

[4] sic; see Madden, Hist. Anglor. ii. 302, n[4].

[5] *hoc*] only in W.; *quod* is interlined in Re.; E. has *istud* for *ipsum*.

[6] *applicuisset*] applicuit, MSS. exc. E.

Matt. Par. iii. 160. pales exercitus [populi] Christiani, ducem [vero] de Lenburgo, patriarcham Jerosolimitanum, archiepiscopos Nazarensem [et] Cæsariensem, episcopos [vero] Angliæ Wintoniensem et Exoniensem, magistros [etiam] Hospitalis et Theutonicorum, qui præerant octingentis militibus peregrinis et peditibus quasi decem milibus. A.D. 1228. Reception of Frederick II.

Id. iii. 161–163. Hoc etiam anno venit in Angliam quidam archiepiscopus Armeniæ majoris, gratia peregrinationis, ad loca sancta Angliæ oraturus. Literas quoque domini Papæ de personæ suæ commendatione et causa sui itineris secum detulit testimoniales. Qui cum apud sanctum Albanum, Angliæ prothomartirem, orandi gratia pervenisset, inter cætera mirabilia quæ per interpretem retulit sciscitantibus, aiebat[1] quod [quidam] vir, qui Christum in carne vidit, adhuc vivit, eo quod Christus, cum duceretur ad crucis patibulum, dixerit ei: "Sic te volo expectare "donec iterum veniam." Unde creditur victurus, donec Dominus venerit ad judicium magnum. Et inter loquendum interrogatus de conceptione beatæ Virginis, si ecclesia Orientalis inde sollempnizet necne,[2] respondit quod trium sollempniter[3] recolit ecclesia Armeniæ ad minus conceptiones,[4] conceptionem [scilicet] Christi, quæ singulariter privilegiatur, eo quod ex Spiritu Sancto sine macula concipientis consummata est. Item conceptio[5] beatæ Virginis, et conceptio[5] beati Johannis Baptistæ, eo quod angelica admonitio intervenit, in ecclesia[6] Orientali[7] non sic, tamen sollempniter, recoluntur. Arrival in England of an Armenian bishop. His accounts of the Wandering Jew, and of the celebration in Armenia of the three Conceptions.

Id. iii. 164. Eodem quoque anni curriculo,[8] Eustachius Londoniensis episcopus diem clausit extremum; in cujus loco canonici elegerunt magistrum Rogerum, cognomento Nigrum. Eodemque tempore obiit Galfridus Elyensis episcopus; cui canonice electus successit Hugo, sancti Eadmundi abbas. Death of Eustace bp. of London. Roger le Noir succeeds. Bps. of Ely.

---

[1] *aiebat*] om. MSS.

[2] *necne*] nec non, MSS. exc. E.

[3] E. ins. *festivitatum conceptionis.*

[4] *conceptiones*] om. E.

[5] *conceptio*] conceptionem, E.

[6] E. ins. *tamen*, omitting it in the next line.

[7] E. ins. *duæ ultimæ festivitates*, and *sicut prima* at the end of the sentence.

[8] *curriculo*] circulo, E.

A.D. 1229. *Papa nititur supplantare imperatorem, qui iccirco repatriat.*

Henry III. at Oxford.

Anno gratiæ MCCXXIX°. Rex Anglorum [1] Henricus [tertius] ad Natale [Domini] tenuit curiam suam apud Oxoniam, ubi venit ad eum archiepiscopus [2] Burdegalensis, missus a magnatibus Wasconiæ, Aquitanniæ, et Pictaviæ. Venerunt etiam ad eum sollempnes nuncii de Normannia, quorum omnium communis erat suggestio, ut dominus rex ad partes securus veniret transmarinas, sciturus profecto quod earum magnates immutabiliter starent ad omnia jura sua, quæ ibidem amisit, recuperanda. Quod cum audiret Hubertus justiciarius, distulit negotium in futurum, donec clementius tempus arrideret. Nuncii vero aliud non habentes in responsis, ad propria quasi delusi remeabant. Matt. Par. iii. 164.

He is invited to recover Normandy.

The matter postponed by Hubert de Burgh's advice.

War between the Pope and emperor.

Eo [3] tempore, Papa Gregorius moleste ferens quod imperator Frethericus, quasi spreto timore sententiæ suæ, negotia[4] Ecclesiæ in Terra Sancta amplectebatur, desperansque quod ad unitatem Ecclesiæ non rediret, decrevit, ipso depulso, alium in culmine imperiali subrogare. Constituit igitur Johannem de Bresne ducem papalis exercitus, et eidem quicquid ecclesia Romana potuit adjutorii impendere in thesauro [5] et armis, et indulgentiæ de peccatis, et admonitionibus ad prælatos, abundanter impendit. Quod cum imperatori significaretur, facta pace cum soldano festinanter et caute, ne ad eum iste sinister rumor [perveniret],[6] ad ecclesiasticum honorem et profectum cum eodem treugam diuturnam et pacem constituit. Acceptaque corona regni [Jerusalem], naves paravit ad repatriandum; Terræque Sanctæ valedicturus,[7] orandi gratia ad flumen Jordanis cum omni humilitate inermis et paucis stipatus perrexit, ubi a domesticis, quos putabat amicos, paratas insidias, muniente Babiloniæ soldano, evasit. Unde semper postea, quasi suspectas Id. iii. 165.

John de Brienne made general of the Papal army.

Cf. Hist. Anglor. ii. 307.

The emperor prepares to leave the Holy Land.

Cf. Matt. Par. iii. 178.

His danger from treason.

---

[1] *Anglorum*] om. E.
[2] Giraud de Malemort.
[3] *Eo*] Eodem, E.
[4] E. ins. *sua*.
[5] *thesauro*] thesauris, E.
[6] MSS. exc. E. ins. *et*.
[7] *valedicturus*] valde dicturus, Ch. Cl.

personas, Templarios exosos, et soldanum habuit amicissimum, fidelitatem sentiens in infidelibus, et fidelium detestans infidelitatem; et ascendens naves in terra[1] sua prospere applicuit, susceptus cum gaudio, et adhærentibus sibi fidelibus suis, [sibi] subreptas terras in brevi imperio restituit viriliter universas, de invasoribus condignam capiens ultionem. Per idem tempus magister Stephanus, domini Papæ capellanus,[2] ad restaurandum[3] Papæ thesaurum perditum et ad dictum imperatorem Frethericum deiciendum, omnes decimas rerum ecclesiasticarum, [non] deductis expensis, in tota Anglia, Hybernia, et Wallia, exegit, et permittente rege extorsit. Unde Anglia jam multipliciter bonis spoliata, miserabiliter cœpit ad egestatem inclinari, impotens postea respirare.

A.D. 1229. His return home.

Matt. Par. iv. 192.

Cf. Id. iv. 184, 188.

Extortions in England of Stephen of Anagni.

v. Hist. Anglor. ii. 315.

Matt. Par. iii. 189. Eodem quoque anno, magister Robertus de Bingham, electus Sarum, apud Septonam munus consecrationis suscepit, qui fabricam novæ ecclesiæ suæ non segniter prosecutus, ipsam feliciter consummavit. Ipso quoque anno, rege et priore cum conventu dissidentibus de persona in archiepiscopum substituenda, cassatoque Waltero monacho Cantuariensi, electus est in curia Romana, procurantibus magistris Alexandro de Stavenesbi Cestrensi[4] et magistro Henrico de Sanford Rofensi,[4] episcopis, et magistro Johanne de Hotoft Bedefordensi archidiacono, magister Ricardus cognomento Magnus, Lincolniæ cancellarius et lector theologiæ cathedralis, et in ecclesia sua consecratur. Consecrati[que] sunt cum eo per manum Rofensis episcopi in ea ecclesia magister Rogerus Londoniensis electus et Hugo Elyensis electus, iv° idus Junii. Eodem[5] anno, obiit Martinus de Pateshulle, decanus Londoniensis scilicet sancti Pauli, xviii° kalend. Decembris, vir miræ prudentiæ et legum regni peritissimus.[5]

Robert de Bingham bishop of Salisbury.

The new cathedral.

Id. iii. 172, 170.

Richard archbishop of Canterbury.

Bishops consecrated, 10 June.

Id. iii. 190.

Death of Martin de Pateshulle dean of S. Paul's.

[1] *terra sua*] terram suam, E.

[2] *capellanus . . . Papæ*] om. Re.

[3] *restaurandum*] restaurum, Ch. Cl.

[4] *Cestrensi, Rofensi*] om. E.

[5–5] *Eodem . . . peritissimus*] om. A. N.

A.D. 1229. Arrival of [Peter] Mauclerc, count of Britanny.

Applicuit eo tempore in Anglia vir investigabilis versutiæ, Henricus[1] Mauclerc, comes Britanniæ, ut regem Angliæ in partes salvo duceret transmarinas. Quod tamen negotium usque ad serenitatem vernalis serenitatis cepit delationem. Eodemque anno, Ricardus archiepiscopus pallium suscepit, a domino Papa sibi transmissum. Matt. Par. iii. 191.

The pall sent to archbishop Richard.

Death of Reginald abbat of S. Benet Holme.

[Curriculo annique ipsius dominus Reginaldus abbas hujus loci diem clausit suppremum.] MS. Re.

Hubert de Burgh enters the chapter of Canterbury to make peace between Canterbury and Rochester.

[Anno vero eodem in vigilia Ascensionis, quæ fuit decimo kal. Junii, ingressus est dominus Hubertus de Burgo justiciarius Angliæ capitulum Cantuariense cum magna multitudine clericorum et militum et aliorum Christi fidelium, præsente tunc ibi priore[2] Cantuariæ et toto conventu, ut tractarent de pace componenda inter ecclesiam Cantuariensem et ecclesiam Roffensem. Ea vice ad instantiam domini justiciarii prior et conventus remiserunt Roffensi omnem actionem quam habebant vel habere poterant contra Roffenses de baculi delatione et electione, præsentibus ibidem cum domino justiciario abbate de Langedoune[3] et Willelmo Britone vicecomite Cantiæ, et Ranulfo Britone thesaurario et domino Ricardo[4] cancellario et multis aliis; et in præsentia omnium remiserunt omnem rancorem tam episcopo quam conventui Roffensi, et in signum dilectionis prior et conventus Cantuariæ osculati sunt episcopum Roffensem et suppriorem et camerarium præsentes pro conventu Roffensi. MS. N.

Peace made.

The king present when the archbishop received the pall, Sept. 16.

Eodem anno affuit rex cum episcopis et magna militia et multitudine infinita apud Cantuariam ad festum archiepiscopi in susceptione pallii, dominica proxima post exaltationem sanctæ Crucis, et sequenti feria tertia, hoc est in crastino sancti Lamberti, rex ingressus est capitulum monachorum ecclesiæ Christi

[1] *Henricus Mauclerc*] The compiler has inserted Mauclerc, but still followed Wendover's error in writing *Henricus* for *Petrus*.

[2] John of Sittingbourne.

[3] West Langdon, Kent.

[4] Sic. Ralph Neville was the chancellor.

MS. N. [cum justiciario et magna multitudine militum atque nobilium, præsentibus ibidem archiepiscopo et episcopo Roffensi et priore et conventu [1] Cantuariensi. In eodem capitulo petiit rex ut pax confirmaretur inter ecclesiam Cantuariensem et Roffensem in præsentia sua; et responsum est a Cantuariensi quod hoc jam factum est; et prior Cantuariæ coram omnibus osculatus est suppriorem Roffensem in signum pacis firmatæ.] A.D. 1229. The kiss of peace given between the two convents.

Absolvitur imperator post reditum. Rex Henricus pergit in Britanniam. Dux Saxonum venit in Angliam.

Matt. Par. iii. 193. Anno gratiæ MCCXXX°. Rex Henricus ad Natale Domini tenuit curiam suam cum rege Scotorum apud Eboracum, quem ad illud festum invitaverat, præsente archiepiscopo civitatis, cum magnatibus terræ nonnullis. Contigit eodem anno, in die scilicet Conversionis sancti Pauli, in ecclesia sancti Pauli Londoniæ, quod cum episcopus ejusdem civitatis in dicta ecclesia ante majus altaro staret infulatus, ad celebrandum missam celebriter, ut moris est, congregato multo populo, subito in aere facta est nubium densitas et solis obnubilatio admirabilis, ut vix socius socii discretam haberet agnitionem. Facta est repente tonitrui adeo horribilis concussio et fulminis choruscatio, ut tota ecclesia cum turri obrui videretur, nec defuit fœtor intollerabilis. Quo viso, clerus cum populo exiit glomeratim cum festinatione, solo ad altare cum uno diacono remanente episcopo. Henry III. at York with Alexander II. Storm and terror of the congregation in St. Paul's, 25 Jan.

Id. iii. 172. Eodem anno, restituta civitate Jerusalem imperatori Fretherico et populo Christiano cum corona regni Jerosolimitani, qua [2] coronatus est in ipsa civitate, de modo et tempore regem Anglorum et alios principes, ut eos exhilararet, per elegantes epistolas, auro bullatas, certificavit, in quibus continebatur quod hic summatim perstringitur. Letter by the emperor

Id. iii. 174. "Soldanus Babiloniæ, ut prætactum est, sanctam [3] civi- "tatem Jerusalem populo et cultui restituit Christiano, on the recovery of Jerusalem.

[1] *conventu*] conventui, N.
[2] *qua*] qui, E.
[3] *sanctam*] om. E.

A.D. 1230. Letter on the recovery of Jerusalem.

" et contrada[1] tota libera fuit circumquaque, ita ut pateret Matt. Par. iii. 174.
" liber accessus Christianis peregrinis ad loca sancta.
" Præterea restituta est civitas Bethleem, et tota terra
" media inter Jerusalem et civitatem ipsam. Civitas quo-
" que Nazareth, et tota terra media inter Achon et ipsam
" civitatem, tota terra Turonis quæ largissima est, et Chris-
" tianis valde accommoda. Civitas Sydonis, quæ vulgariter
" dicitur Saete, cum tota planitie et pertinentiis suis, quæ
" multum fuit utilis Saracenis, maxime cum portus ibi sit
" congruus et terra adjacens uberrima, et inde arma
" et victualia et multa necessaria inde ad civitatem
" Damasci et de Damasco ad Babiloniam portarentur. Et
" quamvis civitatem Jerusalem, sicut melius unquam fuit,
" reædificare nobis liceat secundum pactum, necnon et
" castrum Jopen, castrum Cæsariæ, castrum Sydonis, et
" castrum sanctæ Mariæ Theutonicorum, quod fratres ipsius
" domus in[2] montana Achon ædificare ceperunt, et ab olim
" nullo treugarum tempore permissum extitit Christianis;
" ipse tamen Soldanus, usque ad finem treugarum istarum
" decennalium, quæ inter nos et ipsum per decennium sunt
" statutæ, ædificia vel castra aliqua de novo facere vel
" ædificare [non] debet. Sicque die Dominica, xviii. die
" Februarii nuper præteriti, ad laudem Christi qui a mor-
" tuis hac die resurrexit,[3] concordia hujusmodi hinc inde
" extitit juramento firmata, et in Jerusalem coronam por-
S. Luc. i. 78. " tavimus. Et sic *visitavit nos Oriens ex alto.* Sed
" quia mundus iste semper amara dulcibus consuevit
" permiscere, cum ad imperium nostrum redeundo
" veniremus, aditu ad propria vix patente, inimicos
" nostros, quos Papa pater noster in detrimentum
" nostrum exaltaverat, contrivimus, et motam vix
" sedavimus seditionem, et nisi nos sub tanta festi-
" natione negotium hoc revocasset, ecclesiæ status
" Dei gratia solidaretur mirabiliter exaltatus."[4] Cum-
que hoc mandatum ad aures principum perveniret, et postea in populis disseminaretur, Deum glorificaverunt,

[1] *contrada*] contradita, W.; terra, Cl.; contracta, Re.; om. A. N.

[2] *in montana*] om. E.

[3] *resurrexit*] surrexit, MSS. exc. E.

[4] *exaltatus*] exaltata, MSS.

Qui non permittit Sibi famulantes impediri vel con- A.D. 1230.
fundi.

Matt. Par. iii. 193. Eodemque anno, tempore Quadragesimali, dominus imperator, omni perturbatione complanata, hostibus suis nec Papæ pepercit consanguineis, quos imperio invenerat rebellantes. Quod videns Johannes de Bresne, timens incidere in manus imperiales, fugit in partes Cisalpinas; nec potuit eum papalis instantia revocare. Intermeantibus igitur sollempnibus amicis, sedata est discordia inter summum pastorem et summum principem, quæ nimis fuerat Ecclesiæ dampnosa. Per idem tempus, Willelmus de Brause, vir nobilis et potens, a Leolino principe Northwalliæ sine judicio clam est peremptus. Eodem[que] tempore ad exactionem regis, archiepiscopi, episcopi, abbates, et priores per totam Angliam regi pecuniam dederunt non modicam, quasi per eam subtracta patri suo jura revocare posset in partibus transmarinis. Proh dolor, ista exactio pecuniæ et Papæ de decimis Ecclesiæ consimilem finem sunt sortitæ. Cives quoque Londonienses pro eodem negotio ad redemptionem gravissimam sunt compulsi. Judæi etiam tertiam partem rerum suarum omnium regi sub[1] festinatione persolverunt. Ejusdem anni curriculo, rex, congregato copioso exercitu, pridie kalendas Maii naves ascendit, et in Britannia applicuit apud sanctum Mauloum quinto nonas Maii. Eodem quoque anno, facta est eclipsis solis contra morem solitum, summo mane. Tempore ipso, pacificati sunt magnates Franciæ, prius hostiliter dissidentes, quibus congregatis cum equis et armis, venerunt cum rege omnes, qui militare servitium sibi debebant, in Britanniam, ut impetus regis Anglorum reprimerent, qui in urbe Andegavensi cum comite Britanniæ et aliis[2] Britonibus multis, qui eidem fidelitatem juraverant, moram traxit longiorem. Eodem tempore, submersus est Reimundus de Burgo in flumine Ligeri. Circa idem tempus, dux Saxonum,[3] miles

Successes of the emperor.

Flight of John de Brienne.

The quarrel between the Pope and emperor made up.

W. de Braose put to death.

Exactions of Henry III.

Transfretatio regis H. in Britanniam.

Id. iii. 195. Solar eclipse.

The French barons appeased, and meet against him.

Id. iii. 199. Death of Reimund de Burgh.

[1] *sub*] cum, E.

[2] *aliis*] alii, Ch.

[3] This is an error, copied from Wendover and Paris (iii. 195); it was Otho I., duke of Brunswick and Lünebourg, who came to England. See Liebermann, Mon. German. Historica, xxviii. p. 67, n[7].

A.D. 1230. elegantissimus, quem dominus Papa in imperium proposuit sullimare, fugit a facie imperatoris Fretherici per-equentis et venit Londonias, ubi adventum regis de Britannia expectabat. Ipso tempore, Fulco Paganellus et Willelmus frater ejus, viri nobiles de Normannia, cum quibusdam [1] aliis, quos secum traxerant, venerunt ad regem Angliæ in Britanniam, relictis castris suis cum terris universis, et eidem, dum rex Angliæ in Britannia morabatur, adhæserunt. Eodem tempore, dominus imperator Romam veniens, cum omnem thesaurum domini Papæ exhausisset, sollempniter est absolutus, et eodem die, simul in uno palatio coepulabantur cum gaudio et hilaritate. Illis quoque diebus, rex Anglorum, cum multo tempore in Britannia jacuisset, et dies otiosos cum infinito thesauro consumpsisset, mortuis nobilibus, multis autem fame et infirmitate attenuatis et ad extremam inopiam redactis, in Angliam inglorius rediit, inter quos Gilebertus de Clare, comes Gloverniæ, diem clausit extremum. Remanserunt tamen post regem in Britannia comes Ranulphus Cestriæ, Willelmus Marescallus, Willelmus comes Albemarle, cum aliis viris bellatoribus, donec clitellas penitus evacuassent. Ipso quoque tempore, facta est eclipsis lunæ, remanente sibi brevissima claritate.

Visit of the duke of [Brunswick] to England.

Matt. Par. iii. 197.

Submission of certain Norman nobles to Henry III.

Peace between the Pope and emperor.

Id. iii. 198.

Idleness of Henry III. in Britanny.

His losses.

Death of Gilbert de Clare.

Id. iii. 199.

Lunar eclipse.

Id. iii. 200.

Orta est discordia inter regem et archiepiscopum Cantuariæ Ricardum pro castro de Thunebruge. Obiit idem Ricardus. Treugæ capiuntur inter reges.

Anno gratiæ MCCXXXI°. Rex Anglorum Henricus ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Lamhetham, Huberto, Angliæ justiciario, necessaria ministrante et civiliter procurante. Per idem tempus, orta est discordia inter regem et archiepiscopum Cantuariæ Ricardum pro castello de Tunebrugge et alias [2] quasdam terras, cum villa etiam de Tunebruge et pertinentiis ejus, quæ ad jus Cantuariensis ecclesiæ spectare dicebantur.

Henry III. at Lambeth.

Trouble of archbishop Richard about Tunbridge castle.

Id. iii. 201.

[1] *quibusdam*] quibus, Ch. E. T. W.

[2] *alias quasdam terras*] sic Ch., altering the rest of the sentence, but leaving this; see Matt. Par. iii. 201; E. alters it to *aliis quibusdam terris*. A. ins. *propter* in margin, which N. puts in the text; the other MSS. as Ch.

Matt. Par. iii. 201. Eodem anno, mense Aprili, Ricardus frater regis, desponsavit Ysabellam comitissam Gloverniæ, relictam Gileberti de Clare, nuper defuncti, videlicet sororem Willelmi Marescalli, comitis de Penbroc; et nuptiis vix completis, idem comes [Willelmus][1] diem clausit extremum, et Londoniis apud Novum Templum sepultus est juxta[2] patrem suum xvii. kalendas Maii. Circa illa tempora, statutæ sunt treugæ Id. iii. 204. inter regem Francorum et regem Anglorum, quibus statutis, reversus est in Angliam comes Cestriæ cum aliis, quos ibi rex Anglorum dimiserat in Britannia. Mense vero Julio, Petrus Wintoniensis episcopus, completo in Terra Sancta jam fere per quinquennium magnifice peregrinationis voto, reversus est in Angliam, kalend. Augusti, et Wintoniam veniens, susceptus est cum processione sollempni in sua ecclesia cathedrali.

A.D. 1231. Marriage of Richard and Isabella of Gloucester. Death of William Marshal. Truce with France. Return of bishop Peter des Roches.

Id. iii. 205. [Eo] ipso anno, Ricardus[3] archiepiscopus Romam petiit pro causa jam dicta, ubi pro voluntate negotiis expeditis,[4] rediens, apud sanctam Gemmam, in domo videlicet fratrum Minorum, tertia dieta citra Romam, diem clausit extremum; et sic eo expirante,[5] expirabant cum eo negotia impetrata.

Death of archbishop Richard at S. Gemini.

Id. iii. 206. Eo tempore proposuit rex ducere in uxorem regis Scotiæ sororem, indignantibus comitibus et baronibus suis universis. Non enim, ut dixerunt, decebat, quod rex duceret filiam natu minorem, cum Hubertus justiciarius natu majorem haberet sibi matrimonio copulatam. Sed cum ab hoc proposito per comitem Britanniæ, qui tunc erat regi pro pædagogo, rex invitus impediretur, dedit eidem comiti, multa promittenti sed nihil adimplenti, quinque milia marcas argenti, ac si tantum defuisset de jactura præterita. Defuncto itaque Ricardo Cantuariensi archiepiscopo, decreverunt monachi Cantuariæ Radulfum de Neuvilla Cicestrensem episcopum, videlicet cancellarium regis, sibi in præsulem unanimiter postulare, quia erat regi et regno fidelissimus, et inconcussa columpna veritatis. Sed postquam hæc postulatio domino Papæ significata innotuit, facta diligenti inquisitione de moribus ejus a magistro Symone de

The king's intention of marrying Isabella of Scotland prevented. Ralph Neville, bishop of Chichester, elected to Canterbury.

---

[1] *Willelmus*] interlined later in Ch.; Marescalli, T.; Marescallus, W.

[2] *juxta . . . . suum*] in a later hand over erasure in Ch.

[3] *Ricardus*] om. E.

[4] *expeditis*] om. Ch.

[5] *expirante*] spirante, MSS. exc. E.

A.D. 1231. The election quashed by the Pope.

Langetune, timens zelum fidelis viri, ne quandoque regnum Angliæ, quod sincero corde diligebat,[1] de jugo tributi, quo tenebatur, niteretur discutere,[2] respondit, quod rapidus erat in verbo et præsumptuosus in opere, nec erat talis dignus tali prærogativa. Et ut facilius resilirent monachi a proposito, benigne concessit eis licentiam, alium sibi in archiepiscopum eligere vel postulare. Matt. Par. iii. 207.

Disturbances on account of the Roman clerks in England.

Circa eadem tempora, quidam, quos supra modum gravabat intollerabile jugum Romanorum, impetratis quibusdam quoquo modo regalibus litteris, blados Romanorum distrahentes, Cincium quendam Romanum, ecclesiæ sancti Pauli Londoniensis canonicum, hostiliter cepe- Id. iii. 210.

Seizure of Cincio.

runt, et post aliquos dies, vacuatis crumenis, abire permiserunt. Sed cum hæc ad regis notitiam pervenissent, Cf. Id. iii. 218, 221.

Hubert de Burgh accused of this.

Papa conquerente, totum crimen hoc in Hubertum justiciarium refudit, et ipsum ex illo tempore, tanquam quilibet Romanus frater ejus esset, qui ipsum regem in multis[3] tribulationibus de regno optinendo efficaciter sæpe adjuvit, Hubertum[4] justiciarium insatiabili corde persecutus est, sicut sequens narratio legere volentibus declarabit. Id. iii. 211.

Electus est in archiepiscopum Cantuariæ magister Johannes Blundus, cassato Johanne priore. Hubertus de Burgo magnam patitur persecutionem.

Henry III. at Winchester.

Anno gratiæ MCCXXXII°. Rex Anglorum Henricus [tertius] fuit ad Natale Domini apud Wintoniam, cui Petrus ejusdem urbis antistes omnia necessaria procuravit, et festiva tam regi quam suis exhibuit indumenta cum donativis. Per idem tempus, rex propter nimias expensas, quas effudit in Britannia, auxilium pecuniare sibi postulat, tam a militibus quam prælatis, exhiberi. Eodem tempore a Id. iii. 211.

His demand of an aid.

John prior of Canterbury elected archbishop.

conventu Cantuariæ electus est Johannes, prior ejusdem ecclesiæ, in archiepiscopum Cantuariæ; qui cum esset regi præsentatus et acceptus, profectus est Romam, ut electionem rite factam impetraret a sede Apostolica confirmari. Id. iv. 212.

---

[1] *diligebat* is after *tenebatur* in MSS.

discutere] excutere, E. Re.

[3] MSS. exc. N. ins. adjuvit.

[4] *Hubertum . . . declarabit*] om. N.

Matt. Par. iii. 212. Sub eisdem diebus, Henricus Rofensis episcopus, cum in sabbato quo [1] cantatur [2] *Sitientes venite ad aquas*, apud Sidingeburnam, præsente electo Cantuariæ parato transalpinare, ordines celebrasset, astante clero et populo, sermonem faciens, fiducialiter protestatus est, dicens, "Gaudete omnes in Domino fratres, scientes indubitanter, quod uno eb eodem die nuper exierunt de purgatorio rex quondam Anglorum Ricardus et Stephanus Cantuariæ archiepiscopus, cum uno capellano ejusdem archiepiscopi, ad conspectum divinæ Majestatis migraturi, et in ea die non nisi illi tres de locis pœnalibus exierunt. Et his dictis meis fidem adhibeatis plenissimam et certam, quia mihi et cuidam alii tertia jam vice hoc per visionem revelatum est ita manifeste, quod ab animo meo omnis dubitationis ambiguitas removetur." A.D. 1232 March 27. Vision of the release of Richard I. and archbishop Langton from purgatory.

Id. iii. 219. Venit eodem tempore Romam prior Cantuariæ, Johannes electus Cantuariæ, ut ejus electio a domino Papa confirmaretur. Sed quia videbat eum Papa nimis senem et simplicem et minus idoneum tantæ dignitati, persuasit ei ut cederet [3] in spiritu lenitatis, quia credidit eum esse sanctum et bene religiosum. Ipse vero libenter et in spiritu humilitatis factæ electioni renunciavit. Tunc Papa, concessa licentia monachis, ipsis, quos minus discretos reputavit, præcepit [4] ut alium talem eligerent, cui onus suum communicare et curam competenter committere posset pastoralem. John elect of Canterbury resigns at the Pope's request.

Circa dies illos Leolinus princeps Walliæ, fines baronum Angliæ ingressus, cœpit more solito vacare incendiis et rapinis. Ravages of Llewellyn-ap-Jorwerth.

Id. iii. 220. Considerato autem [5] diligenter, quid thesauri in ærario regio contineretur, minus multo quam credidit invenit in deposito. Exegit igitur a suis ministris districtum ratiocinium, Ranulphumque cognomento Britonem, cameræ suæ thesaurarium, ab officio suo deponens tenensque in arcto, ad gravissimam compulit redemptionem. The king's poverty. Ralph Brito and Hubert de Burgh deposed.

Consilioque in his fretus episcopi Wintoniensis, Hubertum de Burgo, justitiarium regni, ab officio suo,

---

[1] *quo*] qua, MSS. exc. A. (corrected) N.

[2] T. ins. *omnes*.

[3] *cederet*] cedere, Ch.; sederet, T. W.

[4] *præcepit*] om. MSS.; T. W. have per Papam concessa est.

[5] E. ins. rege.

A.D. 1232. licet cartam regis haberet ballivæ suæ sibi perpetuandæ, rex amovit truculenter, Stephanum de Segrave subrogando, quarto kal. Augusti. Exegitque de thesauris suis ratiocinium, imposuitque ei crimina enormia, objecto etiam crimine læsæ majestatis. Insurrexerunt igitur multi in eum, insurgente rege, et eum in multis accusaverunt, inter quos cives Londoniæ quasi appellantes eum sceleris, super suspendio Constantini, concivis sui, exegerunt sanguinem suum de manibus suis, postulantes instantia magna sibi de tali injuria justitiam exhiberi. At Hubertus, cum talia cognovisset, ad ecclesiam Meretonæ fugit, ibidem inter canonicos delitescens.

Matt. Par. iii. 220.

Stephen de Segrave put in his place.

Charges against Hubert.

Id. iii. 223.

His flight to the church of Merton.

Eodem anno, tempore autumpnali, electus est magister Johannes Blundus, apud Oxoniam studens et legens in theologia, in archiepiscopum Cantuariæ, qui a rege susceptus cum monachis quibusdam Cantuariensibus Romam profectus est, ut electionem suam confirmari a sede Apostolica impetraret.

John Blund elected archbishop.

Temporibus sub eisdem, concessa est regi pro debitis, quibus adhuc pro Britannico negotio comiti Britanniæ tenebatur astrictus, quadragesima pars rerum mobilium ab episcopis, abbatibus, prioribus, clericis et laicis, sicut ea habuerunt frugibus tunc congregatis circa festum sancti Michaelis, consilio Stephani de Segrave, extorquenda. Per idem quoque[1] tempus [Hubertus],[2] regiæ iræ cognoscens asperitatem, non est ausus apparere præsentiæ regis die sibi præfixo. Tunc rex iratus significavit majori[3] Londoniæ jam hora instante vespertina, quatenus statim visis litteris regiis, conjunctis sibi universis civibus urbis qui arma movere possent,[4] iret[5] Meretonam, hostiliter inde Hubertum de Burgo vivum vel mortuum extracturus, et eidem præsentaturus. At major,[6] signo communi pulsato, cum populo civitatis armatus illuc properavit, regis mandatis pariturus. Quod cum audiret Hubertus, ante majus altare se in orationibus prosternens, corpus suum et animam Deo commendavit. Dum autem illuc ruerent cives armati catervatim, suggestum erat regi, quod si violata pace Ecclesiæ Hubertum,

Id. iii. 224.

A fortieth granted to the king.

He orders the mayor of London to seize Hubert de Burgh.

Id. iii. 225.

Caution given to the king as

[1] *quoque*] om. E.

[2] A. has Hubertus de Burgo in the margin; N. in the text.

[3] Andrew Bukerel.

[4] *possent, iret*] præsentiret, T.

[5] *iret*] irent, Re. W. with extracturi, præsentaturi, afterwards.

[6] *major*] majore, MSS. exc. E.

quondam magistrum suum, notum pro fideli omnibus fere Cisalpinis regionibus, totaliter[1] confunderet, "omnes, " præcipue Franci[2] natione, in vos conviciis insurgent " et obprobriis, et forte cum ipsa ultrice Ecclesia arma " movebunt." Quo audito et salubriter intellecto, ante seditionem motam cives furibundos festinanter revocavit. Post hæc autem, Lucas, archiepiscopus Dublinensis, qui beneficia sibi ab eodem gratanter collata recognovit, eundem Hubertum in Domino consolatus, multis precibus impetravit a rege inducias Huberto, ut tempus haberet deliberandi, ut objectis commode posset respondere; quæ vix concessæ sunt usque ad octavas Epiphaniæ. Tunc super his per litteras regis Hubertus certificatus, apud sanctum Eadmundum iter arripuit, ubi uxor ejus Margareta morabatur, gloriosi regis et martiris rogaturus de tribulatione consolationem; et transiens per Esexiam, hospitatus est in villa quadam, ad jus episcopi Norwicensis pertinente. Quod cum regi fuisset relatum, ira incanduit vehementi, metuens, si Hubertus ita recederet, perturbationem machinaretur in regno; unde facti pœnitens misit post[3] eum Godefridum de Crauecumbe militem cum trecentis armatis, præcipiens sub pœna suspendii, quatinus illum captum reducerent, et in Turri Londoniarum vinctum incarcerarent. At illi cum festinatione profecti, invenerunt Hubertum in quadam capella, hospitio suo vicina, crucem in una manu et in altera Corpus Domini bajulantem; erat enim præmunitus de adventu quærentium animam ejus; et surgens de stratu soporatus, ad capellam confugit. At Godefridus cum sociis armatis capellam ingressus, præcepit ex ore regis, ut exiret de capella et veniret Londonias cum rege locuturus. Sed Hubertus, quod iram regis nimis timebat, respondit, et ideo nullo modo exire ausus extiterat. At Godefridus et ejus complices rapuerunt crucem cum Corpore Christi de manibus ejus, et vinculis eum constringentes adduxerunt Londonias et ipsum in Turri posuerunt compeditum. Quo audito, episcopus Londoniensis graviter conquestus est regi de tam enormi violatione Ecclesiæ, et procuravit audacter et constanter, ut Hubertus in capella, qua captus fuerat, re-

A.D. 1232.

to violating the peace of the church.

Matt. Par. iii. 226.

He recalls the citizens.

Luke abp. of Dublin obtains delay for Hubert,

who goes to S. Edmundsbury.

The king sends to seize him, and he takes refuge in a chapel.

Id. iii. 228.

He is dragged from the chapel, and imprisoned in the Tower.

The bp. of London compels

[1] *totaliter*] taliter, MSS. exc. E.
[2] *Franci*] Francie, E.
[3] *post eum*] postea, E.

A.D. 1232. his restoration to the chapel. He is besieged there, and surrenders. Collection of the fortieth. Death of Ranulph Blundevil, earl of Chester, 28 Oct. Conduct of Hubert on hearing of his death. Hubert's treasure at the New Temple seized by the king. Visitation of monasteries. Accusation of bp. Roger le Noir, who goes to Rome. His banishment of the Caursius from his diocese.

duceretur. Fecit igitur [rex][1] circumvallari capellam, præcipiens[2] sub pœna suspendii, ne aliquo evaderet ingenio, et ne cibum haberet excubando[3] diligenter,[4] explorarent vicecomites Hertfordiæ et Essexiæ, cum copia vigilantium, districte præcepit. Videns igitur Hubertus mortem turpissimam sibi imminere, sponte de capella exivit, offerens se vicecomitibus qui eum observabant. Dixit enim se potius velle regis misericordiam experiri, quam tabescere fame detestanda. Matt. Par. iii. 228. Id. iii. 230.

Iisdem temporibus per regios satellites, Petrum de Thanei, Willelmum de Culewrthe, et Adam filium Willelmi, fecit rex colligi per Angliam quadragesimam omnium mobilium apparentium, sicut se habuerunt in crastino sancti Mathæi, anno regni sui xvi°. Circa idem tempus, obiit Ranulphus, comes Cestriæ et Lincolniæ, apud Walingefordiam v. kal. Novembris. De cujus obitu, cum nunciaretur Huberto rumor, et dicetur quod unus de maximis hostibus suis mortuus esset, assumpto suspirio cum alto gemitu, ait, "Deus "propicietur animæ ejus,"[5] et postulans Psalterium, ante crucem stando, sine pausatione ipsum jejunus psallendo complevit pro anima comitis memorati. Eodem tempore, audiens rex quod Hubertus magnam partem pecuniæ apud Templum Novum deposuisset sub custodia Templariorum, omnia diripuit,[6] dicens, omnia hæc et alia dolose et furtim ab ærario suo fuisse subtracta. Id. iii. 229. v. Hist. Anglor. ii. 349. Matt. Par. iii. 232.

Hoc[7] etiam anno, Papa Gregorius constituit visitatores super religiosos, per universum orbem constitutos. Id. iii. 234.

Eodemque anno, Rogerus Londoniensis episcopus, accusatus inter alios super districtione frugum Romanorum, saltem de consensu, profectus est ad sedem Apostolicam, ut suam ibi purgaret innocentiam. Qui post multos labores et spoliationem obiter et emunctionem loculorum in curia, demum[8] vexatus inaniter remeavit. Nec multo post ægre sustinens usurarios Christianos quos Caursinos appellamus in civitate sua habitare, et fœnora sua variato nomine palliantes exercere, conabatur eos a diocesi sua propul- Id. iii. 240. Id. iii. 331, 332.

---

[1] A. has rex in the margin; N. in the text.

[2] *præcipiens*] præcepit, Cl.

[3] *excubando*] exculendo, E.

[4] *diligenter*] diligendo, Ch. A. N.

[5] *ejus*] ipsius, E.

[6] *diripuit*] dirupit, E.

[7] This paragraph is at the end of the year in Re.

[8] *demum*] domini, MSS. exc. E.

sare. Sed ipsi recalcitrantes, Romanæ curiæ fulti patrocinio, ipsi, post multos, quibus eum exagitaverant, labores, silentium imposuerunt. A.D. 1232.

MS. Cl. [Eodem anno, Ela comitissa Sarum fundavit abbatiam canonicorum de Lakok.] Laycock abbey founded.

Exegit rex ratiocinium ab episcopo Wintoniæ Petro Petroque de Rivallis. Item a Stephano de Segrave et Roberto Passelewe.

Matt. Par. iii. 240. Anno gratiæ MCCXXXIII°. Rex [Anglorum] Henricus iii. tenuit curiam suam ad Natale apud Wigorniam, ubi de consilio Petri Wintoniensis episcopi, omnes naturales curiæ suæ ministros a suis amovit officiis, et Pictavenses et alienigenas eorum ministeriis subrogavit. Willelmumque de Rodune militem expulit contemptibiliter, qui in curia regis vices gerebat magni Marescalli, quod idem Ricardus Marescallus nimis moleste tulit. Walterum quoque, Mauclerc cognomento, episcopum scilicet Karleolensem, idem rex [Henricus] per consilium prædictum ab officio thesaurarii expellens, centum libras ab eodem exegit, et custodias quasdam, quas eidem per cartam confirmaverat, truculenter subtraxit. Consiliarios autem suos omnes, tam episcopos quam comites ac barones, et quosdam de regno suo nobiles, ita præcipitanter abjecit, quod[1] nulli crederet nisi episcopo memorato, quasi coleret ipsum pro Deo, carumque suum Petrum de Rivallis. Unde factum est, ut expulsis castrorum custodibus per totam fere Angliam, rex omnia sub ipsius Petri custodia commendaret. Tunc idem Petrus, Wintoniensis episcopus, attraxit in suum consortium Stephanum de Segrave, regno et Ecclesiæ nimis infestum, qui dederat pravum consilium magistro Stephano, Papæ capellano, decimam collecturo ecclesiarum Angliæ, ne finem faceret cum prælatis Angliæ, sed ipsam decimam, in integrum collectam, diligenter Papæ reservaret, per quod consilium detestabile Ecclesia dampnum incurrit inæstimabile multipliciter. Per hoc enim ascendit summa collectæ in duplam fere quantitatem, et quod

Henry III. at Worcester. He expels his English ministers and puts Poitevins into their places. Bp. Peter des Roches his chief adviser. Stephen de Segrave. His advice as to the way of collecting the tithe.

Cf. Id. iii. 187.

[1] *quod*] cui, MSS. exc. T. W., which have *ut*.

A.D. 1233. pejus erat, per hoc patuit Romanæ cupiditati numerus et[1] pretium ecclesiarum, præbendarum, et reddituum singulorum Anglicanæ regionis, unde magis ac magis rapinis eorum avidius inhiabant. Sed conditionaliter convenit inter dictos ipsos Stephanos, quod pro illa proditione optineret ipse Stephanus de Segrave, ad opus filii sui clerici, a sede Apostolica indulgentiam plura beneficia, quot possint ei adquiri, libere possidendi. Sed caruit successibus fraus illa, in rempublicam nequiter machinata. Nam idem clericus, filius scilicet Stephani sæpedicti, per breve tempus, ultore Deo, vitam terminavit.[2]

This done to advance his son, a clerk, but who died early.

Robert Passelew.

Adjunctus est etiam eisdem Robertus cognomento Passeleue, qui cum Falcasio domino suo Romæ contra regem et regnum aliquando toto conamine, et effusa non minima pecuniæ quantitate, gravamina machinabatur. Hic sub Petro de Rivallis thesauros regis custodivit; sicque factum est, ut totius regni habenæ alienigenis et ignobilibus, spretis aliis, committerentur. Matt. Par. iii. 240.

Stand against them by Richard Marshal.

Nobles associated with him.

Inter nobiles igitur Angliæ surrexit quasi alter Mathathias, vir nobilis, et miles strenuissimus, comes Ricardus, regis marescallus, zelo justiciæ provocatus, regis desipientis constanter increpans simplicitatem. Ipsi quoque comiti adhæserunt Gilebertus Basset, Warinus et Philippus fratres sui, et Ricardus Siward. Id. iii. 241. Id. iii. 247.

Injustice of the king to Gilbert Basset.

His manor of Netheravon given to Peter Mauclerc.

Præter dictam causam discordiæ fomitem ministravit, quod rex, de consilio alienigenarum et quorundam jam dictorum indigenarum ipsum blanditiis et adulationibus infatuantium, manerio de Netheravene in comitatu de Wilthesire dictum Gilebertum Basset injuste et sine judicio disseisivit, spoliando violenter, et Petrum de Malolacu Pictavensem eodem investivit. Quam injuriam dictus comes reputans suam, immo publicam, per episcopos, clericos, fratres Prædicatores et Minores, insuper per suos pares multotiens regem in-

[1] *et*] om. E. | [2] *terminavit*] continuavit, E.

terpellavit, ut dictum Gilebertum Basset et alios regni naturales secundum leges et regni consuetudines, tractaret judicialiter, alienigenarum et prædictorum malignantium prava consilia non sequendo. Quorum preces et monitiones rex nullatenus exaudivit, sed ex hoc ira majori commotus, tam dictum comitem quam complices suos, in Walliam expulsos, fecit utlagari, terris et possessionibus eorum datis in direptionem, et omnibus bonis confiscatis. Et quoniam magistra[1] necessitas ad remedium excogitandum compulit memoratos, elegerunt potius tantæ injuriæ viriliter resistendum et pro patria[2] pugnandum, quam injustam et voluntariam aliquorum exhæredationem sustinere. Et licet in personam regis per casum aliquando possent desævisse, hoc nolentes, suos per prædas, spolia, incendia, modis omnibus quibus poterant, dampnificaverunt per totam æstatem et hyemem, dicta guerra perdurante.

A.D. 1233. The king refuses to do him justice, and outlaws the associated nobles.

Matt. Par. iii. 242. Eodem anno x. kalendas Aprilis mugierunt horribilia tonitrua, et secuta est per totam æstatem tanta pluviarum inundatio, quod ubique vivaria confregit et stagna atque molendina per universam fere Angliam a suis sedibus violenter evulsit. In campis nempe arabilibus pomeriisque fructiferis et aliis locis insolitis proruperunt[3] fonticuli, rivulis discurrentibus, qui pisciculos produxerunt, aptatis ad hos insolitis molendinis. Eodemque tempore sexto idus Aprilis, circa horam diei primam, ultra fines Herefordiæ et Wigorniæ, in cælo quatuor soles adulterini præter verum solem cum quibusdam circulis sese prodigialiter intersecantibus, apparuerunt; et subsecuta est strages maxima in confinio Walliæ et partibus conterminis, et in Anglia incendia miseranda.

Severe storms, March 23.

Mock suns, 8 April.

Id. iii. 248. Id. iii. 243. Hoc anno, mortuus est Warinus Basset in obsidione et assultu castri de Keerdif. Ipso vero tempore, Romæ cassata est electio magistri Johannis [Blundi]. Scripserat enim pro

Death of Warine Basset.

---

[1] *magistra*] magna, E. Re. T. W.; mag', A.; magis, N.

[2] *patria*] patrie, Ch. Cl. Re.; A. is altered.

[3] *proruperunt*] prorumperunt, MSS. exc. E.

A.D. 1233. The election of John Blund to Canterbury quashed.

eo episcopus Wintoniensis domino imperatori, ut dignaretur juvare eundem Johannem, ut promoveretur sine talibus impedimentis, quibus alii, qui ad eandem dignitatem vocabantur, fuerant præpediti. Papa vero, qui imperatorem sincero corde non diligebat, non adquievit suæ petitioni, causamque simulans cassationis suæ, objecit eidem Johanni acriter quod sine dispensatione duo beneficia, quibus annexa fuit cura, optinuerat, quæ causa, ut ait, satis valida fuit ad ipsius cassationem, et ita magis ei obfuit quam profuit episcopi Wintoniensis familiaritas et ipsius petitio. Eodem[1] tempore, electus est in archiepiscopum magister Eadmundus de Abindune. Per idem tempus, videns se destitutum comes Ricardus, confœderatus est Leolino et aliis magnatibus illius regionis, præstito juramento. Et tunc temporis, in crastino scilicet[2] beatæ Mariæ, apud Doveram applicuerunt viri bellicosi multi, ex regionibus transmarinis venientes, et ad regem apud Gloverniam pervenerunt. At rex, illorum et aliorum multorum vallatus catervis, ad Herefordensem urbem suum exercitum promovit copiosum.

Matt. Par. iii. 243.

Id. iii. 244.

Richard Marshal joins Llewellyn. The king joined by foreign troops, and goes to Hereford.

Id. iii. 248.

The bishop of Carlisle prevented from crossing.

Eodemque tempore Walterus Karleolensis episcopus, quibusdam injuriis sibi a rege illatis, apud Doveram navem erat ingressus, ut transfretaret. Supervenerunt autem quidam ministri regis, eicientes eum cum sociis suis de navi, et firmiter ex parte ipsius regis prohibebant ne absque illius licentia de regno exiret. Applicuit autem eo tempore ibidem Rogerus Londoniensis episcopus, a curia Romana reversus, qui videns injuriam illatam præfato episcopo, excommunicavit omnes qui in eum manus injecerant violentas; et inde profectus ad regem, invenit eum apud urbem Herefordensem cum exercitu suo, ibique in præsentia regis et quorundam episcoporum de violentia, Karleolensi episcopo illata, supradictam sententiam innovavit, rege tamen murmurante et ne talem ferret sententiam prohibente. Episcopo autem Londoniensi omnes qui præsentes fuerunt episcopi favorem præbuerunt.

Roger bp. of London takes his part,

and the other bishops also.

The marshal defied by the king.

Eodem tempore, rex consilio Petri Wintoniensis episcopi Marescallum diffidavit per episcopum Menevensem. Ipso

Id. iii. 249.

[1] *Eodem . . . Abindune*] om. E.

[2] Sic, as in Paris, omitting *assumptionis*.

Matt. Par. iii. 249. quoque tempore, Hubertus, qui in castro de Divisis tenebatur incarceratus, præmunitus quod eum episcopus [Petrus] fame perimere proposuerat, sponte seipsum ab alto muro misit in fossatum, et intrans [in] ecclesiam, violenter a custodibus castri extractus est. Sed reclamante viriliter episcopo, diocesano scilicet Sarum, in ipsam ecclesiam reductus, non post multum tempus, per complices Marescalli inde raptus est, et militaribus armis decenter armatus, in Walliamque adductus,[1] regis hostibus. iii. kal. Novembris est associatus. A.D. 1233. Attempt of Hubert to escape. His release by the earl marshal.

Id. iii. 252, 253.

Id. iii. 253. Per idem tempus, quadam nocte, rex apud Grosmundum, hostibus ex improviso prorumpentibus, magnam cum magna jactura incurrit confusionem. Et postea parvo lapso tempore, facta est congressio gravissima et hostilis apud castrum Monumutense, ubi ex parte Marescalli captus fuit Thomas Siwardus juvenis, bellator præclarus; ex parte regis milites quindecim, servientes autem quam plurimi. Acta sunt hæc die sanctæ Katerinæ. Eodem anno, construxit rex domum conversorum Londoniæ,[2] errorem Judaicum relinquentibus; in certis redditibus, pro animæ suæ et patris sui redemptione, illis vitæ necessaria in perpetuum assignavit. Similiter zelo Dei tactus, nobile hospitale apud Oxonias, non procul a ponte, peregrinis et infirmis per partes illas transmeantibus, propriis sumptibus fabricavit. Loss of the king at Grosmont. Skirmish at Monmouth, 25 Nov. Home for converted Jews built by the king. Hospital at Oxford.

Id. iii. 256.

Id. iii. 262.

MS. Re. [Eodem anno ecclesia de Scothowe concessa fuit in proprios usus.] Scottow, Norfolk, granted to St. Benet Holme.

Perimitur nobilis miles comes Ricardus in Hybernia. Eadmundus, consecratus in archiepiscopum Cantuariensem, pacificat fratrem ejus Gilebertum regi, simul et alios nobiles regni.

Matt. Par. iii. 263. Anno gratiæ MCCXXXIV°. Rex Henricus iii. tenuit curiam suam apud Gloverniam ad Natale Domini. Guerra, quæ anno præcedenti incepit, hoc anno terminata est. Firmatæ sunt treugæ inter regem et prædictum comitem, a Purificatione usque ad Pascha. Infra quod tempus comes [idem] in Hyberniam transfretavit. A justitiario M.[3] et ab aliis magnatibus Hyberniæ homagium et Henry III. at Gloucester. Truce with the earl marshal. The earl marshal goes to Ireland.

Id. iii. 268.

Id. iii. 273.

[1] *adductus*] ductus, E.
[2] S. exc. E. ins. *et.*
[3] *i.e.* Maurice FitzGerold.

A.D. 1234. fidelitatem sibi fieri, et castra reddi instantissime postulavit, firmiter asserens se a terra ipsa nunquam recessurum, nisi sibi prius castellis redditis. Ex quo indignantes magnates Hyberniæ, in contradictionem conspirantes, sine moræ dispendio, omnibus viribus se suosque ad resistendum paraverunt. Quadam vero die, rerum eventu exigente, dicti comitis magnanimitas, non expectatis suorum auxiliis, pugnam cum ipsis aggreditur, quem omnes fere, quos habebat præsentes, in primo conflictu solum in campo relinquentes, se in fugam converterunt, dicto comite post multorum internecionem [1] letali vulnere sauciato; et sic hostes sui victores extiterunt, et ipsum captum in proprium castrum, ubi post paucos dies diem clausit extremum, reduxerunt. Et sic consolatio Anglicana, quæ per strenuitatem ipsius comitis sperabatur respirasse, sorte tenebrosa subito obfuscabatur. Interim durantibus adhuc hujus tempestatis reliquiis, consecratus est [2] magister Eadmundus de Abindune a domino Rogero Londoniensi episcopo in archiepiscopum Cantuariensem apud [3] Cantuariam Dominica qua cantatur *Lætare Jerusalem*, scilicet iv. nonas Aprilis. Qui [4] quidem pallium accepit eodem die per manum Henrici Roffensis episcopi; qui tantam gratiam in oculis regis invenit, quod ad instantiam suam, mutato consilio alienigenarum et æmulorum dicti Huberti, omnes magnates, qui Marescallo adhæserant,[5] simul et Hubertum, ad pacem regis reduxit, et ipsis reconciliatis, et etiam Gileberto, fratre Ricardi Marescalli, in Hybernia, ut dictum est, perempti, in hæreditate fraterna liberaliter substituto, abjectisque prioribus consiliariis suis et in confusionem datis, circa Ascensionem Domini guerra est pacificata.

Conspiracy against him.

His death

Consecration of archbp. Edmund, 2 April.

Through his influence the king is reconciled with the nobles who sided with the earl marshal.

Matt. Par. iii. 272.

Cf. Id. iii. 292.

[1] *internecionem*] necationem, E.; interfectionem, T.; interjectionum, W.

[2] *consecratus est*] consecratur, E.

[3] *apud Cantuariam*] om. E.

[4] *Qui . . . episcopi*] om. E.

[5] *adhæserant*] adhæserunt, E.

Matt. Par. iii. 267. Eo ipso anno, in confinio imperii partes Alemanniæ contingenti, non procul a mari, victi sunt quidam novi hæretici, dicti Catini, et de sub cælo penitus in ore gladii sunt deleti. Ipso etiam anno aperti sunt oculi regis, et relatione fidedignorum certificatus de fidelitate et constantia comitis Ricardi Marescalli, et de proditione sibi facta per quasdam adulterinas litteras in Hyberniam transmissas, exegit ratiocinium sibi reddi de thesauro suo simul et de sigillo nequiter custoditis, a Petro Wintoniensi episcopo, et Petro de Rivallis, Stephano de Segrave, Roberto Passelewe. At ipsi regis metuentes iracundiam, subito recesserunt. Unde ad pacem ecclesiæ fugientes, episcopus et Petrus de Rivallis in ecclesia cathedrali apud Wintoniam latitabant. Stephanus vero de Segrave [1] in ecclesia sanctæ Mariæ, scilicet abbatia canonicorum,[2] ubi se clericum esse et fuisse palam protestatus est, delituit. Robertus vero ad latibulum se convertit incognitum, ita quod quærentes eum defecerunt scrutantes scrutinio, cui latitanti [3] vix tutum fuit quoddam cellarium apud Novum Templum. Archiepiscopus autem Eadmundus Cantuariæ, vir miræ sanctitatis et mansuetudinis, pacem et honorem regis et regni sitienter desiderans, omnem effudit diligentiam pluries intermeando, ut pacem inter regem et suos homines naturales solidaret. Rex autem sciens ipsum sanctum et justum, animum suum precibus suis multum inclinavit. Tandem interveniente pecunia, cum precibus pontificalibus regiam clementiam meruerunt prænotati.[4] Et sic fortunalis rota volubilitate fallibili curiales et aulicos exagitavit.

A.D. 1234.

Destruction of the Catini.

The king informed of the treachery against the earl marshal.

Id. iii. 293.

The party of bishop Peter des Roches forced to give an account of their receipts and expenses.

Their flight.

Id. iii. 294.

The archbishop mediates.

The king pardons them.

Eodemque anno, exigentibus meritis suis, datus est in confusionem comes Britanniæ per regem Francorum, cui solummodo pro nobilitate sanguinis, ne morte turpissima puniretur, regia pepercit mansuetudo, quia cum regem multiplici proditione fefellisset, attemptavit et

Treatment of the count of Britanny (Peter Mauclerc) by Louis IX. and Henry III.

[1] *Segrave*] Seigrave, E.

[2] *canonicorum*] monialium, E. This was at Leicester.

[3] *latitanti*] latenti, E.

[4] *meruerunt prænotati*] prænotatis impetravit, E.; Ch. has pronotati.

A.D. 1234. regem Francorum simili decipere nequiter impostura. Rex autem Anglorum ab illo Protheo[1] abstulit omnes terras et possessiones, quas in Anglia possidebat. Quod cum audisset idem comes versutus et fallax, ipsum scilicet utrobique cecidisse in laqueos, quos tetendit, ex ingenuo[2] comite factus est pirata nequissimus, insidians Angliæ mercatoribus, *in aquis multis operationem facientibus*, multa [multis] faciens impedimenta

He turns pirate.

Ps. cvi. 23.

Matt. Par. iii. 298.

Hugh of Patteshull made treasurer.

Anno ipso, rex percipiens simplicitatem suam a multis multotiens circumveniri, saniori fretus consilio, Hugonem de Pateshulle clericum, cujus prudentiam et fidelitatem, dum diffinitam pecuniam a vicecomitibus recepisset, indubitanter expertus est, . . .;[3] transtulit illum, ut [suus] summus thesaurarius et consiliarius, dicens ei, "*quia* "*super* aliqua tibi commissa *fuisti fidelis*, *supra* plura "*te constituam.* Pater tuus vir nobilis et magnæ "fuit auctoritatis, te quoque precor patrissare."

Id. iii. 296.

S. Matt. xxv. 21.

Quarrel between the Pope and the Romans.

Ipso quoque tempore, orta dissensione gravissima inter Papam et Romanos, idem Papa cum suis cardinalibus recessit Perusium, ubi per aliquod tempus morabatur. Et[4] ipso anno capta est insula Majorica, quæ sic dicta est ad differentiam cujusdam vicinæ insulæ minoris, quæ Minorica appellatur, quæ sunt in mari Mediterraneo inter Hispaniam et terram regis Marrochiæ. Capta est autem per regem Arragoniæ et cives Marsiliæ, et Christiano cultui restituta.[4] Anno ipso, obiit Hugo Folioth, Herefordensis antistes, cui successit magister Radulfus[5] de Maidenestanes, qui ab Eadmundo Cantuariensi archiepiscopo munus suscepit consecrationis.

Id. iii. 303.

Id. iii. 304.

He goes to Perugia.

Id. iii. 305.

Capture of Majorca by James I. of Arragon.

Bishops of Hereford.

Obiit Hugo ii Lincolniensis episcopus, [successit Robertus Grosseteste]. Petitur Ysabella soror regis in imperatricem.

Henry III. at Westminster.

Anno gratiæ MCCXXXV°. Rex Anglorum Henricus iii. ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Westmonasterium.

Id. iii. 305.

---

[1] *Protheo*] proditore, E.

[2] *ingenuo*] ingenio, Ch. A. Cl. N.

[3] The verb, perhaps *subrogat*, is omitted.

[4–4] *Et . . . restituta*] om. N.

[5] *Radulfus*] Robertus, E.

Matt. Par. iii. 305. Eodem tempore septem Judæi adducti sunt coram rege apud Westmonasterium, qui in Norwico puerum quemdam, quem furto sublatum jam per annum a conspectu Christianorum absconderant, circumciderunt, vocantes eum Jurninum, volentes eum crucifigere, ut dicitur, in sollempnitate Paschali. A.D. 1235. Crime of the Jews at Norwich.

Id. iii. 305. Sed super hoc convicti in regis præsentia, confessi sunt rei veritatem, et sic de vita sua et membris in ipsius voluntate sub carcerali custodia remanserunt.

Id. iii. 306. Ipso tempore, obiit Hugo de Welles, Lincolniensis episcopus, sexto idus Februarii, et sepultus est apud Lincolniam in ecclesia cathedrali; cui successit Robertus cognomento Groseteste, qui apud Radingum munus consecrationis ab Eadmundo Cantuariensi archiepiscopo suscepit. Eodem anno, Id. iii. 307 obiit Willelmus abbas sancti Albani, die sancti Mathiæ apostoli, postquam strenue suam[1] rexerat ecclesiam annis viginti et mensibus tribus; cui successit Johannes prior Hertfordiæ, videlicet cujusdam cellæ ad ecclesiam sancti Id. iii. 306. Albani pertinentis. Et circa eosdem dies, Henricus de Santfordia, Rofensis antistes, diem clausit extremum sexto[2] MS. N. kalendas Martii, [et electus est magister Ricardus de Wendene septimo kal. Aprilis in crastino Annunciationis Dominicæ.

Death of bp. Hugh de Wells of Lincoln. Robert Grosseteste bp. Death of William, abbat of S. Alban's. John of Hertford abbat. Richard de Wendene bp. of Rochester.

[In eodem tempore mota est lis inter archiepiscopum et conventum Roffensem super electione Roffensium, qui appellaverunt pro libertate ecclesiæ suæ et jure electionis suæ ad sedem Apostolicam; et missis duobus fratribus cum quibusdam aliis clericis, optinuerunt litteras a domino Papa Gregorio ad judices, videlicet, ad dominum abbatem[3] de Waledene et dominum priorem[4] de Mertone et ad archidiaconem[5] Northamptoniæ. Quibus demandatum fuit a domino Papa, ut infra quatuor menses post susceptionem litterarum causam terminarent, aut eam diligenter instructam ad sedem remitterent Apostolicam. Et vacabat Roffensis ecclesia per totum annum.]

Appeal of the convent of Rochester against the abp. respecting the liberty of their church and the right of election to the see.

---

[1] *suam*] om. E.
[2] *sexto*] quinto, N.
[3] Robert.
[4] H. de Basyng.
[5] John of Houghton.

A.D. 1235. The crusade preached by the Pope's directions.

Hoc etiam anno, qui est annus octavus[1] postquam constitutæ sunt treugæ decennales in terra Promissionis inter Romanum imperatorem Frethericum et Babiloniæ soldanum, facta est prædicatio sollempnis de cruce assumenda per orbem universum, Christiana fide insignitum, ad commonitionem et instantiam dicti Gregorii Papæ, qui litteras in diversas orbis partes prælatis, in theologia et officio prædicandi peritis,[2] per Minores et Prædicatores, autenticas destinavit, et prosperatum est negotium crucis in manibus eorum. Matt. Par. iii. 309.

Isabella asked by the emperor in marriage.

Ipso quoque anno, post Pascha, imperator Frethericus, missis nuntiis in Angliam, petiit a domino rege Henrico Isabellam sororem suam sibi dari in uxorem. Consilio itaque super hoc cum suis habito, eam cum nunciis suis,[3] viris spectabilibus, eidem imperatori destinavit, quam quidem venerabiliter acceptam desponsavit die Pentecostes vi. kalendas Junii. Id. iii. 318.

Alienora of Provence asked by Henry III. in marriage.

Eodem anno, misit rex sollempnes nuntios in Provinciam, ut nomine suo Alienoram, filiam comitis Provinciæ, ipsi ducerent in uxorem. Qui, sponsalibus inter eos contractis, fecerunt per Robertum Muchegros militem nomine regis per verba de præsenti die sancti Clementis apud Tarascum contrahi matrimonium, quod postmodum apud Vienniam xviii. kalendas Januarii fuit innovatum. Id. iii. 334.

27 May.

Capture of Cordova by Ferdinand III.

Hoc quoque anno, Corduba, nobilis civitas Hyspaniæ, a rege Castellæ capta est, fratre[4] Miramulini ibidem occiso, cum innumerabili plebe infidelium.[5]

Death of Robert Fitzwalter.

Eodemque anno, in Adventu Domini, obiit Robertus, filius Walteri. Per idem tempus, Petrus Wintoniensis episcopus ad mandatum domini Papæ Romam profectus est. Id. iii. 309.

The Decretals.

Compositæ sunt sub compendiosa abbreviatione decretales Gregorianæ. Id. iii. 328.

End of Roger of Wendover's Chronicle.

[Huc[6] usque Rogerus de Wyndeshore cronica sua digescit.] MS. Cl. from Id. iii. 290 n[1], 327 n[2].

---

[1] *octavus*] om. MSS.

[2] *peritis*] peritos, MSS.

[3] *suis*] om. E.

[4] Aben Hud.

[5] *infidelium*] fidelium, MSS. exc. E.

[6] Wendover's history really ends in the middle of this year, with the account of the marriage of Frederick II. and Isabella.

MS. Re. [Hoc etiam anno obiit Reginaldus de Cresi persona de Wroxham.] A.D. 1235. Death of Reginald of Wroxham.

Rex Angliæ Henricus duxit Alienoram, filiam comitis Provinciæ. Oritur discordia inter Papam et imperatorem.

Matt. Par. ii. 334. Anno gratiæ MCCXXXVI°. Tenuit rex Henricus iii. ad Natale Domini curiam suam apud Wintoniam. Ipso anno, Henry III. at Winchester.

Id. iii. 336. rex idem Henricus duxit Alienoram filiam comitis Provinciæ Reimundi in uxorem, qua desponsata apud Cantuariam nuptias celebravit apud Westmonasterium die sanctorum His marriage with Alienora of Provence.

Id. iii. 378. Fabiani et Sebastiani. Eodem anno xvii. kalend. Septembris obiit Thomas de Blumvilla, episcopus Norwicensis, cui successit Radulfus die Apostolorum Simonis et Judæ. Bishops of Norwich.

Id. iii. 388. (a. 1237.) Eodemque anno magister Walterus de Cantelupo electus est in episcopum Wigorniensem. Walter de Cantelupe, bp. of Worcester.

Id. iii. 379. Obiit Thomas abbas Eveshamiæ quarto idus Decembris, cui successit Ricardus prior Hurleiæ,[1] qui vii. kalend. Octobris fuit electus, et prima dominica Adventus proxime[2] sequentis apud Heywude[3] a Coventrensi episcopo benedictionem accipiens, in crastino beati Nicholai fuit in ecclesia Evesham. Abbats of Evesham.

Id. iii. 341. sollempniter installatus. Diebus etiam illis, rex Henricus, pro salute animæ suæ et reginæ suæ et ut Deus jocundum principium fine felici consummaret, sobolem conferendo fructuosam, concessit apud Meretonam et constituit quasdam bonas novas leges, et jussit eas per regnum suum in perpetuum inviolabiliter observari. Laws of Merton. Quæ leges vel consuetudines longis retroactis temporibus exleges extiterant et injuriosæ, sicut in scripto tunc super his confecto poterit diligens indagator plenius

Id. iii. 339. edoceri. Circa idem tempus, circiter per tres menses, tanta pluviarum continuarum abundavit inundatio, quantam se meminit nullus prævidisse. Heavy rains.

Id. iii. 361. Per idem tempus, orta est discordia nimis dispendiosa inter dominum imperatorem Frethericum et viros Ytalicos, qui communiter ad imperium ab antiquo spectare di- Quarrel of the emperor with the Italians.

[1] *Hurleiæ*] Urel, E.
[2] *proxime*] proxima, MSS.
[3] *Heywude*] Hynewode, E.

A.D. 1236. noscuntur.[1] Et quia dominus Papa parti Ytalicorum favit manifeste, præcipue Mediolanensium, quorum fama super multis hæresibus, usuris, et symoniis laboravit, multorum fidelium diatim dimisit[2] devotionem. Et eodem anno, in civitate Aurelianensi, orta est dissensio inter clerum et cives, et prosilientibus utrisque ad arma, commissum est bellum inter eos civile et intestinum, et prævalentibus civibus, post multi sanguinis effusionem, trucidati sunt multi ex scolaribus genere præclari, et mersi in flumine Ligeri. Sed eorum parentes in ultione gravi a civibus cito postea sanguinem occisorum requirebant. Tota vero civitas ab episcopo ipsius civitatis interdicto est supposita, et totum regnum Francorum graviter perturbatum, donec magnorum virorum providentia seditio quievit refrænata. Sub ipso quoque tempore ortum est horrendum scisma inter Romanam ecclesiam et Græcam, ita ut jubente Papa, multi præcipue per regnum Francorum ad Græcorum expugnationem cruce signabantur. Circa dies illos invaluit hæretica pravitas eorum, qui vulgariter dicuntur Paterini vel Bugares,[3] in partibus primo Transalpinis, adeo quod fidei puritatem in finibus Franciæ et Flandriæ ausi sunt contagione maculare. Sed diligenti ministerio et indefessa prædicatione theologorum Minorum quoque et Prædicatorum, præcipue magistri Roberti, fratris de ordine Prædicatorum, cognomento Bugre, ab illo errore conversi, confusa est eorum superstitio et error[4] deprehensus, et conversionem refutantes incendio fecit miseras animas exalare. Illis quoque diebus facta est strages maxima Judæorum in partibus Ytalicorum,[5] ita ut multi eorum in Franciam et Angliam ad refugium convolarunt. Tunc

Matt. Par. iii. 375.

The Pope favours the Milanese.

Disturbances at Orleans.

Id. iii. 370.

The Greek schism.

Cf. Id. iii. 386.

Heresy of the Paterines and Bulgarians.

Id. iii. 361.

Slaughter of the Jews.

Id. iii. 369.

---

[1] Here Lamb. ins. (rather later) "Quidam intravit cameram domini regis apud Hadestok cum duobus cultellis, et voluit occidisse regem et reginam; sed captus fuit, detractus, et suspensus."

[2] *dimisit*] amisit, E.

[3] *Bugares*] Bougres, E.

[4] *error*] om. MSS. It is from Paris; E. om. *et* and alters *deprehensus* into *deprehensa*; deprehensos, T. W.; A. altered; deprehensio, N.

[5] *Ytalicorum*] illis, E.; in Hispania, Matt. Par.

Matt. Par. iii. 366. vero temporis obiit nobilis miles, Willelmus de Albeneo. A.D. 1236.

Id. iii. 364. Necnon sub eisdem temporibus dominus imperator Frethericus ad regem Angliæ nuncios sollempnes destinavit, pecuniam non minimam, quam ei cum sorore sua rex promiserat, instantia magna postulantes. Ipso anno, magni et multi fontes et rivi insoliti proruperunt, pisces fluviales nutrientes. Id. iii. 379. In crastino vero beati Martini et per octavas ipsius, vento validissimo, associato tumultu quasi tronitruo, inundaverunt fluctus maris, metas solitas transeuntes, ita quod in confinio ipsius maris, et in marisco, utpote apud Wisebeche et locis consimilibus, naviculæ, pecora, necnon Id. iii. 378. et hominum maxima periit multitudo. Circa illa tempora episcopus Wintoniensis venit de partibus transmarinis.

Death of William of Albini.

The emperor sends for his wife's dowry.

Floods and storms, Nov. 12.

Return of bp. Peter desRoches.

MS. N. [Miserunt etiam eodem anno monachi Roffenses nuncios suos secundo ad curiam domini Papæ cum relatione causæ electionis suæ, videlicet fratrem A. de Granvilla et Symonem de Clyve, ii. idus Martii. Quæ relatio reprobata est a domino Papa, eo quod non facta est in causa litis contestatio. Et rescripsit dominus Papa iterum aliis judicibus, ut causam plenius instructam ad sedem remitterent Apostolicam. Redierunt autem dicti nuncii in octavis Nativitatis beatæ Mariæ in Angliam cum mandato domini ad judices per curiam Romanam super eandem causam.]

Progress of the appeal the convent of Rochester against Canterbury.

Exigitur auxilium pecuniare. Promittitur emendatio.

Matt. Par. iii. 380. Anno gratiæ MCCXXXVII°. Rex Henricus iii. tenuit curiam suam ad Natale Domini apud Wintoniam. Misit autem continuo per omnes fines Angliæ scripta regalia, præcipiens omnibus ad regnum Angliæ spectantibus, videlicet archiepiscopis, episcopis, abbatibus et prioribus installatis, comitibus et baronibus, ut omnes sine omissione in octavis Epiphaniæ Londoniis convenirent, regia negotia tractaturi, totum regnum contingentia. Quod audientes magnates, regiis præceptis continuo paruerunt, credentes se papalia vel imperialia mandata, communem statum contingentia, contractare. Convenit igitur die præfixo Londoniis universa regni nobi-

Henry III. at Winchester.

Parliament summoned to London.

A.D. 1237. lium multitudo, et cum in palatio monasterii consedissent,[1] Matt. Par. iii. 380.

Speech of William de Raleigh demanding an aid for the king.

regis voluntatem audituri, surrexit in medio Willelmus de Rale, regis clericus familiaris, in cujus ore rex verba sua posuerat, magnatibus suis proponenda, et ait, "Mandat "vobis dominus rex, quod sine thesauro est, sine cujus "adminiculo regnum non potest esse securum. Multa "enim exposuit in expensis sororis suæ imperatricis. v. Hist. Angl. ii. 393. "Multa elapsa sunt in custodiis variorum custodum, "quibus quasi sibi credidit, qui secus quam decuit "vel expedivit sibi credita tractaverunt. Verumptamen "quicquid antea fecerit, de cætero spretis alienigenis "et eorum consiliis, quorum cavillationes non sine "multis dampnis expertus est, suorum naturalium con- "siliis inclinabit. Auxilium igitur a vobis postulat instanter "pecuniare, ut per regium thesaurum status regni con- "firmetur." Quod verbum cum graviter nimis omnes accepissent, resonuit murmur cum gemitibus et dolore, eo quod totiens delusa est regis simplicitas, quæ delusio semper in dampnum reipublicæ dinoscitur redundare. Insuper quod tam crebro ab ipsis, quasi a servis ultimæ conditionis, sine fructu extorquetur pecunia. Quod cum rex cognovisset, cupiens murmur hoc sedare, pollicebatur sub jurejurando, se nunquam amplius nobiles

A thirtieth demanded.

regni injuriando lacessere vel molestare, vel eorum pecuniam talibus exactionibus mutilare, dummodo tunc eidem benigne tricesima [pars] mobilium[2] Angliæ concederetur, sponta-

He promises to observe Magna Carta.

neaque promisit voluntate, libertates magnæ cartæ suis Matt. Par. iii. 382. regni fidelibus ex tunc inviolabiliter observare. Et quia videbatur non[3] penitus immunis a sententia, quam tulerat archiepiscopus cum omnibus episcopis Angliæ in omnes violatores prædictæ cartæ, quam malo consilio fretus in parte violaverat; ne suspectus in posterum haberetur, fecit in publico innovare sententiam prætaxatam in omnes dictæ cartæ contradictores aut violatores; sic ut si ille per aliquem conceptum rancorem forte eam non observaret, in[4]

---

[1] *consedissent*] constetissent, E.

[2] *mobilium*] nobilium, T.

[3] *non*] repeated in Ch.

[4] *in latam*] illatam, E.

Matt. Par. iii. 382. latam sententiam gravius recidivaret. Unde factum est, ut hæc audientium corda pacificaret. Concessa est igitur benigne ei sub tali conditione tricesima pars regni, scilicet mobilium, ad sui dispersi thesauri restaurationem, salvis unicuique auro suo et argento, equis et armis, in reipublicæ utilitatem expendendis. A.D. 1237. A thirtieth granted.

Cf. Id. iii. 385. Eo tempore Leolinus princeps Norwalliæ, percussus paralisi, graviter infirmabatur. Misit igitur, antequam hujus rei fama dispergeretur, Herefordensem et Cestrensem episcopos ad regem Angliæ, rogans attentius in Domino regiæ clementiæ ex tunc sincero corde conciliari, et indissolubili amicitia sub certa forma confœderari. Considerabat enim principatus sui et corporis debilitatem, et filiorum suorum invidiam, Griffini scilicet et David, perpendens quod ipso mortuo dissiparetur eorum consilium, et *in seipsum divisus* principatus juxta illud evangelicum, magnam indueret *desolationem*. Sed multi magnatum Walliæ, hæc non acceptantes, ipsius Leolini cor usque ad tædium vitæ in suam propriam perniciem amaricarunt. Submission of Llewellyn-ap-Jorwerth. S. Luc. xi. 17.

Id. iii. 386. Circa eadem tempora, Ricardus hæres comitatus Gloverniæ Margaretam, filiam Huberti [de Burgo], comitis Cantiæ, clam sibi matrimonio, procurantibus eodem comite et uxore ejus Margareta, copulavit. Unde in ipsum comitem ira regis vehementer excanduit, et divortium inter ipsos faciendum pro posse procuravit, proponens ipsum dictum Ricardum cum alia uxore maritandum. Marriage of Margaret de Burgh and Richard de Clare. Anger of the king.

Id. iii. 387. Eodem anno, dominus imperator Frethericus, ad impetus seditiosos, qui frequenter[1] in urbe Romana solent oriri, . . .[2] alterum senatorem creari[3] constituit. Et circa illa tempora, dominus Papa vocavit comitem Britanniæ ad suum consilium, sciens illum bellicosum et in guerræ dolis versutum et ingeniosum. Sed cum idem comes thesauro papali vacuos loculos replevisset, quæsivit diverticula,[4] asserens non audere imperatorem sapientissimum et potentissimum infestare, ne magnitudinis suæ mole premeretur. Sed A second senator at Rome created by Frederick II. Peter Mauclerc called to the Pope's counsels.

[1] *frequenter*] frequente, Ch.

[2] *comprimendos* or some similar word is wanting.

[3] *creari*] creatori, Ch. A. (orinally).

[4] *diverticula*] divercula, Ch. A. altered.

A.D. 1237. si dominus Papa ipsum vellet mittere ad expugnandum crucis inimicos, ut potius deberet desiderare, paratus erat patris sui præceptis obedire. Erat autem cruce signatus, et oportuit eum ex crucis acceptæ voto transfretare. Quod cum Papa comperisset, dissimulans se laici muscipulari fallaciis, dimisit eum in pace.

Walter de Cantelupe, bp. of Worcester.

Ipsis diebus, ingressis viam universæ carnis Wigorniensi et Norwicensi episcopis, elegerunt monachi Wigorniæ magistrum Walterum de Cantelupo in præsulem, quem cum [1] difficultate dominus Papa acceptando in episcopum consecravit. Norwicenses autem priorem suum, virum religiosum ac discretum, sibi in præsulem elegerunt; cujus electio licet rite facta, quia tamen regi displicuit, quibusdam ridiculosis exceptionibus, non sine conscientiæ reatu, est cassata. Matt. Par. iii. 388.

Simon of Elmham elected bp. of Norwich.

Death of John de Brienne, king of Jerusalem.

Temporibus etiam sub ipsis, sullatus est de medio immortalis memoriæ Johannes de Bresne, quondam rex Jerosolimitanus, jam pæne culmen Constantinopolitani imperii adeptus. Frater [2] quoque Jordanus, prior fratrum Prædicatorum, vir vitæ venerabilis, submersus in mari Mediterraneo, ab exilio hujus mundi ad patriam migravit claritatis æternæ, qui cum beato sanctorum consortio creditur annumerari. Et diebus illis, per papam Gregorium, qui his novis ordinibus favorabilis extiterat, canonizati sunt et in sanctorum cathologo [3] annumerati, meritis suis exigentibus, sanctus ex ordine Prædicatorum frater Dominicus et sanctus ex ordine Minorum frater Franciscus. Id. iii. 390.

Jordan, prior of the Dominicans, drowned.

SS. Dominick and Francis canonized.

Cf. Id. iii. 135.

Death of Richard bp. of Durham, who is buried at Tarrant Kaines.

Anno eodem, Ricardus Dunelmensis episcopus, qui prius duobus præfuit episcopatibus, Cicestrensi videlicet et Sarum, in secunda hebdomada Passionis Dominicæ migravit ad Dominum, apud Tharentam in Wiltesire,[4] ecclesiam monialium, quam fundaverat, accipiens sepulturam. Id. iii. 391. Id. iii. 392.

Thomas de Melsanby elected bishop.

Monachi vero Dunelmenses, invocato de supernis auxilio, priorem suum, virum discretum et religiosum, in episcopum suum unanimiter elegerunt. Id. iii. 394.

John le Scot, earl of Chester,

Circa illa tempora comes Cestriæ Johannes, Scotus cognomento, potionatus, ut dicitur, obiit, et ejusdem pestis genere episcopus Lincolniensis præventus, vix est a portis

[1] *cum*] om. E. T.; sine, Matt. Paris.

[2] *Frater*] Erater, Ch.

[3] *cathologo*] collegio, E.

[4] An error for Dorsetshire.

mortis revocatus. Ipsis quoque temporibus pœnituit regem tot et tantos honores fratri suo Ricardo, necnon et Gileberto Marescallo et quibusdam aliis, qui sibi videbantur ingrati, contulisse. Misit igitur Romam nuncios secretos et familiares ad Papam, rogans attentius ut legatum [1] in [ipsum] Angliæ regnum, quod sibi specialiter spectare videbatur, dignaretur sine dilatione destinare, et [2] statum regni periclitantem per [3] ipsum procuraret reformare. Magister igitur Otto, sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, venit legatus in Angliam, circa festum beatæ Mariæ Magdalenæ, qui postea in octavis beati Martini sollempne celebravit concilium Londoniis in ecclesia sancti Pauli, quod per tres dies continuos perduravit. Convocatis omnibus prælatis Angliæ et Walliæ, dominis Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis, de prima et proxima sessione, a dextris ipsius legati, in dicto concilio, multa ad reformationem status Anglicanæ ecclesiæ fuerunt agitata [4] et quædam vetera innovata. Et ne videretur nihil fecisse, aut pro nulla ecclesiæ reformatione in Angliam venisse, jussit sub formidabili pœna ut ecclesiæ non dedicatæ dedicarentur.

A.D. 1237. and bishop Grosseteste poisoned. The king sends to Rome for a legate. Arrival of Otho. Matt. Par. iii. 404. Abridged from Id. iii. 416–421. He holds a council in St. Paul's. All churches to be dedicated.

Id. iii. 470. Hebdomada autem proxima ante Natale, transfretavit Eadmundus Cantuariensis archiepiscopus, Romam aditurus pro quibusdam negotiis ecclesiam suam contingentibus. Et circa dies illos ditissima civitas ac nominatissima,[5] Corduba in Hyspania, super Sarracenos capta, per regem strenuissimum ac Christianissimum Amfulsum,[6] regem Castellæ, est [7] cultui Christiano restituta.[8]

Abp. Edmund crosses. Cordova taken. Id. iii. 384.

MS. Re. [Hoc etiam anno dompnus Sampson abbas hujus loci ex hac luce decessit atque Robertus de Torkeseye successit.]

Abbats of St. Benet Holme.

MS. N. [Eodem tempore nuncii Roffensis ecclesiæ tertio petierunt curiam Romanam cum relatione causæ suæ,

Progress of the Rochester suit at Rome.

[1] *legatum*] per legatum, E., reading *quem* before *dignaretur* below.
[2] *et*] om. E.
[3] *per ipsum*] om. E.
[4] *agitata et*] om. MSS.
[5] Ch. A. Cl. repeat *civitas*.
[6] *Amfulsum*] sic for Ferdinandum; this is partially repeated from above, p. 141.
[7] *est*] et, MSS. exc. E.
[8] *restituta*] constituta, MSS., exc. Cl. Re.

A.D. 1237. xiii. kal. Martii, et steterunt in curia per totum annum, impediti per guerram inter dominum Papam et imperatorem Alemannorum et per dissensionem cardinalium et rursum per expectationem adventus domini Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi ad curiam Romanam pro dicta causa ecclesiæ Roffensis.] MS. N.

Orta dissensione inter scolares Oxoniæ [et Romanos], occisus est frater et cocus legati. Baldewinus Constantinopolitanus imperator fuit in Anglia. Obiit regina Scotiæ.

Henry III. at Westminster.

Anno gratiæ MCCXXXVIIIº. Tenuit rex curiam suam Londoniis [ad Natale] apud Westmonasterium, ubi in crastino Epiphaniæ rex Alienoram sororem suam, comitissam [de] Penbrock, nuptui Symoni de Monteforti tradidit.[1] Propter quod comes Ricardus indignabatur plurimum; unde totum regnum fuit commotum. Postmodum circa festum sancti Hyllarii proxime sequens, rex Henricus sine consilio barnagii maritavit Ricardum de Clare, filium comitis Gloverniæ, Matildi filiæ comitis Lincolniæ, unde maxima succrevit indignatio Ricardi comitis, et fere omnium magnatum Angliæ. Qui fere omnes cum equis et armis venerunt apud Suwerch in octavis sancti Hyllarii, volentes irruere in Symonem de Monteforti et comitem Lincolniæ, pace totius regni turbata. Quæ turbatio caute per dominum Ottonem, tunc legatum, et per electum Valentinum Willelmum, qui in ipsa turbatione venit de partibus transmarinis, fuit sedata, amotis tunc a consilio regis comite Lincolniæ et Symone de Monteforti.

Matt. Par. iii 470.

Marriage of Simon de Montfort and Alienora.

Id. iii. 475.

Marriage of Richard de Clare and Maud de Lacy.

Id. iii. 476.

Action of the nobles.

Peace made by the legate and the elect of Valence.

The legate goes to Oxford, and stays at Osney.

Eodem anno, dominus Otto legatus in festo Paschæ apud Lincolniam extitit inde post quindenam Paschæ; per Oxoniam transitum faciens, apud Oseneyam divertit, ubi familia sua clericos scolares ejusdem villæ ad jurgia et convicia provocante, habitus est conflictus inter eos, ita ut ipsis irruentibus in Romanos, et Romanis resistentibus, cocus domini legati ibi fuit interfectus, pluribus ex utraque parte letaliter vulneratis.

Cf. Id. iii. 482.

Quarrel between the legate and the Oxford scholars.

[1] *tradidit*] dedit, E.

This is a different account from that in Matt. Par. iii. 481–485.

Dictus siquidem legatus, usque ad vesperas a clericis obsessus, turrim ecclesiæ ascendens præ timore, secretius misit ad regem apud Abendune tunc existentem, rogans instanter ut ipsum ab obsidione liberaret; qui in crastino per milites suos usque Walingeford conductum præstitit eidem, ubi omnes, qui in ipsum insultum fecerunt, publice excommunicavit, et officio et beneficio privatos denunciavit, et irregulares promulgavit. Omnes nihilominus ecclesias Oxoniæ interdicto supposuit, studium ibidem suspendendo. Quas sententias per Wintoniensem episcopum et de Eveshame[1] et de Abendune[2] abbates in crastino Apostolorum Philippi et Jacobi, clero et populo convocato, cum magna sollempnitate apud sanctam Fretheswidam Oxoniæ fecit publicari et executioni demandari. Rex vero propter pacem suam infractam, magistrum Odonem de Kilkenny, qui dicto insultui dicebatur interfuisse, cum xviii. aliis scolaribus capi fecit et in carcerem detrudi, privilegio clericatus penitus relegato; et sic tota æstate apud Oxoniam, scolaribus dissipatis, studium suspendebatur. Tandem abbate[3] et canonicis Oseneyæ et magistris Oxoniæ regentibus, discalciatis pedibus, capitibus discoopertis, superioribus vestibus exutis, et discinctis, veniam a legato pluries humiliter petentibus, et sic ad ultimum per mediam civitatem Londoniarum usque ad domum Dunelmensis episcopi, ubi hospitium tunc fuerat,[4] proficiscentibus, veniam consequi meruerunt, studio apud Oxoniam restituto, et dictis sententiis relaxatis.

A.D. 1238.

His cook killed.

He sends to the king.

The scholars excommunicated.

Odo of Kilkenny and others imprisoned.

The scholars submit, and are pardoned.

Matt. Par. iii. 479.

Tunc vero temporis, obiit Johanna soror regis, scilicet regina Scotiæ, quæ venerat in Angliam, ut fratrem suum regem visitaret, quæ sepulta est apud Tharente domum sanctimonialium quarto nonas[5] Martii. Illo quoque anno,

Death of Joanna, queen of Scotland.

Id. iv. 480.

data est sententia pro monachis Rofensibus a domino Papa,

[1] Richard le Gras.
[2] Luke.
[3] John de Lecche.
[4] *fuerat*] habuit, A. (marg.).
[5] *nonas*] om. Ch.; idus, T.; kal., W.

A.D. 1238. The controversy between the archbishop and the Rochester monks settled.

super controversia mota inter archiepiscopum et eosdem monachos, de episcopo sibi eligendo. [Vocatusque est pluries dominus archiepiscopus ad audientiam domini Papæ eodem die, ut interesset sententiæ; qui existens in curia noluit comparere nisi per procuratores, videlicet per magistrum Symonem de Langetone archidiaconum Cantuariæ et magistrum T. de Frakeham.] Et confirmatus est electus[1] eorum, magister Ricardus de Wendene,[2] die sancti Cuthberti. [Et ob hanc causam factum est festum sancti Cuthberti duplex in ecclesia Roffensi, qui prius fuerat in albis. Et redierunt dicti nuncii Roffenses cum summa victoria a sede apostolica xvii. kal. Augusti. Consecratus est igitur dictus magister Ricardus electus Roffensis apud Cantuariam in crastino sancti Eadmundi regis in ecclesia sancti Gregorii, quia archiepiscopus suspenderat ecclesiam Cantuariensem a divinorum celebratione, assistentibus archiepiscopo Rogero Nigro Londoniensi, Roberto Grosseteste Lincolniensi, et domino Hugone Elyensi et domino Radulpho de Nevile Cicestrensi episcopis, et archidiacono Cantuariensi cum nobilium clericorum multitudine, præmissa debita postulatione ab Ricardo priore Roffensi. Installatus est idem episcopus in die beati Andreæ apostoli apud Roffam per magistrum Symonem archidiaconum Cantuariæ.]

Matt. Par. iii. 480. MS. N.

Matt. Par. iii. 480. MS. N.

Data est sententia a domino Papa pro monachis Roffensis ecclesiæ de episcopo sibi eligendo, et consecratur est in episcopum Roffensem magister Ricardus de Wendene.

Conf. 20 March. Cons. 21 Nov. Installed 30 Nov.

Arrival of the emperor Baldwin II.

Eodem [quo]que tempore, dominus[3] imperator Constantinopolitanus, expulsus ab Græcorum imperio, venit in Franciam et Angliam, ut a Francorum et Anglorum regibus, amicis suis et consanguineis, efficax consilium et auxilium ad jura sua reposcenda postulando consequeretur. Tulit autem secum coronam spineam, quam Judæi plectentes capiti Jesu Christi crucifixi imposuerunt. Anno quoque eodem, dominus rex Angliæ misit præsidium militare Fretherico imperatori ad sibi subjugandum rebelles suos in Ytaliam, sub ducatu Willelmi

Matt. Par. iii. 480.

The crown of thorns.

Id. iv. 75.

Aid sent by Henry III. to the emperor in Italy.

Id. iii. 485.

[1] *electus eorum*] eodem die a domino Papa electus Roffensis, N.

[2] *Wendene*] Wendovre, MSS. exc. N.

[3] *dominus*] Baldewynus, E.

Matt. Par. iii. 485, 486. electi Valentini, Henrici de Trubluville, militis præclari, et Willelmi Hardel clerici, sub quibus exercitus Anglorum domino imperatori per totam æstatem, non sine magno dampno Lumbardorum imperio rebellium, strenue a rege stipendiatus, militavit. Unde Papa maximam contra Anglos concepit indignationem. Eodemque tempore, soldanus Persarum potentissimus, et domino imperatori amicissimus, de quo certe sperabatur quod quandoque baptismi susciperet sacramentum, viam universæ carnis est ingressus. Per idem tempus, Symon de Monteforti transtulit se ad curiam Romanam, ubi effusa non minima pecunia, a domino Papa impetravit, ut ratum haberetur matrimonium, quod non sine læsione conscientiæ contraxerat cum Alienora, regis Henrici iii. sorore. Votum enim sollempne fecerat coram Eadmundo archiepiscopo de continuanda in vita sua castitate.

A.D. 1238.

Id. iii. 487.

Death of Malek-el-Kamel, sultan of Cairo.

Simon de Montfort obtains a dispensation for his marriage.

Id. v. 1.

Id. iii. 491. Circa idem tempus domino imperatori circa Mediolanum obsidionem continuanti, omnes fere mundi principes, exemplum a rege Angliæ accipientes, præsidium militare destinarunt. Sed infecto negotio ad Brixentium, qui Mediolanensibus indeficienter auxiliabantur, se[1] transtulit obsidionem.

Siege of Milan.

Siege of Brescia.

Id. iii. 492. Eodemque anno, Eadmundus Cantuariensis archiepiscopus a curia Romana rediit, sub quo etiam tempore prior[2] et conventus Cantuariensis maximam induit confusionem; unde prior, quasi depositus per legatum, ordinem cum quibusdam aliis fratribus intravit Cartusiensem.[3] Inde[4] electo alio priore[5] secus quam deceret, ipse electus, et electores cum toto conventu, supponitur interdicto,

Return of abp. Edmund.

His quarrel with the Canterbury monks.

Id. iii. 489. ab archiepiscopo excommunicatus. Eo tempore obiit

Death of bp. Peter des Roches.

Id. iii. 493. Petrus Wintoniensis episcopus. Quod cum rex cognovisset, omnem, quam potuit, adhibuit diligentiam, ut inclinaret corda monachorum Wintoniensium ad electionem Willelmi electi Valentini, ut eundem in præsulatum promoverent.[6] Sed monachi videntes ipsum esse alienigenam, et nobilibus regni suspectum, posseque de facili nocere ipsi

Endeavours of the king that William, elect of Valence, should succeed.

---

[1] *se*] om. E.

[2] John of Chetham; v. Gervase of Canterbury, ii. 131, 133.

[3] *Cartusiensem*] Cartucensem, Ch. A. N. Re.

[4] *Inde*] In, Ch. A. N. W.; altd. in Re. to *Et*.

[5] Roger de la Le.

[6] *promoverent*] promoveret, MSS. exc. E.

A.D. 1238. regno, cum frater ejusdem electi comes [1] sit Flandrensis, et si forte in subversionem regni conspirarent, alter alteri efficaciter auxiliaretur, noluerunt aliquo modo consentire. Unde rex ipsis dampna incessanter et gravamina undique inferre moliebatur. Ipsi vero maluerunt persecutionem pati pro justitia, quam soli regi acceptum virum, curæ pastorali insufficientem, moribus, gestu, et litteratura incompositum, natu alienum, et de effusione sanguinis infamem, in suarum pastorem animarum eligere, contra suarum conscientiarum puritatem. Dissimulantes igitur monachi, sub induciis a rege impetratis, elegerunt Willelmum de Rale, virum discretum et regi familiarissimum, quem nullo modo credebant regem velle repellere. Quod cum rex cognovisset, iratus valde, nec electionem nec electum acceptavit, immo ipsum Willelmum electum a consilio suo et familiaritate propulsavit. Similique episcopum Cicestrensem impetu, quem monachi pio spiritu postularunt, ab officio cancellariæ privavit et sua familiaritate exclusit, necnon auctoritate domini Papæ, missis ad curiam Romanam magistris Symone Norman no et Alexandro seculari, legistis conductitiis, non sine multæ pecuniæ effusione, cassari procuravit.

The monks refuse,

and elect William de Raleigh.

The king refuses to accept him.

They then elect Ralph Neville, bishop of Chichester.

The king deprives him of the chancellorship, and has the election quashed.

Matt. Par. iii. 495.

Eodem anno, circa [2] festum sancti Mathæi, quidam faci- Id. iii. 497.
norosus pseudoclericus, infatuatum se simulans, donec secreta diverticulorum explorasset in curia regis, nocte quadam apud Wudestoc clam ingressus per fenestram, rege et regina in alia camera, divina eos protegente clementia, eadem nocte decumbentibus, ad clamorem cujusdam sanctissimæ et generosæ mulieris, scilicet Margaretæ Biset, quæ secundum consuetudinem ad psallendum in psalterio suo excubabat, et postea aliarum puellarum, quas in ipsa camera invenerat, est interceptus. Qui postmodum vinculis astrictus, se ad interficiendum regem et reginam ibi missum fuisse ore polluto est confessus. Hic, post modicum temporis intervallum apud Coventre per equos distractus, mem-

Attempt to assassinate the king at Woodstock.

Execution of the assassin at Coventry.

---

[1] Thomas.

[2] *circa . . . Mathæi*] from the next paragraph in Matt. Par. iii. 498.

Matt. Par. iii. 498.

bratim in quatuor partes [est] divisus. Cujus partes ad majores regni civitates in tanti sceleris memoria missæ sunt distrahendæ et suspendendæ. A.D. 1238.

Et [1] tunc temporis, Symon de Monteforti de partibus rediit Transalpinis, et factus est subito summus domini regis consiliarius.[2] Circa[3] eadem tempora, electus Valentinus Willelmus Romam adiit, vocante eum domino Papa, ad quem fama ipsius pervenerat, quod vir erat in negotiis bellicis strenuus et circumspectus. Return of Simon de Montfort. William, elect of Valence, goes to Rome.

Cf. Matt. Par. iii. 539. (a. 1239.)

Et procurante eodem Papa, in curia Romana postulatus est in electum Leodiensem, et[4] nihilominus tamen, ut electus Valentinus diceretur et esset, mutato solummodo nomine, scilicet ut diceretur electus Leodiensis et procurator Valentinus, ut abusio vocabulorum vitaretur. O monstruosa humanæ cœcitatis ambitio! Adhuc et ad Wintoniensem, non habito tamen respectu ad officium pontificale sed emolumentum temporale, rege favente, totis nisibus aspirabat.[3] His election to the see of Liège.

Abridged from Id. iii. 488.

Eo tempore, quædam gens barbara et innumerabilis, dicta Tartari, partes Aquilonares Orientis miro vastarunt exterminio, magno pavore omnium Christianorum principes et populos concutientes. The Tartars.

Id. iii. 499.

Ipso quoque anno, dominus Otto legatus ad reformationem ordinis sancti Benedicti omnes abbates nigri ordinis Id. iii. 517. Londoniis convocavit. Capta[5] est etiam ipso anno magna et famosa civitas illa in Hyspania, quæ Valentia magna dicitur, et cultui Christiano mancipata. Circa[6] idem tempus, dedicatæ sunt juxta statuta concilii Londoniis celebrati nobiles ecclesiæ conventuales in diocesi Lincolniæ in marisco ab episcopo Lincolniæ, Rameseia, Burgum, et Sautereie. Ecclesia de Rameseia x. kalend. Octobris, ecclesia de Sautereie eadem septimana, ecclesia de Burgo quarto kal. Octobris.[5] Otho cites the Benedictine abbats to London. Capture of Valencia. Dedication of Ramsey, Peterborough, Sawtry.

---

[1] *Et*] Ex, Ch. A. N. Cl. Re.

[2] *consiliarius*] cancellarius, MSS. exc. E.

[3–3] *Circa . . . . aspirabat*] om. Re.

[4] MSS. ins. *ut*.

[5–5] *Capta . . Octobris*] om. N.

[6–6] *Circa . . Octobris*] om. A.

A.D. 1238. Return of Baldwin II. to Greece.

Ipso tempore rediit Baldewinus imperator Constantinopolitanus in Græciam, militia stipatus copiosa, ut hæreditatem suam in manu armata a Græcis, qui eum expulerant ab imperio, reposceret. Sed defuit divinus favor propositis. Periit enim Francorum in ejus exercitu multitudo numerosa.[1] Ipsis quoque diebus claruit fama beati Roberti, quondam heremitæ, tumba ejus oleum resudante. Matt. Par. iii. 517.

S. Robert of Knaresborough. Id. iii. 521.

Richard de Wendene consecrated bishop of Rochester in S. Gregory's, Canterbury, 21 Nov.

Eodem[2] anno consecratus est electus Roffensis Cantuariæ in crastino sancti Eadmundi apud Sanctum Gregorium, quia archiepiscopus suspenderat ecclesiam Cantuariæ a divinorum celebratione, assistentibus archiepiscopo magistris Radulfo Nigro episcopo Londoniensi, Roberto Grosseteste episcopo Lincolniæ, et domino Hugone episcopo Elyensi, et domino Radulfo de Nevile episcopo Cicestrensi, et magistro Symone de Langetune archidiacono Cantuariæ, et alia multitudine nobilium præclara, præmissa debita postulatione a priore Roffensi Ricardo, et installatus fuit in die sancti Andreæ apud Roffam. See above, p. 226.

Frethericus imperator excommunicatus est dominica Palmarum a Papa Gregorio. Natus est Eadwardus, filius regis [Henrici] tertii primogenitus, apud Westmonasterium.

Henry III. at Winchester.

Anno gratiæ MCCXXXIX°. Tenuit rex festum[3] ad Natale Domini apud Wintoniam. Die vero sancti Stephani, obiit Alexander episcopus Coventrensis apud Andevre. Ad Id. iii. 522. Id. iii. 518, 524.

William de Raleigh elected bishop of Lichfield.

quem episcopatum Willelmus de Rale a monachis Coventrensibus et canonicis Lichefeldensibus in capitulo Coventrensi ad preces regis concorditer fuit electus; qui pendente assensu suæ electioni præstando, cassata electione prioris Norwici, prædictus[4] Willelmus de Rale in episcopum Norwicensem est electus, [et postmodum consecratus]. Id. iii. 531.

He is also elected to Norwich.

Prædicti siquidem monachi et canonici, ad electionem Id. iii. 542.

[1] *numerosa*] innumerosa, Re.

[2] *Eodem . . . Roffam*] om. E. N. Re.

[3] *festum ad*] om. E.

[4] *prædictus . . . Rale*] om. E.

Matt. Par. iii. 542. faciendam iterum convenientes, Hugonem de Pateshulle thesaurarium regis de scaccario, licet primo non concorditer, precibus tamen regis mediantibus, discordantes ad concordiam revocati, elegerunt, cujus electio in fine hujus anni extitit confirmata. Eodemque[1] anno, captus fuit quidam,[2] qui se participem criminis læsæ majestatis cum alio proditore, anno præcedenti ad caudas equorum distracto, confitebatur, qui quosdam magnates Angliæ, et præcipue Ranulphum Britonem, decanum de Wimburne, dicti criminis conscios asserebat, qui postmodum, contra se sponte de mendacio confessus,[3] ad patibulum ad caudas equorum tractus Londoniis, judicialiter est suspensus.[1]

A.D. 1239. Hugh de Pateshulle elected to Lichfield.

Cf. Matt. Par. iii. 543.

The false accuser of Ranulph le Breton hanged.

Cf. Id. iii. 545.

Id. iii. 539. Item eodem anno, natus est[4] domino[5] regi Anglorum Henrico et Alienoræ reginæ filius primogenitus apud Westmonasterium xv.[6] kalend. Julii, in nocte sequenti, scilicet[7] in vigilia sanctorum Marci et Marcelliani, et est Eadwardus vocitatus; qui denominationem accepit a glorioso rege et confessore Eadwardo, cujus corpus gloriosum in basilica sancti Petri Westmonasterii requiescit.[7]

Birth of Edward I.

Id. iii. 540. Qui quarto die postea, domino Ottone tunc in[8] Anglia legato in prædicta[9] basilica ipsum baptizante, a dominis Rogero Londoniensi, Willelmo Karleolensi episcopis, necnon et ab Willelmo Norwicensi electo, domino Ricardo fratre regis comite[10] Cornubiæ, Simone de Monteforti Legrecestriæ, Humfrido de Boun Hertfordiæ[11] et Esexiæ, comitibus, et Simone Normanno archidiacono Norwicensi, Petro de Malolacu, Almarico de sancto Amando proceribus, comitissa de Penbroc, et uxore[12] Bertrammi de Krioil, a sacro fonte est

His baptism.

Id. iii. 539. levatus, et eodem die a domino Eadmundo Cantuariensi archiepiscopo est confirmatus. Quam nativitatem cursores

---

[1–1] *Eodemque . . . suspensus*] om. A. N. Re.

[2] *Willelmus*, Matt. Par. Chron. Maj.; Petrus de Turbera, Hist. Anglor.

[3] *confessus*] confessum, E.

[4] E. ins. *Edwardus*.

[5] *domino . . . filius*] domini regis et reginæ, E.

[6] *xv.*] xiiii., E.; xvi., Matt. Par.

[7–7] *scilicet . . . requiescit*] om. E.

[8] *in Anglia*] om. E.

[9] *prædicta basilica*] conventuali ecclesia, E.

[10] *comite*] om. E.

[11] Sic for Herefordiæ.

[12] Alienora de Criol.

A.D. 1239. principibus, regno Angliæ conterminis, et Angliæ magnatibus nunciantes, reversi sunt donis pretiosis onerati. Matt. Par. iii. 539.

Excommunication of the emperor.

Eodem vero anno, dominica Palmarum, excommunicatus est imperator Frethericus a Papa [Gregorio Nono,[1]] propter[2] quasdam certas et scriptas causas; quam sententiam cum suis causis in cunctis regionibus per universos prælatos, in singulis ecclesiis sibi subjectis, cum sollempnitate pulsatis campanis et candelis accensis, præcepit dominus Papa promulgandam. Id. iii. 545.

Death of William elect of Valence at Viterbo.

Ipso quoque anno, obiit electus Valentinus et Leodiensis apud Viterbium in reditu a curia Romana. Id. iii. 623.

The bishop of Hereford resigns and becomes a friar.

Item magister Radulphus de Meidenestan, episcopus Herefordensis, sponte cedens episcopatui xvi. kalend. Januarii habitum fratrum Minorum apud Oxoniam suscepit. Ipso anno obierunt Willelmus de sancto Johanne et Henricus de Trublevilla. Id. iii. 624.

Pridie vero idus Junii contigit eclipsis solis ab hora tertia usque [ad] sextam. Id. iii. 539.

[Hoc autem tempore floruit cardinalis Hostiensis,[3] qui librum, qui Copiosa vocatur, composuit.] MS. Cl.

Letters of the emperor, excusing himself and complaining of the Pope.

Scripsit et eodem anno dominus imperator senatoribus et populo Romano, asserens quod quamplurimum mirabatur super hoc, quod permiserunt ipsum, præcipuum principem principum, in Urbe excommunicari. Matt. Par. iii. 546. Id. iii. 548.

Scripsit etiam epistolas elegantes et prolixas cardinalibus et omnibus magnatibus Christianis, præcipue tamen regi Anglorum[4] Henrico, et fratri suo Ricardo comiti Cornubiæ, sororiis suis, se in multis excusans rationibus, et dominum Papam multipliciter accusans, et asserens, quod cum paratus esset per omnia juri parere promptus et paratus, et legatos sollempnes hæc oblaturos destinasset, Papa hæc præsciens præcipitanter ante adventum legatorum in ipsum ex industria sententiam fulminavit. Id. iii. 574.

---

[1] *Nono*] Tertio, E.

[2] *propter*] om. Ch. A. N.; A. has ob in the margin.

[3] The cardinal bishop of Ostia was then Raynald of Segni, afterwards P. Alexander IV. But I think this is intended for his successor, Henricus de Bartholomæis of Susa, who wrote the Summa Juris Canonici, called from him "Summa "Ostiensis."

[4] *Anglorum*] om. E.

Matt. Par. iii. 568. Eodem anno, ingressus est legatus terram regis Scotiæ, non tamen mare transiit. Nullo tamen prohibente, ab omnibus prælatis et clericis beneficiatis decimam tertiam partem reddituum suorum collegit, et domino Papæ transmisit. Per idem tempus, scripsit dominus Papa Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis prolixam nimis epistolam, conquerens graviter de enormitate imperatoris,[1] imponens ei crimen hæreseos. Scripsit autem tam legato quam dictis archiepiscopis, ut ipsam epistolam per omnes suæ ditioni vel legationi terras spectantes publicarent, addentes quod ipse Frethericus,[2] dictus imperator, jam dotes Ecclesiæ hostiliter invadens, eas sibi ausu temerario manciparet, tanquam inimicus Ecclesiæ manifestus. A.D. 1239. Advance of the legate towards Scotland. Id. iii. 590. He collects a thirteenth. The Pope writes to the English archbishops against the emperor.

Id. iii. 614. Et ipso anno congregati sunt crucesignati, præcipue de regno Francorum, exercitus numerosus ex nobilioribus regni apud Lugdunum, tractaturi quam viam magis expediret tenere, tendentes apud Terram Sanctam. Et inito consilio, pars per maritima, [parsque] navigio a Marsilia, versus Orientem iter arripere tutius ac compendiosius censuerunt. Quod cum cognovisset dominus imperator, scripsit eis persuadens amicabiliter, ut non videretur eis grave expectare, donec pacificasset rancorem et discordiam motam inter eum et patrem suum, dominum Papam, et rebelles Ytaliæ justificasset. Proposuit enim, ut[3] firmiter asserebat, esse ipsis dux et capitaneus, solatium efficax et auxilium ipsis impensurus. Sed ipsi, more Francorum impetuosi et magniloqui, noluerunt imperialibus[4] consiliis obsecundare, vel a proposito jam inchoato resilire, quia victualia sibi congesserant, naves jam conduxerant, amicis valedixerant. Quod comperiens imperator, irrevocabilem volun- The crusaders at Lyons. Id. iii. 615, 616. Id. ii. 627. The emperor asks them to wait till he had made peace with the Pope. They prepare to start without him.

---

[1] Ch. repeats *imperatoris*.

[2] A later hand ins. in the margin in E. "Nota Fredericum amicum "Wyclyf."

[3] *ut*] et, E.

[4] *imperialibus*] imperalibus, Ch.

A.D. 1239. tatem Francorum ægre tulit. Jussit tamen omnes portus et transitus per ditionem suam eis libere patere, nec aliquod eis[1] impedimentum inferri.

Charges against Hubert de Burgh.

Ipsis quoque temporibus accusatus est graviter comes Cantiæ, Hubertus de Burgo, coram rege et curia tota Londoniis, ubi post multas disceptationes, ut iracundia regis, quæ immoderate nimis contra ipsum excanduerat, quiesceret, adjudicatum est ut quatuor castra sua carissima domino regi resignaret, ut cætera sibi cum regis benivolentia in pace remanerent. Resignatorum nomina sunt hæc, Blancum castrum, Grosmunt, Scenefrithz, et Haetfeld. Temporibus[2] autem sub eisdem intrusit rex quendam priorem in prioratum Wintoniæ, natione Britonem, conventui infestum, ut per ipsum, quem creaverat, corda monachorum suæ voluntati inclinaret super electione celebranda de suo episcopo. Sed sic eos magis exasperavit. Ipsis diebus Sardania, insula opulentissima, cessit in ditionem imperatoris, quam idem imperator dedit filio[3] suo.[2] Eodemque anno Alexander rex Scotiæ desponsavit Mariam filiam Engelrami de Cuscy, cujusdam excellentis baronis Franciæ. Anno ipso vii.[4] kal. Octobris, scilicet Dominica proxima ante festum sancti Michaelis, consecratus est Willelmus de Rale, electus Norwicensis, in episcopum, in ecclesia sancti Pauli Londoniis ab archiepiscopo Eadmundo. Ipso quoque anno, facta inter se conventione apud Norhamtunam, juraverunt comes Ricardus et Gilebertus Marescallus et alii magnates Angliæ quamplures, quod non amplius quærentes exceptiones dilatorias, quin illo anno ad iter Jerosolimitanum arripiendum se accingerent. Ipso anno, dominus imperator iter versus urbem Romanam[5] direxit, et cepit Viterbium et multas partes adjacentes, petiitque convocari generale concilium in quo possit[6] suam palam innocentiam manifestare et suam famam purgatam restaurare. Circa idem tempus,

Matt. Par. iii. 618.

He resigns four of his castles to the king.

Intrusion of a prior (Andrew) into Winchester.

Id. iii. 622.

Sardinia surrendered to the emperor.

Id. iii. 527.

Marriage of Alexander II. and Mary de Coucy.

Id. iii. 530.

William de Raleigh consecrated bishop of Norwich.

Id. iii. 617.

Earl Richard and others swear to begin their crusade.

Id. iii. 620.

The emperor takes Viterbo and asks for a general council.

Id. iii. 630.

[1] *eis*] om. E.

[2–2] *Temporibus . . . suo*] om. Re.

[3] Enzio.

[4] *vii. . . . Michaelis*] om. E.

[5] *Romanam*] Rome, E.

[6] *possit suam*] om. E.

Matt. Par. iii. 638.

scilicet v. idus Augusti, dedicata est ecclesia conventualis Abendunc. Et eodem tempore dedicatæ sunt ecclesiæ Evesham, Gloverniæ, Theukebire, Wicumbe, Persore, Alencestriæ, et multæ aliæ per regnum Angliæ, juxta statuta Londoniis concilii celebrati. Ipso quoque anno, circa festum sancti Michaelis, obiit in mari miles egregius, Radulphus de Thoni.

A.D. 1239. Abingdon and other churches dedicated. Death of Ralph de Thony.

MS. N.

[Eodem[1] anno in crastino sancti Johannis Baptistæ electus est Willelmus de Hoo sacrista in priorem a monachis Roffensibus in præsentia domini Ricardi episcopi. Eodem etiam anno mota est quæstio inter priorem et conventum Roffensem et fratres Hospitalis de Strode per litteras domini Papæ super ecclesiis de Eylesford[2] et de sancta Margareta[2] et de sancto Nicholao de Strode, qui ex utraque parte consenserunt in arbitros, scilicet abbatem de Lesnes[3] et magistrum W. de Ligesfeld et magistrum Walterum de Londoniis officialem domini episcopi Roffensis, consentiente etiam magistro Ricardo episcopo Roffensi. Qui, auditis diligenter hinc inde propositis et allegationibus, et testibus utriusque partis productis et diligenter examinatis, protulerunt arbitrium pro monachis Roffensibus, et destructa est compositio facta olim per violentiam inter dominum Gilbertum episcopum Roffensem et priorem et conventum ejusdem loci; et adjudicata est monachis præfatis ecclesia sanctæ Margaretæ in perpetuum, cum octodecim marcis de ecclesia de Eylesford, absque duobus marcis quas prius camerarius Roffensis recipiebat. Quod actum est in vigilia sanctæ Margaretæ. Quia[1] probatum fuit sigillum Roffense a domino Gilberto episcopo fuisse surreptum per sententiam arbitrorum a partibus electorum, optinuerunt monachi ecclesiam sanctæ Margaretæ cum viginti marcis de ecclesia de Eylesford.]

W. de Hoo prior of Rochester. The question between the Rochester monks and the Hospital of Stroud settled.

[1] These sentences are in the margin in N.

[2] Aylesford, Kent, and St. Margaret's, Rochester, still in the gift of the D. and C. of Rochester.

[3] *i.e.* Westwood in Kent.

A.D. 1240. *Rex Henricus fecit jurari filio suo Ædwardo fidelitatem per totam Angliam.*

Henry III. at Winchester. Anno gratiæ MCCXL°. Rex Angliæ Henricus tenuit curiam suam ad Natale Domini apud Wintoniam, ubi Baldewinum de Ripariis, ipso die Natali, balteo cinxit militari et comitatu Vectæ investivit. Ipso tempore confirmata est electio Hugonis de Pateshulle, electi Conventrensis. Et ipso tempore mortua est comitissa Gloverniæ Ysabella, uxor comitis Ricardi, sub partus discrimine nimis dolendo. Et eodem tempore, per totum mensem Februarii apparuit cometa in parte Occidentali, emittens [1] radium versus Orientem. Circa illos dies comes Legrecestriæ Simon de Montefort accinxit se ad iter Jerosolimitanum arripiendum. Sub eisdem temporibus obiit princeps Northwalliæ Leolinus, idus Aprilis. Quo mortuo, orta est dissensio inter filios suos, Griffinum primogenitum et principatum ipsa ratione sibi vendicantem, et David natu minorem sed legitimum, et regis Angliæ ex parte sororis nepotem, sibi sua ratione principatum vendicantem; pro quorum dissensione tota regio Walliæ induit confusionem, dissipata et desolata, juxta illud evangelicum, *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur.* Tandem tamen, intervenientibus amicis, statutus est dies et locus reconciliationis inter ipsos reformandæ. Ad quem locum venit Griffinus pacifice in spe pacis optinendæ, sub ducatu Ricardi episcopi Bangorensis et aliorum quam [2] plurium virorum venerabilium. At David Griffinum in dolo captum custodiæ carcerali impudenter mancipavit. Unde prædictus episcopus gravem coram rege Anglorum reposuit querimoniam, ipsum quoque David vinculo anathematis innodavit.

Matt. Par. iv. 1.

Baldwin de Redvers knighted and made earl of Wight.

Id. iv. 2.

Death of Isabella wife of Richard of Cornwall.

Id. iv. 4.

Comet.

Id. iv. 7.

Simon de Montfort prepares for his crusade.

Id. iv. 8.

Death of Llewellyn-ap-Jorwerth.

Id. iv. 151.

Quarrel of his sons. S. Luc. xi. 17.

Treachery of David.

Id. iv. 148.

Ipso quoque tempore, rex fecit jurari filio suo Eadwardo fidelitatem a civibus Londoniarum et multis aliis regni mag-

Fealty sworn to Edward.

Id. iv. 9.

---

[1] *emittens*] ementes, Ch.; A. Re. have been altered.

[2] *quam plurium*] quam plurimi, E.

Matt. Par. iv. 9. natibus. Sub[1] eisdem etiam temporibus absolvebantur per Prædicatores et Minores, pecunia interveniente, multi cruce signati, in scandalum ecclesiæ et ordinis ipsorum. Die quoque Ascensionis dedicata est ecclesia Novi Templi Lon- Id. iv. 12. doniarum.[2] Decimo vero kal. Junii obiit Willelmus comes Waranniæ Londoniis.[1]

A.D. 1240. Absolutions from the crusading vow sold. Death of William earl of Warrenne.

Cf. Id. iv. 14. Ipso eodem anno, archiepiscopus Cantuariensis Eadmundus, non minima effusa pecunia, quoddam optinuit[3] privilegium, tam regno quam sacerdotio gratissimum, scilicet, ut si[4] ecclesia cathedralis per menses sex vacaret viduata pastore, per archiepiscopum diocesanum eidem provideretur. Sed quia videbatur hoc in præjudicium regiæ dignitatis et jacturæ redundare, cassatum est idem privilegium, pecunia iterum interveniente. Unde archiepiscopus, cum vidisset sic justitiam manifeste vacillare et tot labores [suos] annullari, inconsolabiliter doluit, nolensque accipere consolationem, ex illo tempore cogitavit spontaneus exulare.

Privilege obtained by archbishop Edmund but lost again. His despair of the state of things.

Cf. Id. iv. 16. Ipso quoque tempore, imperator se in ira magna accingens ad ultionem super diffamatione magna, qua nomen suum dominus Papa in universis [finibus] Christianorum denigraverat, Romæ approquinquans in manu forti, cepit Viterbium cum partibus adjacentibus, et dotes[5] ecclesiæ Romanæ[6] suæ subdidit ditioni, unde Ecclesia magnam induit cum desolatione confusionem.[7]

see above, p. 234.

The emperor advances towards Rome and takes Viterbo.

Id. iv. 19. Eodem quoque tempore, venit in Angliam Thomas comes Flandriæ, avunculus reginæ, cui rex occurrens statim cum

Thomas count of Flanders in England.

[1–1] *Sub . . . Londoniis*] om. A. N. The order of some of the paragraphs is altered in N.

[2] MS. Lamb. here inserts: "Eodem anno dedicata est ecclesia sancti Pauli Londoniis kal. Octobris, ad cujus dedicationem extitit archiepiscopus Eadmundus et sex episcopi, Otto domini Papæ legatus, et Henricus rex Angliæ, et multitudo magna cum eis. Cujus dedicationis fuit procurator magister Rogerus episcopus Londoniensis cognomento Niger, qui ad præfatam ecclesiam cum devotione venientibus xiv. annos relaxationis adquisivit. Hæc relaxatio in anniversario die dedicationis dictæ ecclesiæ in perpetuum durabit."

Dedication of St. Paul's, London.

[3] *optinuit*] optimum, MSS. exc. Cl.

[4] *si*] om. MSS. exc. Cl.

[5] *dotes*] dot, Ch., altered later to *dotibus*; dote, A. N.; dotem, Cl. T. W.; decem, Re.

[6] MSS. exc. E. ins. *et*.

[7] *confusionem*] om. T.

A.D. 1240. magna alacritate contulit annuum redditum multi census annui pro homagio suo. Ipso quoque anno regina Francorum peperit filiam. Et sub eisdem diebus exercitus Francorum crucesignatorum volens impetum facere super Sarracenos in Terra Sancta apud Gathre, victus, confusus, et captus est, ex quo pars apud Damascum, pars apud Babiloniam, pars autem apud Gazre vinculis mancipatur. Obiit [1] itaque comes Willelmus Waranniæ Londoniis decimo kal. Junii. Comes Ricardus, valedicens amicis suis, ad iter Jerosolimitanum se accingit, et cum eo multi nobiles Angliæ.

Matt. Par. v. 20.

Birth of Blanche.

Id. iv. 24.

Defeat of the crusaders.

Made up from Id. iv. 25, 26 n[1].

Id. iv. 12.

Earl Richard starts on his crusade.

Id. iv. 11, 43.

Imperator scribit [2] regi elegantem epistolam, in qua increpat regem, quod in perniciem regni sui et imperii terram suam per papales quæstionarios depauperari et ipsum sollempniter excommunicari [3] permittit, qui magis rationabilem, quam alii principes Christiani, haberet excusationem huic præcepto domini Papæ resistendi, eo quod sororius existat domini imperatoris. Rex Francorum cum summo honore suscipit comitem Ricardum, et exhibet in omnibus necessariis magnifice transeuntem, et apud Marsiliam cum suo comitatu salvo perducit, ubi etiam contra prohibitionem Papæ naves ascendit.[4] Convocatur concilium generale, in proximo Pascha celebrandum. Ipso [5] quoque anno, kalend. Julii, consecratus est Hugo de Pateshulle, regis thesaurarius, in episcopum Cestrensem, Willelmo de Haverhulle, canonico ecclesiæ sancti Pauli Londoniis in thesaurario, loco ejusdem Hugonis subrogato. Et eodem anno, die sanctæ Mariæ Magdalenæ, obiit Lincolniensis comes Johannes. Extorquetur pecunia diversis argumentis a viris, præcipue religiosis, ad opus Papæ, quæ nunquam ei profuit, sed obfuit, quia omnia in usus cedunt imperatoris. Abbates, querimoniam super his coram rege deponentes,[7] pro consolatione desolationem accipiunt, unde legatus magis desævit in

Complaint of the emperor to Henry III.

Cf. Id. iv. 16.

Reception of earl Richard in France.

Cf. Id. iv. 45–47.

General council convened.

Id. iv. 30.

Hugh de Pateshulle bishop of Lichfield.

Id. iv. 31.

Death of John earl of Lincoln.

Id. iv. 34.

Money extorted for the Pope.

Cf. Id. iv. 35 seqq.

---

[1] *Obiit . . . Junii*] om. E., it having been given above, p. 237.

[2] *scribit*] scripsit, E.

[3] *excommunicari*] om. MSS.

[4] *ascendit*] ascendens, Re.

[5–6] (p. 239) *Ipso . . . Londoniis*] om. Re.

[7] *deponentes*] reponentes, E.

Matt. Par. iv. 46. eosdem. Comes Provinciæ Reimundus, pater reginarum Franciæ et Angliæ, occurrens cum gaudio comiti Ricardo, impendit ei transfretaturo auxilium, quod potest, liberaliter et consilium. Mortuo[1] autem Leolino prin- A.D. 1240. Earl Richard met by the count of Provence.

Id. iv. 47. cipe Norwalliæ, oritur et orta continuatur dissensio inter filios suos, Griffinum et David. Tandem ut præ- Quarrel between the two sons of

dictum est, Griffinum, pacifice vocatum ad concilium, Llewellyn.

Id. iv. 148. David in dolo capit et captum incarcerat. Unde magister Ricardus, episcopus de Bangor, in cujus conductu venit dictus Griffinus, recedit quasi exul a Wallia, ipso David in vinculo anathematis compedito. Griffinus autem signi- The bishop of Bangor leaves Wales.

ficat occulte regi, quod in manu valida ipsum liberet a carcere et fraterna subjectione, et ipse, suus homo ligius libenter factus, tenebit de eo terram suam jure Proposals of Griffith to the king.

Cf. Id. iv. 149. hæreditario ipsum contingentem. Insuper thesaurum non modicum ipsi regi largiretur. Episcopus autem de Bangor regi super hac proditione, prædicta injuria, iterum querimoniam reponit gravissimam. Unde rex commotus vehementer, nepotem suum dulciter exhortatur, ut hæc satisfaciendo corrigat, ne manum apponat ultionis.[1]

Id. iv 48. Die vero sancti Bartholomæi electus est in episcopum Herefordensem magister Petrus de Egleblanche, quondam clericus Willelmi electi Valentini, rege hoc vigilanter procurante. Qui sine moræ dispendio et aliqua difficultate, quia regi acceptus, ab ipso est receptus, et cito post Peter d'Acquablanca bishop of Hereford, 24 Aug.

Id. iv. 75. sollempniter in præsentia regis est consecratus. Et[2] circa Albert archbishop of Armagh.

Id. iv. 49. idem tempus, magister Albertus,[3] natione Coloniensis, apud Westmonasterium consecratus est in archiepiscopum Armachanum. Die vero sancti Remigii dedicata est ecclesia

Id. iv. 48. sancti Pauli Londoniis.[6] Et circa dies illos, scilicet[4] in die sancti Leodegari, regina Anglorum Alienora[5] peperit filiam, et vocatum est nomen ejus Margareta, eo quod in dis- Dedication of St. Paul's, 1 Oct.

crimine puerperii sanctam Margaretam invocasset, et quia soror ipsius reginæ, scilicet regina Francorum, ipso nomine Birth of Margaret, 2 Oct.

[1–1] *Mortuo . . . ultionis*] om. N.
[2] *Et . . . Armachanum*] om. N.
[3] *Albertus*] Andelmus, E.
[4] *scilicet . . . Leodegari*] om. E.
[5] *Alienora*] om. Re.

A.D. 1240. intitulatur. Eodemque anno, obiit vir nobilis et legum Matt. Par.
Death of Thomas de Muleton. regni peritus, Thomas de Muletuna, miles. Circa dierum iv. 49.
eorundem curricula, venit in Angliam domini Papæ familiaris Id. iv. 35.
et consanguineus, magister Petrus Rubeus. Qui cito trans- Id. iv. 137.
Pietro Rosso sent into England. iit Angliam, et in Scotiam veniens, ibidem vicesimam
ad opus Papæ non segniter abrasit. Et eodem tempore,
Peter de Supino in Ireland. magister Petrus de Supino in Hyberniam missus, ut ibidem
vicesimam vigilanter meteret, et quicquid poterat inde
non fictus Papæ quæstionarius, apportavit. Quæ præda
ad numerum mille et quingentarum marcarum et amplius
dicitur ascendisse. Collecta autem Petri Rubei, quam
Their extortions. a Scotorum finibus emunxit,[1] hanc summam creditur
dupplicasse. Qui postea remeans per Angliam domos re- Id. iv. 35.
ligiosorum perscrutans novis argumentis, pecuniam ad
opus Papæ argute nimis exegit, cogens eos jurare, quod
illud sacramentum, quasi confessionis archanum, usque
in dimidium anni celarent. In quo corda fidelium avertit
a devotione et dilectione Romanæ ecclesiæ, et dolore
The legate Otho recalled. magno sauciavit. Ipso tempore, revocatus est legatus Id. iv. 55.
per autenticum papale, multum admonitus, ut ad-
ventum suum ad Romanam curiam maturaret, et con-
cilium generale anticipando præveniret, ut fratres,
præhabita morosa deliberatione, tractatum haberent
simul cum eo de imminente ejusdem ruina et peri-
culo irrestaurabili, imperatore jam dotes ecclesiæ inva-
Maurice Fitz-Gerold reconciled with Gilbert Marshal. dente. Eodemque[2] anno Mauricius Hyberniæ justiciarius Id. iv. 56.
venit Londonias ad regem, ut sine scrupulo malivolentiæ
vel odii reservati comiti Gileberto Marescallo pacificatus,
suam purgaret de morte comitis Ricardi Marescalli, in
Ybernia trucidati, innocentiam. Et sub eodem tempore, Id. iv. 57.
Felim O'Connor, prince of of Connaught, comes to London. rex de Cunnoch venit ad regem Londoniis, et est utrius-
que negotium competenter consummatum.
Death of four of the Durham Sub eisdem temporibus monachi Dunelmenses, procu- Id. iv. 61.
rantibus adversariis eorum, Romæ inutiliter commorantes
in infirmitate et dolore contabuerunt, et mortui sunt ex ipsis
quatuor cum clericis suis et ministris. Quod cum audisset

[1] *emunxit*] emuncsit, Ch.

[2] *Eodemque . . . spontaneus* (p. 241)] om. A. N. Re.

Matt. Par. iv. 61. eorum prior,[1] condoluit vehementer, et cessit electioni de se factæ spontaneus. A.D. 1240. monks at Rome.

Cf. Id. iv. 69. Sub[2] eisdem diebus[3] videns imperator, quod Papa concilium convocaverat ad dejectionem ipsius, per hoc, quod idem dominus[4] Papa seculare brachium et præcipue hostium imperii publicorum in auxilium ejus advocavit, et formam convocationis, secus quam prælocutum fuerat, alteravit, pænituit eum in hoc consensisse ut concilium convocaretur. Et resiliens significavit regi Anglorum, ut muniret omnes regni sui prælatos ex parte imperatoris, ne venirent ad illud generale concilium, in personis et rebus securitatem in ditione sua penitus denegantis, et nolentis, ubi præsidebit inimicus ejus capitalis, causam committere dubio foro tam excellentem. Dominus Papa econtra scripsit, significans eisdem prælatis, ut humanis minis[5] postpositis, patri suo spirituali obedienter obsecundarent, nec omitterent quin ad concilium communiter venire ad terminum statutum properarent. Unde episcopi fluctuantes in proposito, quid agendum foret, dubitabant.[2] Dum igitur fortunalis rota sic mundanum cursum volubiliter exagitaret, dominus Eadmundus Cantuariensis archiepiscopus, qui sponte exulaverat apud Pontiniacum, decubuit graviter infirmatus. Interim comes Ricardus, qui se precibus omnium religiosorum Angliæ commendaverat, per Dei gratiam et precum fidelium efficaciam prospere apud Acon applicuit, et infra biduum postquam applicuerat[6] acclamari fecit in publico, voce præconia, ut nullus pro defectu pecuniæ, cujuscunque nationis fuisset, a Terra Sancta recederet, quin Deo sub clientela sua ad stipendia sua Deo fideliter militaret. Quod cum audissent Sarraceni, quamvis rex Navariæ et comes Britanniæ impudenter recessissent, cœperunt nimis prudentiam et potentiam comitis formidare, tum quia hoc nomen Ricardus adhuc Sarra-

Opposition of the emperor to the council.

Id. iv. 71.

Id. iv. 95.

Cf. Id. iv. 96.

The Pope exhorts the prelates to be present.

Id. iv. 72.

Illness of archbishop Edmund at Pontigny.

Id. iv. 71.

Earl Richard lands at Acre.

Fear of him by the Saracens.

Cf. Id. iv. 62.

[1] Thomas de Melsanby.
[2–2] *sub . . . dubitabant*] om. Re.
[3] *diebus*] temporibus, E.
[4] *dominus*] om. E.
[5] *minis*] nimis, Ch.; A. is altered.
[6] *applicuerat*] applicuerit, E.

A.D. 1240. cenis inimicum ipsum intitulavit, tum quia auro et argento abundavit, tum quia sororius erat imperatoris et amicissimus, tum quia frater erat nominatissimi regis Anglorum, tum quia comes erat Pictaviæ et Cornubiæ. Unde [postea] pacem fecit toti ecclesiæ honorabilem, immo etiam toti Christianitati, quam non poterant unquam aliqui temporibus nostris impetrare, sicut sequens sermo luculenter declarabit.

His great success.

Et dum hæc in Terra Sancta Deo disponente agerentur, archiepiscopus Eadmundus Cantuariæ a Pontiniaco, gratia melioris aeris hauriendi, semotus, apud Soysy graviter infirmatus, corpus suum monachis Pontiniacensibus delegans, viam universæ carnis est ingressus, ubi Dominus miracula magna dignatus est operari, adeo quod beatissimi confessoris Eadmundi fama jam omnes partes Cisalpinas sua claritate meretur illustrare. Transiit igitur ex hoc mundo ad Patrem dictus archiepiscopus Eadmundus xiv.[1] kal. Decembris.

Death of archbishop Edmund at Soissy.

Miracles.

Matt. Par. iv. 72–74.

Cf. Id. iv. 102.

Illis quoque temporibus, nonnulli episcoporum regni Angliæ et quidam abbates mare transierunt, ut si aliquo modo pateret transitus, vel per terram vel per mare, veniendi ad concilium, præceptis Apostolicis satisfacturi illuc properarent.[2] Consecratur Londoniis apud[3] sanctum Paulum magister Petrus de Egeblanche in[4] ipso tempore in episcopum Herefordensem. Eodemque anno, geminato Dei beneficio in regno Francorum, delata est in Franciam corona Salvatoris spinea, quam quandoque Judæi plectentes capiti Crucifixi apposuerunt. Circa quoque eadem tempora, artabantur immisericorditer a Sarracenis captivi Christiani, qui in vinculis apud Damascum, Babiloniam, et Nazre[5] tenebantur. Rex vero Navariæ, qui et comes est Campaniæ, comes quoque Britanniæ, cognoscentes comitis Ricardi prudentiam et magnificentiam, invidia stimulati, et dolentes si, quod ipsi cum suis Francis non potuerunt ad optatum effectum perducere, ipse Ricardus, quem vocabant Anglicum impubem et

The prelates prepare to go to the council.

Peter de Acqua Blanca bp. of Hereford.

The Crown of Thorns brought to France.

Condition of the Christian captives at Damascus, &c.

Secret treaty of the king of Navarre

Cf. Id. iv. 74.

Id. iv. 78.

Id. iv. 79.

[1] *xiv.*] xvi., E. Re. (altered).

[2] *properarent*] properent, MSS. exc. E.

[3] *apud S. Paulum*] om. E.

[4] *in ipso tempore*] om. E.

[5] Probably intended for Naser, lord of Kerak (Petra).

Matt. Par. iv. 79. inexpertum in bellicis expeditionibus, consequeretur, pacem dolosam cum domino de Nazre inierunt, ut ipse suos captivos liberos abire permitteret, qui nullam tamen super eos habuit potestatem, ut saltem sic aliquid fecisse in Terra Sancta viderentur,[1] statimque ante sociorum suorum liberationem, scilicet Francorum captivorum, naves apud Jopen clam et subito, ad propria redituri, ascenderunt. Et sic suas proprias proditiones manifeste toti mundo detunicaverunt, qui laudes alienas impudenter sibi cupierunt[2] ascripsisse. A.D. 1240. and count of Britanny. They leave the Holy Land.

Id. iv. 80. Hoc[3] etiam anno, obiit Johannes filius Roberti, vir nobilis et potens, unus de præcipuis baronibus plagæ borealis. Death of John Fitz-Robert.

MS. Re. from Matt. Par. iv. 31. [Nempe hoc anno apud Norwicum quatuor Judæi equis distracti[4] sunt et suspensi ad festum sancti Mathiæ.] Jews executed at Norwich.

MS. N. [Eodem anno data est sententia a domino cancellario sancti Pauli Londoniis per consensum domini legati pro domino Gregorio de Romannio præsentato a priore et conventu Roffensi ad ecclesiam de Boxle xv. kal. Martii; et sic præsentatus optinuit ecclesiam illam. Dedicatum est altare in capella infirmariæ Roffensis in honore beatæ Virginis Mariæ ii. kal. Martii a domino Johanne episcopo[5] suffraganeo domini Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi; qui confisus de Dei misericordia, omnibus ibidem causa orandi venientibus omnibus festivitatibus gloriosæ Virginis, necnon in anniversario dedicationis dicti altaris, confessis et vere pœnitentibus, de sibi injuncta pœnitentia xv. dies in perpetuum duraturos relaxavit. Eodem anno dedicata est ecclesia Roffensis a domino Ricardo episcopo ejusdem loci et episcopo de Bangor, nonis Novembris. Eodem tempore miserunt prior et conventus Roffensis procuratorem suum ad curiam Romanam contra archiepiscopum Cantuariensem pro The pre-sentation to the church of Boxley settled. Dedication of the altar of the Rochester infirmary; of Rochester cathedral. The Rochester monks send a proctor to Rome.

---

[1] *viderentur*] videbatur, E.

[2] MSS. exc. E. repeat *impudenter*.

[3] *Hoc . . . borealis*] om. A. N.

[4] *distracti*] destructi, Re.

[5] Of Ardfert.

A.D. 1240. ecclesia de Northflete et aliis negotiis, scilicet Robertum monachum, qui mortuus est in curia.]] MS. N.

Impeditur generale concilium, captis prælatis. Archiepiscopus Eadmundus Cantuariæ claret miraculis. Pax reformatur inter Christianos et Sarracenos.

Henry III. at Westminster. Anno gratiæ MCCXLI°, qui est annus regis Henrici iii. xxv., tenuit idem rex curiam suam Londoniis apud Westmonasterium, ubi magnates regni quamplurimi festa cum eo Natalitia celebrarunt. Matt. Par. iv. 83.

Departure of the legate Otho. Quarto vero die Natalis, legatus a domino Papa revocatus, prælatis Angliæ valedicens, versus mare iter arripuit transalpinum. Quem [rex], cum strepitu tubarum suarum et innumerabili multitudine nobilium concomitantium, cum prælatis et clericis, pompose nimis usque ad maris confinia perduxit, et in crastino Epiphaniæ naves apud Doveram ascendit transfretaturus, mutatis rubeis indumentis. Reliquit autem tam regnum quam Ecclesiam nimis in Anglia desolatam, præcipue tamen Cantuariensem enormiter, quæ in regno Angliæ dinoscitur dignissima, perturbatam; ac si non pro consolatione, sed potius desolatione, advenisset. Id. iv. 84.

Arrival of Peter of Savoy in England. Circa[1] eosdem dies, Petrus de Sabaudia, avunculus reginæ, venit in Angliam, cui rex sollempniter occurrens, præter comitatum Richemundiæ, quem ei præconcesserat, munera contulit pretiosa, et sui consilii constituit capitalem. Id. iv. 85.

He is knighted, 5 Jan. Die vero sancti Eadwardi, quem rex miro cultu de more sollempnizat, ipsum Petrum cum quindecim juvenibus, ut tirocinium suum superstitiosius serenaret, cingulo militari insignivit. Et eadem die, quasi imperiales nuptias, in majori palatio Westmonasterii cum multitudine convivantium, festum suum celebravit.

Nicholas of Farnham elected bp. of Durham. Temporibus[2] quoque sub eisdem, magister Nicholaus de Fernham electus est in episcopum Dunelmensem, vir quidem moribus et scientia[3] præditus; a rege et omni populo non tantum sine difficultate est[4] susceptus, sed acceptus citoque confirmatus.[1] Id. iv. 86.

Eodem etiam anno, Judæi ad gravissi-

[1–1] *Circa . . . confirmatus*] om. Re.

[2–1] *Temporibus . . confirmatus*] om. A. N.

[3] Ch. ins. *et.*

[4] *est*] om. E.

Matt. Par. iv. 88. mam compulsi[1] redemptionem sub pœna mortis vel exilii, regi viginti milia marcarum numerarunt. Verno autem tempore arridente, comes de Albamarla, Willelmus de Fortibus, Petrus de Malolacu, et multi alii nobiles de regno Angliæ iter Jerosolimitanum magnifice arripuerunt. Crux quoque sancta ipso anno in regnum Francorum est allata, et cum tanta sollempnitate et devotione Parisius est recepta, quantam se nullus meminit prævidisse. Nova mœnia constructa circa Londoniarum Turrim sicut anno proximo elapso, et ipsa nocte, admirantibus multis, corruerunt. Ipso quoque tempore[2] dominus imperator timens de periculo sibi imminente, si examen Papæ sibi nimis infesti subiret in concilio, quod jam imminebat in proximo, mutato consilio, scripsit principibus diversis; familiarius tamen regi Angliæ, ut præmuniret, exhortans diligenter prælatos terræ suæ, ne venirent ad concilium sibi suspectum, scientes liberum transitum per ditionem imperialem tam per mare quam per terras in personis et possessionibus sibi penitus denegari. Quibus prælatis scripsit efficaciter dominus Papa, ut spreto timore minarum imperatoris excommunicati, ad concilium audacter properarent.

A.D. 1241

Id. iv. 89. The Jews heavily taxed.

Id. iv. 90, 91. Many nobles go to Jerusalem.

Id. iv. 94. The cross brought to Paris.

Id. iv. 95. The Tower walls fall down.

Id. iv. 95–98. The emperor exhorts the

Cf. Id. iv. 68. prelates not to go to the council.

Id. iv. 96. The Pope the contrary.

Id. iv. 98, 106. Interim Fahentia, civitas opulentissima, quam ipse imperator jam per annum obsederat, violenter capta est. Ipso Siege of Faenza.

Id. iv. 102. quoque tempore venerabilis archiepiscopi Cantuariæ Eadmundi, cujus corpus apud Pontiniacum requiescit, sollempne nomen et præclara memoria, miraculis crebrescentibus, partes Cisalpinas luculenter perlustravit, cujus insignia tractatus exigerent speciales. Ipso quoque tempore, monachi Cantuariæ beneficium absolutionis a domino Papa meruerunt optinere. Et sub eisdem diebus monachi Wintonienses pro eo quod constanter episcopum Norwicensem Willelmum in pastorem sibi postularunt,[3] enormes, procurante priore suo intruso, quodam scilicet Britone, persecutiones viriliter pro Christo et executione justitiæ pertulerunt. Ipsis quoque diebus fecit rex personam Bonefacii electi de Baleis magnificando commendare, ut dignus esse videretur, vel ad archiepiscopatum Cantuariæ vel episcopatum Wintoniæ quod promoveretur. Sed res effectum

Miracles of archbp. Edmund.

Id. iv. 108. The Canterbury monks absolved.

Persecution of the Norwich monks.

The king makes interest for

Cf. Id. iv. 104, 15. Boniface elect of Belley.

---

[1] E ins. *sunt*.

[2] *tempore*] anno, E.

[3] *postularunt*] postularent, E.

A.D. 1241. non sortita eadem facilitate evanuit, licet multorum prælatorum testimoniis tituli ipsius roborarentur. Im- Matt. Par. iv. 105.

Otho with other prelates sails from Genoa for the council.

minente tempore æstivali, Otto, quandoque legatus in Anglia, et qui [1] legatus fuerat in Francia, infinitam secum prælatorum trahentes multitudinem, naves ascenderunt apud Januam civitatem, ut sub ducatu Januensium salvo ad concilium pervenirent. Ad quos animandos Papa unum legatum [2] destinaverat, qui ab eodem Papa potestatem acceperat omnes, imminenti periculo se opposituros, ab omnibus peccatis suis absolvendi. Sed cum omnes vasto mari se commendas- Id. iv. 121.

Their capture and sufferings.

sent, venerunt eis obviam piratæ imperiales, qui omnes sub captione miserabili concluserunt, et multos ex eis vel submerserunt vel irreverenter trucidarunt. Id. iv. 125. Id. iv. 130. Quos autem vivos acceperunt,[3] per longos tractus maris sub caumate intollerabili adustos, sub vinculis et arcta custodia usque Neapolim, ubi ex præcepto imperatoris carceri sunt addicti, in totius Ecclesiæ dedecus et ignominiam, pertrahuntur. Facta autem fuit hæc infausta navalis congressio die sancti Marci Evangelistæ.

Money collected for the Pope.

Interim [4] duo papales exactores, Petrus videlicet Rubeus, domini Papæ consanguineus et familiaris, (talis enim erat titulus epistolarum suarum), [et] Petrus de Supino, per Angliam, Scotiam, et Hyberniam, pecuniam infatigabiliter ad opus domini Papæ [5] exquisitis argumentis abradere non cessant,[6] rege hæc omnia malo nimis consilio permittente.[4] Eisdemque temporibus absolvebatur qui- Id. iv. 137, 160.

Absolutions from the crusading vow sold.

cunque vellet pro pecunia crucesignatus, prædicantibus et illud persuadentibus ex præcepto Papæ fratribus tam Minoribus quam Prædicatoribus, ita ut multi hodie crucesignati, in crastino a voto suo, data quam possent pecunia, non sine multorum admiratione, absolverentur. Cf. Id. iv. 9.

---

[1] James Pecoraria, cardinal bp. of Palestrina.

[2] Gregory de Romagna.

[3] *acceperunt*] exceperunt, E.

[4–4] *Interim . . . permittente*] om. N.

[5] *Papæ*] om. Ch. T.

[6] *cessant*] om. MSS. It is in the margin in E.

Matt. Par. iv. 135,136. Eodemque[1] anno v. kal. Julii, obiit Gilebertus Marescallus, comes Penbrokiæ, extra villam Hertfordiæ, toto corpore confractus in quodam hastiludio, ubi milites vires suas infeliciter certatim sunt experti. Delatum est igitur corpus Londonias sepeliendum. Post cujus obitum, quia rex dictum hastiludium prohibuerat, nec pro ipso omissum fuit, Walterus, frater Gileberti comitis, vix a rege impetravit, ut hæreditatem sibi debitam optineret.[2] Circa idem tempus, rex Francorum fratri suo Amfulso comitatum Pictaviæ contulit, et cingulo militari sollempniter, excluso comite Ricardo qui Deo interim in Terra Sancta militavit, insignivit. Ipso quoque tempore, memoratus comes Ricardus treugas accepit cum soldano Babiloniæ ea conditione, ut omnes Franci, qui captivi tenebantur, liberi permitterentur; Jerusalem quoque cum locis finitimis et multis quibusdam civitatibus et casellis[3] in libera pace dimitteretur, et cum quibusdam conditionibus, quæ Christianis honorabiles et fructuosæ sunt, sicut in ejusdem comitis epistola continetur.

A.D. 1241. Death of Gilbert, Marshal, 27 June. Cf. Id. iv. 157, 158. Walter Marshal succeeds with difficulty. Id. iv. 137. Alphonso made count of Poitou. Id. iv. 138–144. Recovery of Jerusalem by earl Richard.

Cf. Id. iv. 80, 140. In cujus negotii principio, rex Navariæ, qui et comes est Campaniæ, et comes Britanniæ, viri de seditione notabiles, nequiter et[4] formidolose fugam clandestinam arripuerunt, apud Jopen naves, ut ad propria redirent, cum nil boni in Terra Sancta peregissent, ascendentes, et clam atque subito sub noctis silentio a facie Domini, relictis Francis fratribus suis in vinculis et carcere, fugientes.

Desertion of the king of Navarre and count of Britanny.

Id. iv. 148. Ipso eodem[5] anno, Griffinus, filius Leolini primogenitus, qui ad concilium[6] fratris sui David pacifice venerat, et dolose captus in carcere fratris tenebatur, regi per episcopum de Bangor Ricardum humiliter supplicavit, ut ipsum a fratris sui Id. iv. 149. manibus misericorditer liberaret, et ipse totam terram suam, quæ eum jure hæreditario contingebat, ab ipso rege gratanter teneret. Pro ejusdem igitur liberatione, cum rex liberaliter scriberet David pro ipso supplicando nec proficeret exauditus, arma parat, et vexilla in Walliam hosti-

Endeavours of Griffith for his release. On David's refusal Henry III. prepares to invade Wales.

[1–7] (p. 248) *Eodemque . . . imperatore*] om. Re.

[1–2] *Eodemque . . . optineret*] om. A. N.

[3] *casellis*] castellis, E. Cl. T. W.

[4] *et formidolose*] informidolose, E.

[5] *eodem*] autem, E.

[6] *concilium*] consilium, E.

A.D. 1241. liter dirigit, convocato exercitu copioso; quem adventantem, cum Griffinus filius Madoch, quidam princeps Walliæ, et magnates de confinio Walliæ, cum pace recepissent, in via ipsius terræ, quam [1] æstus jam per quatuor menses continuatus arefecerat, sine offendiculo pertransiens, ita ipsum David cum suis complicibus exterruit, quod non tantum fratrem suum Griffinum liberum dimisit, immo etiam in propria persona ad pacem regis mansuetus et edomitus pervenit, examen curiæ suæ per omnia subiturus. Rex igitur ad votum completo negotio, misit in Turrim Londoniarum Griffinum, a fratris carcere liberatum, regiis compedibus, donec quid de eo facturus esset deliberasset, vinciendum, et ipsum David, ut [2] Londonias ad curiam veniret super obicienda responsurus, sub salvis fidejussoribus obligavit, et sic rex victor sine sanguinis effusione cum gaudio ad propria remeavit. Matt. Par. iv. 150.

Griffith is freed, and sent to the Tower.

David submits.

Earl Richard leaves the Holy Land and lands at Trapani.

Ipso tempore, comes Ricardus, feliciter ac magnifice consummato negotio Terræ Sanctæ, firmatoque fœdere pacis et treugarum per cartas et juramenta utrobique, naves ut rediret [3] ascendit, et post diuturna maris discrimina apud Trapes in Sicilia applicuit. Cui veneranter occurrentes imperatoris officiales et portuum custodes, ipsum cum magna veneratione susceperunt; habebant enim [4] tale præceptum a domino suo imperatore.[7] Id. iv. 145. Id. iv. 144.

New shrine made for S. Edward the Confessor.

Eodem [5] anno, dominus rex aureum feretrum ad reponendum reliquias gloriosi regis et confessoris Eadwardi ex sumptibus propriis honorificentissime fecit Londoniis fabricari. Et circa eosdem dies, apud Bristoldum obiit Alienora [6] quondam comitis Britanniæ filia, in custodia diuturni carceris strictissime reservata.[5] In ipsis quoque diebus, Gregorius ix.[8] Papa, quasi conceptos dolores ex undique auditis casibus, quos sibimet suscitaverat, impotens sustinere, xi. kalend. Septembris diem clausit extremum, ætate fere jam [9] centenarius. Ipso [10] tempore Franci per comitem Id. iv. 156.

Death of Alienora of Britanny. Id. iv. 163, 175.

Death of P. Gregory IX. Id. iv. 162.

Id. iv. 166.

---

[1] *quam*] que, Ch. E. W.; quia, Matt. Par.

[2] *ut Londonias*] in London. ut, E.

[3] *rediret*] ascenderet, T.; Ch. A. N. T. W. ins. *et*; etiam, Cl.

[4] *enim*] om. E.

[5–5] *Eodem . . . reservata*] misplaced in N.

[6] *Alienora*] inserted in Ch. in the St. Alban's hand in what had been a blank space; it is not in E.

[8] *ix.*] iii., Ch. T. W.

[9] *jam*] om. E.

[10] *Ipso . . . annotantur* (p. 250)] om. Re.

Matt. Par. iv. 166. Ricardum liberati, et in equitaturis,[1] vestibus, et viaticis honorifice exhibiti, ad propria cum gaudio revertuntur. Comes vero cum domino imperatore, gratia mutuæ visitationis et confabulationis diu præoptatæ, corpus et cor recreando commorabatur, et nisi mors dominum Papam de medio surripuisset, pacem gratiosus in A.D. 1241. Return of the Frank prisoners released by earl Richard.

Id. iv. 168. Ecclesia composuisset. Dum autem cardinales, ut moris est, de electione papali inclusi tractassent, obiit magister Id. iv. 172. Robertus de Sumerkote, cardinalis. Electus est autem in Papam Galfridus Mediolanensis, quem[2] vocabant Celestinum, qui cum vix xvii. diebus sedisset, viam universæ carnis Id. iv. 169. est ingressus. Die vero sanctæ Fidis passus est sol eclipsim, quasi viderentur cælestia statui Ecclesiæ concordare. Death of cardinal Robert de Sumercote. Pope Celestine IV. His death. Eclipse, 6 Oct.

Viduabatur etiam eodem anno regnum Angliæ præclaris magnatibus, et Ecclesia prælatis eximiis. Obituary of the year.

Id. iv. 174. Præter enim prælatos nostros capitales Romanos, videlicet pontifices ad minus duos, qui ab hoc seculo migraverunt, obierunt eo[3] ipso in Anglia piæ memoriæ Rogerus Londoniensis iii. kal. Octobris et Cestrensis Hugo vii. idus Decembris, episcopi, præter etiam comitem de Albamarla Willelmum, et comitem Marescallum Gilebertum, de quibus mentio prælibatur. Obierunt vices agens justiciarii, Stephanus de Segrave, vi. idus Novembris; et[4] etiam vir nobilis et potens Walterus de Lascy circa Pascha in Hybernia. Obierunt insuper Gilebertus Basset, miles nobilis et in armis strenuus, Johannes Biset, Angliæ prothoforestarius, Robertus Marmiun, Petrus de Bruis, Guiscardus Leidet. Item migraverunt ad Dominum peregrinantes in Terra Sancta, vel eundo vel redeundo, Eudo, frater[5] comitis Ricardi, Hamo cognomento Peccatum, Baldewinus de[6] Betun, Johannes filius Johannis dicti comitis senescallus, Johannes de Bellocampo, miles elegantissimus, Girardus de Furnivaus, et plures alii, quorum Deo

---

[1] *equitaturis*] equituris, E.

[2] *quem vocabant Celestinum*] not in E.; in the margin in Ch., in the hand of Matthew Paris, where follows (later) "cui successit Papa "Innocentius quartus A° MCCXLIII."

[3] *eo ipso*] not in E.; in the margin in Ch.; eo ipso anno, Cl. T.; eo tempore, A. (altered) N.

[4] *et*] obiit, MSS. exc. E.

[5] See Matt. Par. iv. 175, n[1].

[6] *de Betun*] le Bettur, E.

A.D. 1241. fideliter militantium et vestigia pedum Ejus adorantium nomina in libro vitæ indelebiliter annotantur.[10]

Death of the empress Isabella, 1 Dec.

Eodemque[1] anno, in partus discrimine obiit Ysabella Romanorum imperatrix, soror regis Angliæ, Anglorum spes et gloria singularis, kal. Decembris. Quod cum imperator per quandam lugubrem epistolam domino regi Anglorum nuntiasset, in fine quasi dolorem temperavit[2] ipsius epistolæ, dicens sic, "Restat de Omnipotentis dono regia "soboles, de qua in conspectu patris rex et regina con- "surgunt, suæ indices genetricis." Susceperat enim imperator prolem ex ea prosperam, filium scilicet et filiam. Matt. Par. iv. 175. (H. A. ii. 459.) Id. iv. 176.

Character of the year.

Transiit igitur annus ille regno Angliæ pestifer et turbulentus, Terræ Sanctæ inimicissimus, eo quod Templarii hostiliter Hospitalarios impugnarant, nec poterant[3] industria diligentissima comitis Ricardi pacificari, Ecclesiæ Romanæ virulentus et hostilis, adeo quod mortuo Papa, et iterum alio electo et infra paucos dies ab hoc seculo rapto, omnes fratres, corporibus et cordibus atque diversis locis dissipati, sese invicem infestabant. Cf. Id. iv. 174.

Petrus de Sabaudia, comes Richemundiæ, resignat castra nobilia, quæ susceperat a rege custodienda, ipsi regi.

Henry III. in London.

Report of Richard's return.

Peter of Savoy resigns the castles in his charge.

Anno gratiæ MCCXLII°, qui est annus regni regis Henrici tertii xxvi., tenuit idem rex curiam suam ad Natale Domini apud Westmonasterium, in majori palatio suo, sicut de consuetudine habuit, serenissimam, ubi cum moram per xv. dies pertraxisset, rumor de adventu comitis Ricardi de Terra Sancta redeuntis percrebuit. Quo cognito, Petrus de Sabaudia, comes Richemundiæ, castra regni eminentiora et famosiora, quæ susceperat custodienda, in manu regis, ut vir discretus et circumspectus, prudenter resignavit. Intel- Id. iv. 177.

[1] Here the handwriting changes, and is of the distinct St. Alban's character. From here to 1249 is the portion considered by Sir F. Madden to have been written by Matthew Paris. See Hist. Anglor. i. p. xxii.

[2] *temperavit*] imperavit, E.

[3] *poterant*] poterunt, E.

Matt. Par. iv. 177. lexit enim quod magnates Angliæ magnam de exaltatione ejus repentina conceperunt indignationem, unde nimis comitis adventum formidabat. Porro hæc ipsius Petri prudentia multorum corda sedavit turbatorum. A.D. 1242.

Id. iv. 178. Eodem anno, in Pictavia orta est seditio magna, quæ postea ruinam maximam et scisma letale, necnon et guerram et dampnum generavit irrestaurabile. Comes enim de Marchia, instinctu Ysabel, quam Franci Zezabel impiissimam nominant, uxoris ejus, matris videlicet regis Angliæ, calcaneum levavit contra dominum suum regem Franciæ. Indignabatur enim vehementer, quod Andefulsus, frater regis Francorum, comes jam Pictaviæ, cui rex Francorum comitatum eundem nuper contulerat, homagium debitum ab[1] eo exegit. Unde procaciter respondens dictus comes de Marchia, cum superbia et abusione, quod de jure debuit, abnegavit.[2] Ascendit igitur super hoc usque ad regem Francorum querimonia non levis. Admonebatur comes talem insolentiam corrigere. Sed multotiens admonitus, hoc facere contempnens et mulicbri utens consilio, significavit regi Angliæ ut veniret in Pictaviam, non comitatu Anglorum suorum sed quantitate pecuniæ communitus, et omnes ei suas terras redderet transmarinas. Rex autem consiliis Pictavensium, quibus prodere proprium est, fidem adhibuit et consensum, et in thesauris et navigio transitum præparans, nullius amicorum suorum et hominum naturalium consiliis vel precibus potuit retardari.[3] Troubles in Poitou. *Oritur insolentia.* Henry III. persuaded to go into Poitou.

Id. iv. 179.

Cf. Id. iv. 181.

Id. iv. 180.

Diebus illis scripsit dominus rex omnibus Angliæ magnatibus, districte præcipiens ut omnes generaliter Londoniis die Martis proxima ante Purificationem beatæ Virginis de arduis negotiis regni, dilationem non capientibus, tractaturi convenirent. Parliament summoned for 28 Jan.

Ipso quoque tempore dominus rex de adventu fratris sui comitis Ricardi certificatus, occurrit ei ad mare lætabundus cum magno comitatu,[4] et ipsum suscipiens cum gaudio et honore, fraterno affectu in amplexus ejus ruens, lacrimas Henry III. meets earl Richard on his landing.

---

[1] *ab eo*] om. E.
[2] *abnegavit*] obnegavit, E.
[3] *retardari*] redardari, E.
[4] *comitatu*] comitu, Ch.

fudit exultationis. Et per plures dies commorantes, sese mutuis collocutionibus consolabantur et epulis recreabantur. Interim non cessabant Pictavenses regem epistolis et legationibus stimulare et animare, ut ad ipsos transfretando venire non omitteret, sine offendiculo et contradictione jura sua et omnes terras suas ultramarinas recepturus. Imminente autem Purificatione et die generalis parlamenti,[1] convenit tota Angliæ nobilitas tam prælatorum quam magnatum apud Westmonasterium. Innotuit autem jam cunctis, quod comes de Marchia et alii Pictaviæ nobiles, qui omnes de proditione semper fuere notabiles, regem vocabant, ut non manu militari stipatus, sed thesauris instauratus, ac si nullam militiam Angliæ reputarent sed solam pecuniam desiderarent, ad ipsorum præsidium acceleraret. Jam jam enim eos rex Francorum, quasi manifestos proditores, hostiliter invaserat. Insonuit igitur murmur inter Anglos, et non minimam super hoc indignationem conceperunt, quod rex cereus ad talem suggestionem[2] fidem præbuerat et consensum. Cum autem congregarentur, exegit rex cum magna instantia pecuniam ad requirendam[3] terram suam ultramarinam. Et cum non possit[4] rex revocari a proposito suo[5] concepto prece vel consilio suorum hominum fidelium et naturalium, solutum est concilium cum indignatione. Convenerat autem rex prælatos singillatim, quid[6] quis ei dare vellet, usus Romanorum versutia; et sic cum non posset omnes simul congregatos flectere, singulos ad suam voluntatem enervando, eorum constantiam inclinavit, et concessa est sic ei pecuniæ a prælatis quantitas numerosa. Et exinde militibus, quos noverat indigere, magnam partem distribuit, ut cum ipso transfretarent. Cum autem Francorum rex de transitu regis Anglorum certificaretur, mare

The Poitevins continue their invitation. Matt. Par. iv. 181.

Parliament at Westminster.

The king demands money to recover his foreign possessions. Id. iv. 184.

Astutia a Romana derivata. Id. iv. 182.

Preparation of Louis IX. against Henry III. Cf. Id. iv. 188.

[1] *parlamenti*] parleamenti, E.; parliamenti, A. N. Re. T. W.; Cl. is altered.

[2] *suggestionem*] sugescionem, Ch,

[3] *requirendam*] adquirendam, E.

[4] *possit*] posset, E.

[5] *suo*] om. E.

[6] *quid quis*] quid quisquis, E.; quisquis, N.

Matt. Par. iv. 188. et partes mari conterminas, præcipue tamen Rupellam et alia maris confinia versus Pictaviam et Wasconiam spectantia, manu militari communivit. A.D. 1242.

Eodem[1] tempore, applicuit comes Sarum apud Doveram, rediens de Terra Sancta.[1] Cum autem vidisset comes Ricardus, quod dominus rex nulla ratione poterat ab incepto revocari, consensit ut cum eo transfretaret, et se magnifice ad transitum præparavit; et eodem exemplo excitati multi alii nobiles, cum rege et dicto comite se ad transitum præpararunt.[2] Commissa igitur regni custodia archiepiscopo Eboracensi Waltero, eo quod vir discretus et fidelis inter omnes regni reperiebatur, dominus rex comitante regina et fratre suo comite Ricardo, cum septem aliis comitibus et militibus circiter trecentis naves ascendit idus Maii, iter et vela dirigens versus Burdegalim. Ipso quoque tempore, rex[3] Scotiæ Alexander filiam Engelrami de Cuscy, cujusdam videlicet potentis baronis ac crudelis de regno Francorum, Margaretam nomine, sibi matrimonio copulavit. Cum vero dominus rex in partibus ultramarinis[4] moraretur, quidam nobilis, natione Hibernicus, Willelmus [scilicet] de Marisco, exul et profugus pro quodam sibi imposito facinore, in insula Londeie, quæ non multum distat a Bristoldo, rapinis et prædis intendebat. Tandem captus cum xvi. sociis suis, adjudicatus est crudeli morti, et rege sic dictante, tractus est cum dictis xvi. sociis suis ad caudas equorum Londonias ad patibulum suspendendus. Pater igitur suus, quidam de potentissimis Hyberniæ, nomine Galfridus de Marisco, hoc audito, fugit in Scotiam, vix ibidem tutas latebras habiturus, qui præ confusione et dolore contabescens, cito post miserabilem vitam optata morte terminavit. Et[5] circa eadem tempora, obierunt quidam nobiles, videlicet Gilebertus de Gaunt, Baldewinus Wac, Philippus de Kime; et in partibus boreali-

Cf. Id. iv. 189. — Return of William Longespée.

Id. iv. 191. — *Præparant se multi ad transfretationem.*

Id. iv. 192. — *Archiepiscopo Ebor. committitur regni custodia.*

Id. iii. 530. (a. 1239.) — *Maritagium.*

Id. iv. 193. (H. A. ii. 462.) — Piracy of William Marsh in Lundy.

Id. iv. 196. — *Judicium horribile.*

Cf. Id. iv. 202, 422. — Death of Geoffrey Marsh.

Id. iv. 194. — *Obitus nobilium.*

[1–1] *Eodem . . . Sancta*] om. N.

[2] *præpararunt*] præparunt, Ch.; præparant, N.

[3] This is transferred here from a confusion with Paris's mention of the espousals of Alexander's son with Margaret, daughter of Henry III. (iv. 192).

[4] *ultramarinis*] transmarinis, E.

[5–5] *Et . . . peremisse* (p. 254)] om. A. N. Re.

A.D. 1242. Deaths of the E. of Warwick and Henry, son of Frederick II.

bus Rogerus Bertram cum quibusdam viris præclaris humanis rebus exempti ab hac luce migraverunt. Obiit etiam comes de Warewic, vir potens et genere spectabilis. Et eodem tempore, unus filiorum imperatoris Fretherici, nomine Henricus, qui exigentibus meritis suis, diuturno carcere, jubente patre, detinebatur, miseram animam exalavit; perhibetur enim, seipsum ex tædio vitæ manu propria nimis infeliciter peremisse.[5] Matt. Par. iv. 194.

Oblatio inopinata.

Ipso quoque tempore, rex Francorum piissimus et elegantissimus, spiritu tactus misericordiæ et tranquillitatis, optulit domino regi Angliæ optimam formam pacis, eo quod ejus erat consanguineus et uxor ejus regina reginæ Angliæ soror extiterat. Sed rex Angliæ, comitis de Marchia seductus falsis pollicitis,[1] ipsam penitus refutavit, asserens se nunquam a consilio dicti comitis, quem patrem suum de more appellavit, quomodolibet[2] recessurum. Et[3] statim hostiliter et inconsulte ipsum regem Franciæ diffiduciavit. Pœnituit igitur regem Franciæ, se regi Angliæ sic humiliasse; et evoluta oloflamma, impetum fecit vehementissimum in omnia, quæ comitis de Marchia erant; et infra breve tempus adeo prosperatum est negotium Martium in manu ejus, ut jam contritis hostibus ejus, finem guerra sua sortita est adoptatum. Occupaverat enim jam castrum dictum Frontenay, quod videbatur Pictavensibus inexpugnabile, et in ipso filium comitis de Marchia cum centum militibus; occupavit inde castrum, quod dicitur Movent.[4] Deinde diatim alia castra necnon et civitates et earum habitatores, præclari cives et milites, sponte in suam se dederunt potestatem. Tandem ventum est apud præditam civitatem vineis[6] opulentissimam, flumine, quæ[7] Tarente dicitur, lætificatam, quæ Tailleburc dicitur, ubi rege existente Franco-

Cf. Id. iv. 204.

Henry III. refuses the peace offered by Louis IX.

Id. iv. 205, 179.

Id. iv. 202.

Cf. Id. iv. 207.

Louis takes Fontenay (l'abattu).

Id. iv. 206.

Occupantur castra comitis de Marchia.

Abridged from Id. iv. 209–212.

Henry III. and Louis IX. on opposite sides of

[1] *pollicitis*] pollicionibus, E.
[2] *quomodolibet recessurum*] discedere, E.
[3] *Et . . . diffiduciavit*] om. E.
[4] *i.e.* Vouvant.
[6] *vineis*] veneis, Ch. T. W.
[7] *quæ*] quod, E.; qui, T.

Matt. Par iv. 210. rum, rex Anglorum ex alia parte cominus fluminis[1] extitit, ita ut adinvicem alii aliorum papiliones et signa videre potuerunt, ereptusque est ibidem rex Anglorum a discrimine confusionis per industriam comitis Ricardi. A.D. 1242. the Charante at Taillebourg.

Id. iv. 212. Nocte igitur fugiens rex Anglorum feliciter ac prudenter venit Xantonas; sed eum insecutus est statim rex Francorum, ibique factus est accerrimus conflictus inter Anglos et Francos extra civitatem, in quo plus laudis Anglos[2] promeruisse coacti sunt Franci, licet inviti, Henry III. saved by earl Richard and escapes to Saintes.

Id. iv. 214. confiteri. Accrescente autem regis Francorum indies exercitu, ad instar stagni ex torrentibus inundantis, facta est seditio in civitate, unde natis sinistris rumoribus, rex Anglorum repentino avolatu se contulit Blavium, probrose fugitivus; ubi per aliquot dies infirmatus[3] commorabatur. His flight to Blaye.

Id. iv. 214–221. Hæc[4] igitur audiens comes de Marchia, tactus dolore cordis intrinsecus, misso comite Britanniæ ad regem Francorum intercessore et mediatore, vix ad pacem regis Franciæ, sed durissimis tamen conditionibus, relicto rege Angliæ, postquam thesaurum ejus exhauserat et honorem exufflaverat, est receptus. Deinde Reginaldus de Pontibus, post quem Willelmus cognomento Archiepiscopus, quos sequebantur vicecomes de Thoarz, necnon et alii nobilissimi Pictavensium, receptis tamen caute, immo potius proditiose, regis Anglorum denariis quotquot poterant antea, ad regis Francorum alas convolarunt. The count de la Marche submits to Louis IX. Reginald de Pons, William l'Archevêque, and others desert Henry III.

Id. iv. 233. Obiit[5] autem tunc temporis abbas de Evesham, Ricardus cognomento Gras, monachus Westmonasteriensis, vir discretus et circumspectus, jure civili et canonico eleganter expeditus, apud Riolam; unde rex, quia ejus specialis extitit consiliarius et quandoque vices agens cancellarii, doluit vehementer.[4] Et dum rex his turbinibus exagitaretur, regina Alienora, proxima partui, apud Death of the abbat of Evesham at La Réole.

---

[1] *fluminis*] flumine, E.

[2] *Anglos*] Angli, MSS.

[3] *infirmatus*] This is a blunder of the compiler in abridging Paris; it was S. Louis who was taken ill.

[4–4] *Hæc . . . vehementer*] om. Re.

[5–4] *Obiit . . . vehementer*] om. A. N.

A.D. 1242. *Partus.* Burdegalim commorabatur, nec inde recessit donec peperisset videlicet filiam, et vocatum est nomen ejus Beatrix, comitissa Provinciæ, quæ Beatrix vocabatur, sic procurante; nata est igitur in crastino nativitatis sancti Johannis Baptistæ. Eodem[1] tempore, quod non sine sibilo et derisu cum dolore referunt Angli, quædam mulier singulariter monstruosa, cujus cadaver vermibus multis hæreditarium lecticam vacuam poterat onerare, videlicet comitissa de Biarde, cum filio suo Gastone, et l. militibus, ducta cupidine sterlingorum, quibus noverat regem Angliæ abundare, venit ad eum, et facta conventione ut regi pro stipendiis[2] militarent, xiii. libras esterlingorum qualibet die suscepit numeratas. Dicta vero mulier gigantea, vel filius ejus, vel eorum militia, quæ per multum temporis cum rege moram fecerunt sumptuosam, nunquam regi profuerunt, immo potius obfuerunt, et in fine ridiculose defuerunt.[1] Matt. Par. iv. 224.

Birth of Beatrice.

Deceptio ridiculosa mulieris.

The countess of Bearn obtains money from Henry III.

Alexander prior of Rochester. [Electus est dominus Alexander in priorem in die dedicationis ecclesiæ beati Andreæ, domino Ricardo episcopo et fratre Ricardo subpriore scrutantibus vota singulorum de capitulo.] MS. N. (margin).

Liberatio regis Angliæ.

Propositum divinitus imp. Rex interim Francorum, inito cum optimatibus suis consilio, quia vidit opus Martium in manibus suis ad votum feliciter prosperari, proposuit regem Anglorum, quem jam noverat Pictavensium viribus et solatio destitutum, et jam in proclivum desperationis declinantem, hostiliter et non segniter usque ad Blavium insequi, et inde usque Burdegalim, si illuc foret migraturus, et negotium guerræ sive belli usque ad consummationem indefessa diligentia continuare. Et ecce Dominus misertus regis Anglorum, *dans* quando et prout vult *salutem regibus*, ne incassum videretur se religiosorum Angliæ in recessu suo [orationibus] commendasse, corda Francorum, jam[3] intolerabiliter superbientium, quodam dissensionis inter eos exortæ scismate Matt. Par. iv. 224. Id. iv. 225.

Louis's pursuit prevented by dissensions in the army.

Ps. cxliii. 10.

[1–1] *Eodem . . . defuerunt*] om. Re.

[2] *stipendiis*] stipendio, E.

[3] *jam*] om. E.

perturbavit. Dicebant enim quidam eorum, quod non foret expediens Francis, quod rex Angliæ caperetur vel confunderetur, ne Anglia Franciæ subjugaretur, "quia si sic eveniret, Franci etiam nobilissimi, si a "rege Francorum opprimerentur, ubi profugis pateret "refugium, vel Anglis, si similia paterentur? Vidimus "in[1] interdicto Angliæ, Franciam episcopis Angliæ et "quibusdam magnatibus, utpote Roberto filio Galteri, "sinum refugii et protectionis aperuisse, et Angliam "comiti Bononiæ, Reginaldo." Et qui talia dicebant, erant de his quos comes Ricardus in Terra Sancta redimerat; quos cum audissent alii Francorum, arguebant eos proditionis, et sic orta dissensione, fere ad intestina bella convolabant. Præterea[2] alimentorum, præcipue aquarum, penuria eorum exercitum, qui numerosus erat, adeo miserabiliter invasit, ut fame et siti invalescentibus tumuerunt, et infirmantes[3] contabuerunt, et variis afflicti miseriis animas fatiscentes exalarunt. Comprovinciales enim puteorum ora obturaverant, rivos et fontes perturbatos intoxicaverant, prata cum pascuis araverant, et amotis pecudibus, annonam cum fructibus elongaverant. Hausis igitur aquis, tam equi quam homines perierunt, et oblatrantibus diebus canicularibus, qui tunc instabant, homines infirmi decubuerunt, et carentes requiei solatio et curantium medicamine, citius obierunt. Mortui igitur sunt de exercitu Francorum magnates, vexilla ferentes, quater viginti, et de pedestri manu circiter viginti milia. Rege autem Francorum simul graviter infirmato, cecidit timor grandis cum desperatione super Francos, dicentes quod elemosinæ[4] regis Anglorum ipsos dejecerant. Formidabant etiam vehementer regem suum, qui tener erat et delicatus, immo etiam seipsos, morte opprimi repentina; exemplum etiam robustorum morte præventorum augebat formidinem. Obierat enim ibidem Robertus Malet, quidam baro Normanniæ, armis strenuissimus, et singulari dignus præconio. Obiit insuper ibidem eadem peste Ricardus de Beumund,

A.D. 1242.

Causa scismatis Francorum.

Exemplum.

Matt. Par. iv. 225.

Sickness in the French army.

Louis taken ill.

Pestis morticinii.

[1] *in*] om. E.

[2] *Præterea* to the end of the chapter] om. Re.

[3] *infirmantes*] infirmitates, E.

[4] Cf. Matt. Par. iv. 232.

A.D. 1242. Truce for five years granted.

inter omnes Francos generosus, et gestis magnificis intitulatus. Coactus est igitur rex Francorum, fatis sibi adversantibus, treugas quinquennes a rege Anglorum postulare, in Franciam, ut aera[1] solitum[2] hauriret, mature rediturus; quæ libenter, immo gaudenter, sunt concessæ postulanti. Matt. Par. iv. 225.

The Poitevins do homage to Louis IX.

Receptis igitur homagiis magnatum Pictaviæ, et suis naturalibus hominibus ac fidelibus in castris eorum positis ac civitatibus, ut ipsis præessent et eos rege-

His return and recovery.

rent, rex in Franciam remeavit, et in brevi sanitati restitutus, Pictavenses jussit, ultimis traditos conditionibus, artissime custodiri; unde datum est eis jam pro lege, ut nec nuptui filias suas tradant, nec de una civitate in aliam,[3] sine Francorum licentia. Id. iv. 226.

Comes etiam de Marchia, de proditione accusatus et appellatus eodem anno coram rege Francorum, vix a mortis ignominiosæ dispendio est ereptus. Id. iv. 252, 253.

Nota pœnam proditionis.

Factus est tamen quasi cunctis prodigium, id est signum ad digitum in subsannationem et sibilum universis, eo quod regem Angliæ tam perniciose prodidit, in ipsum temere confidentem. Ex ipso igitur tempore

Henry III. freed from his payment to the Poitevins.

deonerata est regis Angliæ prodiga sollicitudo, quæ inconsulte Pictavensibus quolibet anno vii. milia marcarum, pro eorum umbratili homagio et inutili servitio, distribuere consuevit. Id. iv. 254.

Dedicatur ecclesia conventualis de Wautham.

Eodem[4] anno, videlicet in crastino sancti Michaelis, dedicata [est] ecclesia conventualis de Waltam ab episcopo Norwicensi[6] Willelmo, sollemniter, assistentibus aliis plurimis episcopis et prælatis.[4] Id. iv. 227.

Scutage.

Ipso quoque eodem tempore exigitur scutagium; conceditur et colligitur ad opus regis indigentis, videlicet de scuto xx. solidi. Cum autem rex

Henry III. wastes his time at Bordeaux.

pacifice transisset usque Burdegalim, et treugis captis inter regem Franciæ et ipsum, moram ibidem traxisset inutilem et nimis sumptuosam, quidam Angliæ nobiles, Cf. Id. iv. 229.

---

[1] *aera*] aerem, E.

[2] *solitum*] solita, A. Cl.

[3] A word seems wanting here; A. has *transire* in the margin, which N. puts into the text; Cl. *irent* in the margin.

[4–4] *Eodem . . . . prælatis*] om. A. N.

[4–5] *Eodem . . . . . temporibus* (p. 259)] om. Re.

[6] *Norwicensi*] Norwicensis, Ch.

Matt. Par. iv. 228. jam nimis indigentes et alieno ære obligati, licentiam repatriandi petierunt, nec optinuerunt. Comes autem Ricardus eodem tempore non clare licentiatus recessit, et in mari repatriando multa passus pericula, et a naufragio vix ereptus, in insulam,[1] non procul a Cornubia ad aridam jactatus, votum vovit Domino se domum[2] religiosorum ordinis Cysterciensis fundaturum, quod postea fideliter adimplevit. A.D. 1242. Various nobles and earl Richard return to England.

Id. iv. 232. Circa eadem tempora, obiit[3] nobilis vir Ricardus de Burgo, multas in Hibernia habens terras et possessiones. Et eodem anno, Hugo de Lascy, in Hibernia bellator nominatissimus, cujus bella et conquestus tractatus exigerent speciales, ab hac luce migravit. Ipsis quoque temporibus,[5] episcopus Lincolniæ Robertus, vir in Latino et Græco idiomate peritissimus, Testamenta xii. patriarcharum de Græco fideli interpretatione transtulit in Latinum, quæ per multa tempora incognita et abscondita fuerunt per invidiam Judæorum, nec ad notitiam[4] Jeronimi vel alterius interpretis pervenerunt. Manifestæ enim in eis de Salvatore prophetiæ reperiuntur. Deaths of Richard de Burgh and Hugh de Lacy. *Translatio xii. Testamentorum.*

Id. iv. 233. Id. iv. 235. Eodem[6] quoque anno, kal. Decembris, obiit Jocelinus episcopus Bathoniæ, plenus dierum.[6] Imminente vero festo sancti Michaelis, non permissi sunt abbates Cysterciensis ordinis ad generale capitulum eorum transfretare, eo quod eodem anno a rege rogati de lanarum suarum exhibitione eum juvare[7] noluerunt. Death of the bp. of Bath. Oppression of the Cistercians.

Transiit igitur annus ille satis frugifer atque fructifer, Angliæ pacificus, sed terris regno Angliæ pertinentibus ultramarinis bellicosus et dampnosus, Terræ Sanctæ suspectus, imperio formidabilis, toti Ecclesiæ turbulentus, sede papali adhuc vacante, fratribusque tam locis quam cordibus invicem dissipatis, ita ut vix septem vel octo Romæ commorarentur.[8] General character of the year.

---

[1] Scilly.

[2] Hayles in Gloucestershire, founded in 1246.

[3–5] *obiit . . . . temporibus*] om. A. N.

[4] *notitiam*] notiam, Ch.

[6–6] *Eodem . . . . . dierum*] om. A. N.

[6–8] *Eodem . . . commorarentur*] om. Re.

[7] v. Hist. Angl. ii. 467.

A.D. 1243. *Rege Anglorum inutiliter commorante Burdegalis, colligitur pecunia in Anglia ad opus ejusdem.*

Henry III. at Bordeaux.

Anno gratiæ MCCXLIII°, qui est annus regni regis Henrici tertii xxvii., fuit idem rex apud Burdegalim, non tantum [1] ad Natale Domini, sed hyemans et commorans inutiliter; comitissa de Biarde et Gastone filio suo et Wasconibus ab ipso rege, quem ad votum tenebant, cotidianas expensas ad placitum et stipendia non modica extorquentibus; nec alicui negotio bellico rex vel Angli intendebant, nisi quod [2] ne nil ageretur, quædam parva municipia rebellantium in finibus Burdegaliæ sibi mancipantes, quoddam monasterium, quod Verrines dicitur, in quo quidem rebelles se receptaverant, obsiderent; ubi quidam regis familiaris consiliarius, Johannes Mansel, clericus, dum animosius omnibus aliis obsessos infestaret, usque fere ad exanimationem jactu lapidis contritus et spiculo vulneratus, vix manus effugit inimicas; qui, quia pro regis honore tam libenti animo mortis se opposuit periculo, factus est de familiari regi [3] familiarior, et de locuplete locupletior, ita ut ad magnatum nobilissimorum attingere meruit celsitudinem, collatique sunt ei redditus opulentissimi. Matt. Par. iv. 236.

Siege of the monastery of Vérines.

John Mansel wounded.

William of Montpelier elected bp. by the Coventry monks, but rejected by the king.

Circa [4] eadem quoque tempora, monachi Coventrenses de morte abbatis de Ewesham, qui pro electo Coventrensi habebatur, certificati, præcentorem suum, dominum Willelmum de Monte Pessulano, virum sanctum et moribus et scientia præditum, consentientibus aliquibus canonicis Lichefeldensibus, in episcopum et pastorem suarum elegerunt animarum. Sed dominus rex, sicut jam ei moris erat, alium malens in ipsum episcopatum promovere, statim se opposuit, neque electionem neque electum acceptans. Et stantibus quibusdam cum eo canonicis Lichefeldensibus, et lite ventilata, fiunt utrobique dispendia morosa et sumptuosa,[4] [videlicet lib.] Ipsoque [5] tempore, venerunt quinque Portuum custodes, et quidam, qui vina et victualia vendebant, alii Id. iv. 237. MS. Cl. Matt. Par. iv. 238.

Exactiones.

[1] *tantum*] tamen, E.
[2] *quod*] om. MSS.
[3] *regi*] regis, E.
[4–4] *Circa . . . sumptuosa*] om. A. N. Re., and Re. om. all to the end of the chapter.
[5] *Ipsoque*] Eodem quoque, E.

Cf. Matt. Par. iv. 244. quoque, qui de stipe[1] regia pendebant, instantissime sua a rege postulantes stipendia. Burdegalenses insuper, quibus rex obligatus ex debitis inæstimabilibus tenebatur, nec jam permittebant liberas habenas habere Id. iv. 239. ipsi domino suo. Sed jam erat ei ipsa sua Burdegalis pro carcere; artabant et stimulabant ipsum usque ad animæ amaritudinem. Et jam, licet sero, pœnitens se dominus rex suorum naturalium hominum Anglorum consiliis non adquievisse, desideravit Angliæ gaudere securitate, et Westmonasterii deliciis gratulari.[2] Ex tunc igitur cogitavit Angliæ portum repetere; et Id. iv. 242. peritorum procurante industria, firmatæ sunt treugæ, quæ subarratæ et initiatæ fuerant die sancti Gregorii.[3] Comes autem Britanniæ dissimulans, utpote vir dolosus et omni vulpecula astutior, hoc se scire, in mari piraticus factus rapinis intendebat, et multos multis bonis spoliavit, præcipue mercatores, qui in præfatis treugis confidentes per fines illos transmearunt. Quod cum conquerente rege Anglorum ad aures piissimi regis Francorum pervenisset, ait, "Ha, quotiens illum pro- "ditorem redargui, nec correptus corrigitur; ut quid "dissimulat se, quæ facta sunt, nescire?[4] Ne sua "sibi fraus patrocinetur, spolietur spoliator, et domino "regi Angliæ restituantur ablata." Quod et factum est. Insuper spoliator et infamis factus est et justa punitione condempnatus.

A.D. 1243. The wardens of the Cinque Ports apply for pay. The king desires to return home. Truce with France. *Dissimulatio proditionis.* Punishment of the count of Britanny by Louis IX.

Ipso quoque tempore, congregati[5] sunt cardinales ut Papam eligerent, significabantque imperatori, quod jam non leviter per totam Christianitatem famam suam denigraverat. Sparsim enim dictum fuit, quod Id. iv. 239. ipse imperator electionem papalem et Ecclesiæ promotionem impedivit, cardinalium aliquos et prælatos quos-

Nota impedimentum Papalis electionis, videlicet unitatis carentiam.

---

[1] *stipe*] stirpe, E.

[2] *gratulari*] exsaturari, E.

[3] *Gregorii*] sic, as the C.C. MS. of Matt. Par.; Georgii is the correct date.

[4] *nescire*] scire, E.

[5] *congregati*] congretati, Ch.

A.D. 1243. dam incarceratos retinendo. Et in calce mandati addebant, quod ipsos, quos sic tenebat, dimitteret, præcipue cardinalem Ottonem, ut interesset electioni, et fieret ad votum suum electio, et ad imperii honorem, pacem, et exaltationem. Quibus verbis fidem adhibens imperator, dictum Ottonem cardinalem, simul et prælatos, quos temere tenuerat, liberos abire permisit. Cum autem ad fratres idem Otto ipsum expectantes pervenisset, et simul omnes de electione Papæ contrectassent, seminante discordiam Sathana, non poterant convenire et in unum assentire. Unde Otto cardinalis, pudore confusus, proposuit ad carcerem imperatoris redire, eo quod transgressi sunt cardinales, quæ promiserant incarceratorum liberatori. Quod, cum imperatori innotuisset, acceptans Ottonis fidelitatem, significavit ei, ut non tantum pro liberato, immo pro amico, ipsum habuit et habiturus erat.[1] Congregato igitur copioso exercitu, imperator Albaniam civitatem, ad ecclesiam Romanam specialiter spectantem, depopulans, comminabatur cardinalibus, ut omnia, quæ ecclesiæ Romanæ essent, solo tenus complanaret, nisi concorditer sine impedimento Papam elegissent. Mandavitque senatori[2] Urbis et aliis amicis suis, ut conclusos electores artissime in manu armata custodirent, nec exire[3] permitterent, donec Papam creassent. Insuper rex Francorum, cum tota regni sui universitate, epistolam efficacissimam, preces armatas et imperiosas continentem, per sollempnem nuncium transmisit cardinalibus, persuadens ut ecclesiæ providerent sine moræ dispendio. Talia igitur mandata formidantes, consilium inierunt, ut iterum congregati, invocata Spiritus Sancti gratia, die statuto non moroso, electionem sine impedimento diabolico papalem celebrarent.

Cardinal Otho released by the emperor to attend the conclave.

Matt. Par. iv. 240.

Otho determines to return to his prison.

Cf. Id. iv. 170. Id. iv. 240.

Cf. Id. iv. 170.

Albano pillaged.

Cf. Id. iv. 241.

The emperor demands that a Pope be elected.

The same exhorted by Louis IX.

Cf. Id. iv. 249, and Hist. Anglor. ii. 470.

Efficax stimulus.

---

[1] *erat*] erit, Annal. Lond. (Stubbs), i. 39.

[2] Giovanni Poli.

[3] *exire*] ire, E.

Nota. A.D. 1243.

Matt. Par. iv. 250. Dierum[1] illorum curriculis, quia multi dubitabant si papalis potestas, sede vacante, ad cardinalium universitatem devolveretur an non, per quasdam litteras abbati de Wardune transmissas, plenius certificamur, sic incipientes:[2] Letter from the cardinals during the vacancy to the abbat of Wardon.

"Miseratione divina, Raynaldus Ostiensis et Velletrensis, "Johannes tit. sanctæ Praxedis, Sinibaldus tit. sancti Lau- "rentii in Lucina, Stephanus tit. sanctæ Mariæ . . . . .[3] "in Cosmedin, Egidius sanctorum Cosmæ et Damiani, "Otho sancti Nicholai in carcere Tulliano, sanctæ Ro- "manæ ecclesiæ cardinales, religioso viro, abbati de War- "dune, salutem in Domino, etc." *Nomina cardinalium tunc Romæ existentium.*

Id. iv. 251. Et in sequentibus: "Nos autem, penes quos potestas "resident, Apostolica sede vacante, etc."

Altered from Id. iv. 254, 255. Ipso quoque tempore, rex Anglorum, cum diutinam moram in Wasconia consumpsisset, commissa tutela Wasconiæ, quam senescalciam vocant, Nicholao de Molis,[4] militi fideli ac prudenti, inops, extorris, et inglorius rediens versus Angliam, transfretavit. Cui magnates Angliæ innumerabiles ex ejusdem regis mandato occurrerunt, et super litus maris moram dampnosam, tediosam, et sumptuosam protrahentes, tandem ipsum cum sospitate venientem reverenter susceperunt, et muneribus impreciabilibus simul prælati ut magnates honorarunt, et cum Londoniis pervenisset, cortinis lampadibusque[5] plateas adornari et ecclesias cereorum numerositate jussit choruscare. Et imminente sancti Aedwardi festivitate, scilicet iii. idus Octobris, venit gaudenter [apud] Westmonasterium, occurrente processionaliter, in festivis indumentis, in classico campanarum et incredibili accensorum cereorum numerositate, conventu.[1] Return of Henry III. from Gascony. *Pompa ridiculosa.*

Id. iv. 256. Eodem anni tempore, videlicet die nativitatis sancti Johannis Baptistæ, post multas disceptationes[6] et varias

---

[1–1] *Dierum . . . conventu*] om. Re.

[2] *incipientes*] incipiente, MSS. exc. E.

[3] Here the words "trans Ty- berim, presbyteri, R. sanctæ "Mariæ" are carelessly omitted.

[4] *Molis*] Mueles, E.

[5] *que*] om. MSS.

[6] *disceptationes*] deceptationes, MSS. exc. E.

A.D. 1243. Election of P. Innocent IV.

ecclesiæ Romanæ tribulationes, mortem papæ Gregorii repentinam, mortem quoque nimis lugubrem magistri Roberti de Sumercote cardinalis, et alias varias fortunæ adversantis tunsiones,[1] cardinales in unum propter metum imperatoris congregati, elegerunt Senebaldum cardinalem in Papam, Januensem natione, virum in decretis et jure canonico eleganter eruditum, pecuniæ tamen non contemptorem. Creatus autem est Anagniæ, et vocatum est nomen ejus Innocentius quartus, et die Apostolorum Petri et Pauli confirmatus est; et confirmatus confirmavit statim sententiam[2] latam a prædecessore suo Gregorio in imperatorem Frethericum. Unde imperator, cum contrarium suæ spei reperisset, in iram vehementissimam excandens, significavit Romanis, quod in magnum eorum præjudicium creatus est Papa alibi quam in Urbe; et in majus, quod sententiam Gregorii Papæ confirmaverat. Unde statim imperator novo Papæ moliebatur gravamina et insidias præparavit, posuitque in transitibus[3] viarum et portuum artas custodias, et per mare galeas, ne bullarum portitores transmearent et pecuniam in nocumentum sui ei[4] reportarent, ita ut nec Prædicatoribus nec Minoribus scripta vel intersigna vel nuntia bajulantibus severitas parceret imperialis. Eodem[5] tempore, Templarii apud Acon Hospitalarios hostiliter obsederunt, et in eorum contemptum et contumeliam treugas, per comitem Ricardum cum soldano Babiloniæ per consilium ipsorum Hospitalariorum prudenter initas, impudenter infregerunt; et ipsum soldanum, confœderati aliis soldanis, fidem in infidelibus credentes reperire, non verebantur impugnare. Unde tantummodo videbatur illa comminatio fulgurantis Evangelii iminere, scilicet, *Omne regnum in se divisum desolabitur.*

Papa creatur.

The election at Anagni.

He renews the sentence against the emperor.

Quarrel at Acre between the Templars and Hospitallers.

Scisma toti mundo formidabile.

S. Luc. xi. 17.

Circa eadem [tempora], cum episcopus Lincolniensis nimis impetuose, et secus quam deceret, abbatem de Bardeneia deposuisset, et idem abbas cum ad conventum

Abridged from Matt. Par. iv. 247-8.

[1] *tunsiones*] tunc omnes, Re.

[2] *sententiam*] sententia, E.

[3] *transitibus*] transibus, Ch. Cl.; transitus, A. N.

[4] *ei* is introduced in Ch. in the margin.

[5] *Eodem . . . . optinere* (p. 265)] om. Re.

Matt. Par. iv. 247. Cantuariæ, penes quem ex suis privilegiis residet potestas lites in provincia Cantuariæ exortas, vacante sede papali, terminare, appellasset, noluit dictus episcopus appellationi [1] deferre; unde conventus memoratus dictum episcopum sollempniter excommunicaverat. Episcopus autem ad jam creatum Papam nuncios destinavit, qui, vix salvo utriusque partis jure, ad cautelam absolutionis beneficium [meruit] optinere. A.D. 1243. *Nota dignitatem conventus Cantuariæ.* Quarrel of Grosseteste with Canterbury.

Cf. Id. iv. 257, 258.

Id. iv. 259. Confirmantur in episcopum Wintoniensem episcopus Norwicensis postulatus, et Bonefacius in archiepiscopum Cantuariæ. *Confirmationes.*

Id. iv. 261. Circa illos dies, videlicet [2] [xviii.] kal. Decembris, mater reginarum Franciæ et Angliæ, Beatrix, uxor comitis Provinciæ, mulier singularis speciei, venit in Angliam, rege vocante, et in viaticis nimis sumptuosis totum iter suum pompose procurante; ipsiusque adventum in preciosorum munerum largitione, in cereorum inæstimabilium accensione, in campanarum tinnitu et tubarum clangore, rex usque fere ad mare, cum nobilium multitudine occurrens, alacriter serenavit. Duxit autem secum filiam suam Cinciam,[3] comiti Ricardo maritandam. Cum autem Londonias venisset, jussu regis, videlicet [4] octavis sancti Martini, amotis luto et omnibus offendiculis, pallis et cortinis tota civitas resplenduit adornata. Die vero sancti Clementis, comes Ricardus desponsavit uxorem suam memoratam Cinciam,[3] filiam comitis Provinciæ Reimundi et dictæ comitissæ Beatricis, sororem videlicet reginarum Franciæ et Angliæ, apud Westmonasterium. In cujus desponsatione tanta convivarum multitudo, tantaque nuptialis lætitiæ [5] resplenduit serenitas, ut festum illud geneale, speciales exigens tractatus, Hymenæum [6] reddidit admirantem. *Nota pompam seculi inutilem.* Arrival of Beatrice countess of Provence. Her daughter Sanchia. *Nuptiæ pomposæ nimis.* Marriage of Sanchia with Richard of Cornwall.

Et [7] dum mundus, multiformis præstigiator, sic mortales exagitaret, quidam habitum tantum gestans religionis, monachus umbratilis et sophisticus, J., qui auctoritate fultus tantummodo regia, nomen et officium *De tribulatione ecclesiæ Wintoniæ et episcopi ejusdem loci.*

---

[1] *appellationi deferre*] appellationem differre, E.

[2] *videlicet . . . Decembris*] om. N. On this date see Matt. Par. iv. 261, note [2].

[3] *Cinciam*] Senchiam, E.

[4] E. ins. *in.*

[5] *lætitiæ*] letitia, E.

[6] *Hymenæum*] imineum, MSS.

[7] *Et . . . ascendisse* (p. 267)] om. Re.

A.D. 1243. prioris ecclesiæ Wintoniensis videlicet cathedralis sibi temere usurpaverat, postquam illam nobilem ecclesiam diversimode, non sine multa dilapidatione, scandalo, et conventus ipsius ecclesiæ variis afflictionibus turbaverat, miseram animam exalavit, viarum suarum fructus recepturus. Rex tamen manum suam diutius aggravans, prohibuit ne quis Willelmum de Rale, qui se falso, ut ait, episcopum Wintoniensem fecit sollempniter acclamari, hospitio susciperet, vel eidem in venalibus communicaret, vel victualium necessaria ministraret; et qui ei in aliquo horum subveniret, hostis regis, immo publicus, haberetur. Episcopus autem memoratus Willelmus, ut ecclesiam suam visitaret, Wintoniam adiit. Major autem civitatis et suorum concivium nonnulli, super hoc præmuniti et præcepto ipsius regis animati, omnes portas civitatis contra[2] ipsum præclusit. At episcopus nudis pedibus ad unam portam civitatis, postea ad alias, extra civitatem cum suis presbiteris et clericis, aditum, ut in pace ecclesiam suam intraret, humiliter ab his, qui supra portas erant in propugnaculis, postulavit. Denegantibus autem majore et multis civibus et regis ministris et procaciter obstantibus, episcopus civitatem totam cum ecclesia cathedrali et omnibus aliis interdicto supposuit, et omnes monachos sequaces et fautores prioris intrusi per potestatem regiam, jam defuncti, ut dictum est, anathematis vinculis innodavit.

Death of the intruded prior [Andrew ?].[1]

Matt. Par. iv. 265.

The king's rage against the bp. of Winchester.

Cf. Id. iv. 264, 266, 390.

The bishop is kept out of Winchester.

Id. iv. 266.

He puts the city and cathedral under an interdict.

Eisdem[3] temporibus, pro imperialibus ministris, nimis Biterbienses opprimentibus, ipsa tota civitas Biterbii cum partibus adjacentibus per[4] Reinerum de Biterbio cardinalem conversa est ad Romanos, qui partes Papæ confovebant.[3] Et eodem tempore recesserunt ab imperatoris fidelitate multi nobiles et potentes; qui igitur oderunt eum, extollentes caput, comminati sunt ei, quod ipsum[5] usque [ad] internecionem persequerentur. Humiliatus igitur imperator secundum illud Daviticum, *Imple facies* [*eorum*] *ignominia, et quærent nomen tuum, Domine*, formam pacis op-

The people of Viterbo desert the emperor for the Pope.

Id. iv. 268.

Many nobles leave the emperor.

Humiliatio propter timorem.

Id. iv. 269.

Ps. lxxxii. 17.

[1] See Matt. Par. iv. 264, n[3]. J. probably means John de Cauz (Matt. Par. iv. 390).

[2] *contra ipsum*] om. E.

[3–3] *Eisdem . . . . . confovebant*] om. N.

[4] *per . . . cardinalem*] in the margin in Ch.

[5] *ipsum*] om. E.

Altered from Matt. Par. iv. 269.

tulit Ecclesiæ, videlicet ut juraret se libenter stare censuræ ecclesiasticæ, de injuriis ei illatis satisfacturum, ita scilicet ut præcognosceret in quibus, et prævisa via, et omnibus præcognitis. Quod cum denegaretur ei, magis solito desævit in Ecclesiam et viros ecclesiasticos.[1] Fecit etiam inter alias suas tyrannides duos fratres de ordine Prædicatorum et tot de ordine Minorum incarcerari, quia epistolas inter principes et magnates, in imperatoris et imperii detrimentum, deprehensi sunt bajulasse, qui in carcere ob immanitatem pressuræ defecerunt. Temporibus [2] etiam sub eisdem, non tantum partes Orientalium, immo jam Mediterraneorum et etiam Occidentalium, concussit [3] et vehementer perterruit rumor, qui de Tartaris inhumanis et eorum exterminio ventilatus, omnia climata mundi pervolavit; ita ut videretur beati Metodii martiris [4] prophetia effectum veritatis evidenter sortiri. Et diebus sub eisdem quidam, in Alemannia præcipue, se asserentes vitam et habitum religionis elegisse, in utroque sexu, sed maxime in muliebri, continentiam cum vitæ simplicitate profitentes, se voto privato Deo obligarunt. Mulierumque,[5] quas Biguinas [6] vulgariter vocamus, adeo multiplicatæ sunt, quod earum numerus in una civitate, videlicet Colonia, ad plus quam mille asseritur ascendisse.

A.D. 1243. Failure of the attempt at peace.

Matt. Par. iv. 256. Revenge of the emperor.

Cf. Id. iv. 270. *Timor universalis.*

Rumours of the Tartars.

Id. iv. 278. Increase of the Beguins.

Et tunc temporis in partibus maxime ultramontanis multiplicati sunt hæretici, præcipue illi, quos Paterinos appellamus, qui temporibus retroactis latuerunt, et deprehensi gravi morte puniebantur. Jam non erubescentes, neque punitionem nec censuram ecclesiasticam formidantes, in publicum erecta [7] cervice proruperunt, ita ut finis mundi a multis creditur iminere, propter diversas mundi et novas de die in diem emergentes tribulationes, cum in comminatione Evangelica intonet Dominus dicens, *Surget gens contra gentem,*[2] *etc.*

Pullulant hæreses.

The Paterines.

S. Luc. xxi. 10.

[1] *ecclesiasticos*] eccasticos, Ch.

[2–2] *Temporibus . . . . gentem*] om. N.

[3] *concussit*] conclusit, E.

[4] *martiris*] om. E. See Matt. Par. Additamenta, vi. p. 78. See also vi. p. 497, n[1].

[5] This is a confusion between *mulieres* and *mulierum numerus* (see Matt. Par. iv. 278 and Hist. Angl. ii. 476).

[6] *Biguinas*] begynas, E.

[7] *erecta*] et recta, A. E.

A.D. 1243. Character of the year.

Transiit ergo annus ille Ecclesiæ periculosus, regno Angliæ procellosus, frugifer satis tamen et fructifer, multos nobiles in Christianitate perimens et perturbans, Ytalicis præliosus, Terræ Sanctæ suspectus, Templariis et Hospitalariis scismatis et scandali generativus. Matt. Par. iv. 283. (H. A. ii. 477.)

De quodam magno convivio comitis Ricardi apud Walingefordiam.

Henry III. at Wallingford.

Anno gratiæ MCCXLIV°, qui est annus regni regis Henrici tertii xxviii., fuit idem rex ad Natale Domini apud Walingeford, conviva fratris sui, comitis videlicet Ricardi, ubi nimis fastigiose convivantes, invitatis omnibus fere regni nobilibus, Londoniis initiatarum reliquias nuptiarum consummaverunt, ut reliquiæ [1] cogitationum festum peragerent nuptiale. Erant autem ibidem præsentes, præter optimates Angliæ quos perlongum esset enumerare, Beatrix Provinciæ comitissa, et ejusdem filia Cincia, nurus ac nova sponsa spectabilis, quibus rex cum summo conamine se serenum exhibuit et jocundum. Tanti [2] igitur convivii sollempnitate completa, rex, comitante dicta comitissa Beatrice cum multis nobilibus Angliæ et Provinciæ utriusque sexus, instante festo Circumcisionis Dominicæ, Londoniam properavit, ut ibidem in præsentia et conspectu Provincialium, sollempnizans festivitatem sancti Ædwardi miro apparatu apud Westmonasterium, speciale suum domicilium, magnifice celebraret. Qua peracta, memorata comitissa, versus mare lora dirigens, ad partes nativas remeavit, rege cum numerosa regni multitudine usque ad maris litora pedetentim comitante. Sed antequam apud Doveram navem ascendisset, ne mundana gaudia impermixta arrideant mortalibus, occurrerunt ei lugubrium rumorum portitores, nunciantes Reimundum comitem Provinciæ, maritum suum, irremediabili morbo percussum, solum expectare sepulchrum, qui in omni tribulatione efficax Romanæ ecclesiæ exhibuit patrocinium et imperatori nocumentum. Quod cum audisset dominus rex, inconsolabiter dolens, quod solum potuit, in precibus et elemosinis Dei misericordiam pro ipso interpellavit.[2] Matt. Par. iv. 283.

Nuptial feast of Richard of Cornwall.

The king keeps S. Edward's feast at Westminster.

The countess of Provence returns home.

Fatal illness of her husband.

[1] Cf. Matt. Par. v. 270.

[2–2] *Tanti . . . . interpellavit*] om. N.

Matt. Par. iv. 284. Circa[1] idem tempus, confisus dominus Papa nimis de regis simplicitate et patientia, quendam novum pecuniæ extortorem, non insigniis legati redimitum, sed inauditis potestatibus communitum, nomine Martinum, transmisit in Angliam, qui se in solito legatorum et papalium nunciorum et clericorum receptaculo, videlicet in Novo Templo Londoniis, statim recipiens, potestatem suam redditus recipiendi et pecuniam multipliciter extorquendi manifestavit, et eam exercuit diligenter, usque ad multorum cordium summam amaritudinem et conscientiarum læsionem. Habebat enim potestatem collationem beneficiorum prohibendi, donec ad votum suum ipsi foret satisfactum; qui exiles redditus, quasi quisquilias,[2] despiciens, opimis manus rapidas injecit. Habebatque potestatem excommunicandi, suspendendi, et multipliciter voluntati suæ, licet impetuose, resistentes puniendi, et pro voluntate, quasi ipso die in papali cancellaria bullatas, Id. iv. 368. cartas autenticas more protulit consueto. Unde a[3] nonnullis nec sine causa dicebatur, ipsum plures cartas bullatas, sed vacuas, ad placitum suum scribendas, quod Id. iv. 284. absit, detulisse. Cœpit igitur memoratus magister Martinus undique munera, præcipue palefridos concupiscibiles et vasa preciosa, imperiose a prælatis exigere et exigendo extorquere, maxime a religiosis, ad opus suum, (stulte enim orat[4] qui sui obliviscitur), et ad opus Papæ redditus et præbendas præelectas; utens hac[5] odibili adjectione,[6] *Non obstante privilegio, etc.* Inter quas, dum Id. iv. 285. præbenda opima quædam Saresberiensis vacaret, dictus magister Martinus, sedulus explorator, avidas et aduncas manus iniciens, irrequisito, immo potius invito, loci ipsius episcopo, contulit ipsam cuidam adolescentulo, domini Papæ nepoti. Similiter et alias ipsius Papæ consanguineis, quibus idem Papa mirabiliter abundavit, collegit dictus magister Martinus indefessus, non sine multorum peri-

A.D. 1244.

De missione sophistica magistri Martini, non legati, sed potestatem legati habentis.

Rapacity of Martin.

---

[1] *Circa . . . adepturus* (p. 270)] om. Re.

[2] *quisquilias*] quisquilas, Ch. E. A. Cl. N.

[3] *a nonnullis*] autem nullus, E.; non a nullis, Cl.; autem nullis, T.

[4] *orat*] erat, E.

[5] *hac*] hoc, MSS. exc. T., which has *licet*.

[6] *adjectione*] abjectione, N.

A.D. 1244. torum stupore. Credebant enim multi et credentes sperabant, quod Romana curia, multipliciter a Deo flagellata, freno moderaminis suam avaritiam solitam[1] aliquantulum saltem coherceret. Matt. Par. iv. 285.

Death of cardinal John Colonna, Feb. 9.

In octavis vero Purificationis beatæ Virginis, obiit vas superbiæ et omnis fomes contumeliæ[2] inter dominum Papam et imperatorem exortæ, Johannes de Columpna, cardinalis Romæ. Qui, vir Martius et genere præclarus, inter omnes cardinales, castris et palatiis necnon et thesauris et redditibus instauratus, claruerat potentissimus. Eodemque tempore, magister Rogerus, præcentor Sareberiensis, confirmatus est in episcopum Bathoniensem.[3] Quidam quoque monachus, de gremio ipsius ecclesiæ Thomas assumptus, rite electus est in abbatem de Evesham et creatus. Anno quoque in eodem venerabilis pater Cicestrensis, Radulphus de Novilla, Angliæ cancellarius, columpna veritatis, et semper penes ipsum regnum basis fidelitatis, Londoniis in nobili palatio suo, quod a fundamentis construxerat, non procul a Novo Templo et domo conversorum, kal. Februarii vitam temporalem terminavit, perpetuam adepturus. Ipso tempore Otto cardinalis, qui aliquando legatus fuit in Anglia, factus est episcopus Portuensis. Id. iv. 287.

Roger bp. of Bath.

Thomas abbat of Evesham.

Death of bp. Ralph Neville, the chancellor.

Otho made bp. of Porto. Id. iv. 269.

Diebus quoque sub eisdem, episcopus Wintoniæ Willelmus, ægre ferens molestias ei a rege diatim illatas et multiplicatas, cum apud Suwerc in domo canonicorum quasi latens commorabatur, decimo kal. Martii clandestinam fugam summo mane arripuit, navemque Londoniis ascendit, partes Gallicanas exul et asilum securæ pacis aditurus; et per Thamensem navigans in alta maris indistanter se suscipiens, antequam ad regis notitiam hoc pervenisset, in portu sancti Valerici prospere applicuit. Et inde se ad Abbatisvillam transferens, obvium invenit[4] ibidem piissimi regis Francorum nuncium sollempnem, qui eundem episcopum ex parte domini sui regis cum gaudio et vultu suscepit serenissimo, in omnibus ei spondens regale patrocinium et in omni tribulatione consolationem; præcepitque edicto regio, ut major Abbatisvillæ promptam haberet totam communam Id. iv. 286.

Fuga episcopi Wintoniensis clandestina. Id. iv. 295.

Solatium inopinatum.

The bp. of Winchester goes to S. Valery and then to Abbeville.

[1] *solitam*] solutam, E.

[2] *contumeliæ*] contumulie, Ch.; contumilie, T.

[3] *Bathoniensem*] Bothoniensem, Ch.

[4] *invenit*] om. E.

Matt. Par. iv. 295. ipsius civitatis ad ejusdem episcopi defensionem, si forte ipsum insequerentur aliqui ex parte regis Angliæ ad nocendum, ita scilicet ut, si opus expostularet, ad arma convolantes, hostiliter pro episcopo contra omnes adversantes dimicarent. Sic igitur exulante Wintoniensi episcopo, fama regis Anglorum per omnes partes Cisalpinas non mediocriter denigratur. Dicebant enim Franci, Anglorum semper æmuli, materiam sumentes exinde nequiter obloquendi: "Eia, eia, "ecce rex Angliæ, contra omnes regni sui inimicos deses "et imbellis, omnes sanctos episcopos suos persequitur et "proscribit, nunc beatum Thomam, nuper gloriosum sanc- "tum Ædmundum, Cantuarienses archiepiscopos; et in præ- "sentiarum episcopum Wintoniensem, qui etiam ei diu "diligenter ac fideliter servivit, non permittit vel eccle- "siam suam ingredi, vel regni sui pace gratulari, ma- "lens alienigenas et ignotos promovere." Quod cum electo Cantuariensi Bonefacio innotuisset, dolens de regis Angliæ infamia, ipsum regem per amicabilem super hoc corripiens epistolam, admonuit diligenter ipsum regem, ut memoratum episcopum revocans, in pristinam amicitiam suscipiens et familiaritatem, ingredi permitteret in episcopatum suum et episcopale officium suum libere exercere, ac libertatibus suis et possessionibus temporalibus gratulari, ne ipsi regi et regno deterius eveniret. Scripsit etiam cito post dominus Papa ipsi regi efficacissime, ut ipsi episcopo in amicitiam pristinam[1] revocato sinum panderet misericordiæ. Scripsit insuper dominus Papa reginæ Angliæ epistolam elegantem, in cujus titulo et tenore asserit eam, nescitur qua ratione, suam esse consanguineam, forte ad cautelam, ut ipsam redderet precibus suis favorabiliorem. Admonuit igitur diligentissime, ut rigorem flecteret regalem, et rancorem versus episcopum Wintoniæ conceptum mitigare studeret. Legit enim Papa et didicit hoc nomen, *mulier*, ethimologizare. Dicitur enim *mulier*, quasi *molliens herum*. Pro[2] hujus igitur beneficii liberali impensione, et paterna sollicitudine, quam dominus Papa pro promotione et pace

A.D. 1244.

Id. iv. 296.

The fame of Henry III. darkened.

Infamia.

The archbishop admonishes the king to recall the bp. of Winchester.

See the letter, Id. iv. 297, 298.

Id. iv. 347.

Dominus Papa reginæ Angliæ consanguineæ suæ.

Id. iv. 349.

Id. iv. 510.

Id. iv. 349.

The bishop had given a large sum to the Pope for his aid.

Cf. Id. iv. 346.

[1] *pristinam*] om. E. | [2] *Pro . . . Lucæ* (p. 273)] om. Re.

A.D. 1244. episcopi diligenter exhibuit, sæpedictus[1] episcopus Wintoniensis, ne ingratitudinis possit redargui, plura[2] marcarum milia numerasse domino Papæ perhibetur; et dominus Papa, ne de contemptu corripi valeret, nec unum denarium rejecisse. Matt. Par. iv. 346.

Griffinus de Turri Londoniæ cadens obit.

Et dum mortales mundus tot turbinibus concuteret, Griffinus, filius Leolini principis Northwalliæ, jam defuncti, primogenitus, qui in Turri Londoniensi captivus tenebatur, tædio diuturni carceris et insoliti[3] graviter affectus,[4] cogitavit argumentose qualiter inclusionem poterat evadere carceralem. Una igitur noctium, deceptis custodibus, ex laceratis lintheaminibus, tapetiis, et mappis, funem intricando connodandoque longum contexuit, per quem cum se perpendiculariter[5] a Turris summitate demisisset,[6] per alicujus tractum spatii, rupto fune corruens, fractis cervicibus, expiravit. Erat quippe magnus et ponderosus valde. Id. iv. 295.

Invasion of the Holy Land by the Kharismians.

Per[7] eadem quoque tempora, facta est[8] cruentissima congressio bellica in Terra Sancta inter Sarracenos, omnium Sarracenorum pessimos, Chorcsminos, et inter omnes, qui erant ad arma apti, Christianos; et facta strage miserabili et omnibus seculis deploranda, capti sunt et in captivitatem deducti magistri[9] Templi et Hospitalis; et fere omnes Templarii et Hospitalarii et alii fratres ordinum diversorum, utpote domus Alemannorum sancti Lazari, et omnes fere nobiles Terræ Sanctæ vel in prælio ceciderunt, vel in captivitatem Sarracenorum detrudebantur. Soldanus enim Babiloniæ, quem Templarii, rupto treugarum fœdere per comitem Ricardum inito, expugnarunt, in tantæ injuriæ vindictam Chorosminos in eorum direxit exterminium. Veruntamen Tartari memoratos Chorosminos a finibus From the letter of William de Chateau Neuf, Id. iv. 307.

Causa infortunii.

Cf. Id. iv. 299.

[1] *sæpedictus*] se prædictus, E.

[2] Ch. interlines *vi.* above *plura*; quam vi., E.; plura vi., Cl. T. W.

[3] *insoliti*] insolito, E.

[4] *affectus*] afflictus, E.

[5] *perpendiculariter*] perpendiculater, Ch. T.; perpendiculatum, E.; perpendiculanter, A. N.; perpendanter, W.

[6] *demisisset*] dimisisset, E.

[7] *Per . . . rebus* (p. 273)] om. N.

[8] *est*] om. E.

[9] Herman de Perigord and Peter de Villebride.

suis in ore gladii prius propulsaverant, et sic miseri Christiani præda prædæ et prædonum, peccatis suis exigentibus, facti sunt. Hæc igitur lugubris congressio, et universali dampnosa et probrosa Christi Ecclesiæ, facta est infausto sidere inter Ascalonem et Gazaram, die sancti Lucæ. A.D. 1244. The Kharismians had been driven out by the Tartars. Matt. Par. iv. 310 (margin).

Et dum in Syria genus humanum tot turbinibus quateretur, in Anglia et ejus confiniis Id. iv. 311.

Sævit[1] in humanis divina potentia rebus.

Romana enim[2] curia, rubore deposito, tempore novi Papæ nostri Innocentii quarti, secus quam speravimus, non cessabat per provisiones cotidianas[3] redditus impudenter extorquere, a via antecessorum suorum non exorbitando, immo manum super omnes aggravando. Exiit igitur murmur, licet sero, in cordibus Anglorum diu conceptum et retentum, in manifestam querimoniam, et quasi *parturientes* *locuti*,[4] non poterant amplius sese continere. Patientia enim eorum desidiosa erat, et humilitas infructuosa, immo potius et dampnosa, et ipsa abutebatur Romana protervitas insatiabilis. Et in unum convenientes totius regni[5] nobiles regem efficacissime super hoc convenerunt, asserentes se malle mori quam amplius tales enormitates tolerare. Non enim eorum neque antecessorum suorum intentio, quando contulerunt bona sua viris religiosis et aliis locis pia consideratione constructis, fuit ut ipsa ad arbitrium Papæ viris Ytalicis ignotis, et eis, quos noverant simoniis, usuris pollutos, et viciis multimodis, quibus non est cura prædicatio vel hospitalitas Christi fidelibus impendenda, contriburentur. Rex igitur non mediocriter ad iram provocatur, sciens ac sentiens talibus querimoniis inesse veritatem; scripsit igitur[6] domino Papæ verbis humilibus et efficacissimis, ut talia studeret paterna sollicitudine corrigere. Extortion in England by provisions. *Asina Balaam tam nimis cæsa loquitur.* Isa. xlii. 14. Appeal to the king, who writes to the Pope. Id. iv. 314.

[1] Ovid. Epist. ex Ponto, iv. 3, 49.
[2] *enim curia*] igitur ecclesia, E.
[3] *cotidianas r. i.*] om. E.
[4] *locuti*] loqui, E.
[5] *regni*] repeated in Ch.
[6] *igitur*] om. E.

A.D. 1244. *Factum Papæ nimis redargutum.* David tries for the Pope's protection.

Ipsis quoque temporibus, David princeps Norwalliæ, ad alas papalis protectionis confugere proponens, terram suam optulit ei ab ipso tenere, reddendo inde sibi unam certam pecuniæ summam, ut dicitur, marcas quingentas; cui perhibetur dominus Papa favorem præbuisse, in magnum regni Angliæ præjudicium et jacturam; novit enim mundus principem Walliæ ab antiquo vassallum regis Angliæ extitisse. Matt. Par. iv. 316, 323.

Miracles of abp. Edmund. Appeal for his canonization. *Dilatio fraudulenta.*

Per eadem tempora fama beati Ædmundi, Cantuariensis archiepiscopi et confessoris gloriosissimi, omnia Cisalpina climata odore bonæ famæ replevit. Tot enim et tanta Dominus ipsius meritis operatus est miracula, ut viderentur Apostolorum tempora renovari. Petierunt igitur monachi Pontiniacenses, in quorum ecclesia dicti præsulis ac confessoris corpus sanctissimum dinoscitur requiescere, ut dominus[1] Papa, facta rite inquisitione, idem sanctus canonizaretur. Sed dominus Papa negotium illud suspendens, promisit se hoc facturum cum aliqua magna ac sollempnis foret in curia Romana fidelium congregatio; et hoc factum est, ut dicitur, instinctu quorundam invidorum, qui memoratum archipræsulem vivum in vita sua persequebantur, qui nec defunctum persequi desinebant. Id. iv. 324. Cf. Id. iv. 337.

The king comes to terms with the bp. of Winchester.

Ipsis quoque temporibus, dominus rex, petitionibus domini Papæ et aliorum magnatum precibus emollitus, cœpit mitius agere cum episcopo Wintoniensi [Willelmo], significans ei, quod si benigne concederet et ratas haberet collationes beneficiorum, quæ clericis suis ipse rex contulerat de episcopatu Wintoniensi, nec exigeret rationem[2] de jam acceptis per ipsum regem maneriorum instauramentis, et sententiam interdicti, in civitatem Wintoniæ latam, relaxaret, tolerans benigne ac patienter priorem, quem ipse Wintoniæ constituit, et monachos, qui cum rege steterunt, libenter ipsum in pristinam familiaritatem revocaret. Quod audiens magister Henricus de Susa, regis clericus, qui in curia Romana contra episcopum Wintoniensem steterat regis procurator, qui maximam a rege pecuniam acceperat Abridged from Matt. Par. iv. 346–352. Id. iv. 353.

[1] Sic, two constructions being mixed up in altering the original.

[2] *rationem*] ratiocinium, E.

Matt. Par. iv. 353.

ad conterendum dictum episcopum, in partes sui nativas subito et clam divertit, asportans[1] secum totam dictam pecuniam, et per eam sibi adquisivit, utinam non comparavit, unum episcopatum, proventus[2] ipsius rei, non officium, desiderans, et nuncius corvo consimilis in Anglia postea non comparuit, prænoscens viam pacis inter dominum regem et episcopum Wintoniensem imminere. A.D. 1244. *Fraus magistri Henrici de Susa clerici regis.*

Has igitur dum annalis orbita temporales mutationes transcurreret, imperator Frethericus, superbiæ stimulis exagitatus, pœnitere cœpit quod se unquam ecclesiæ humiliasset, et Papæ insidiarum laqueos [postea] tetendit, quos dominus Papa aliquotiens præmunitus prudenter declinavit. Et ut partem suam cautius roboraret, quia paucos suæ sollicitudinis et laboris habuit participes, decem in parvo tempore creavit cardinales, videlicet magistrum Johannem, cognomento de Toleto, Cisterciensis ordinis monachum, natione Anglicum, litteratura eleganter eruditum, et quosdam alios plus generositate quam virtute morum vel scientiæ præditos, quorum nomina longum esset scripto inserere ac indignum. Octavo vero[3] die ante festum nativitatis sancti Johannis Baptistæ, accessit dominus Papa ad civitatem Castellanam, quæ ab Urbe octodecim distat miliaribus, ut ibidem vicinus imperatori[4] efficacius de pace tractaret, quæ tamen suspecta, immo potius sub desperatione ex jam auditis, erat suspensa. Vigilia autem Apostolorum Petri et Pauli venit ad Sutrium[5] civitatem. Imperator autem jam recalcitrans, significavit ei quod nihil faceret[6] de conventis, nisi litteris absolutionis[7] prius habitis. Et cum Papa respondisset, et diceret hoc fore rationi dissonum, orta est contentio inter nuncium imperialem[8] et ipsum Papam. Papa igitur ex tunc, quasi suæ præsagus perturbationis, repentinam et clandestinam fugam arripere satagebat, nullo tamen conscio, ne fugienti dominus imperator repagula præpararet. Fuerunt tamen, qui dicerent hoc ipsum cogitasse,

Recalcitrat imperator. Snares laid for the Pope by the emperor.

Spes pacis sed inanis. The Pope goes to Civita Castellana, 17 June; then to Sutri, 28 June.

[1] *asportans*] asportavit, E.
[2] *proventus*] proventum, E.
[3] *vero*] om. E.
[4] *vicinus imperatori*] securius imperatori et, E.
[5] *Sutrium*] Suttherium, E.
[6] E. ins. *ei.*
[7] *absolutionis*] absolutio, Ch.; A. has been altered.
[8] *imperialem*] imperatorium, E.

A.D. 1244. ut venientibus munerum portitoribus occurreret, quia, qui pecuniam portabant, non ausi erant ad ipsum propter custodias imperatoris pervenire. In hora igitur primi sompni, in vigilia Apostolorum Petri et Pauli, dominus Papa, relictis papalibus ornamentis, se levibus armis armavit, et ascendens equum velocissimum, manu non vacua, quodam vix cubiculario conscio, clam subitoque discedens solusque,[1] equinis lateribus et calcaribus acutis non pepercit, ita quod ante primam, potius raptus quam vectus, xxxiv. miliaria pertransivit, nemine comitante vel ipsum sequi potente. Media autem nocte clamor est in curia, "Ecce Papa sic recessit." Matt. Par. iv. 354.

Manifesta narratio de fuga domini Papæ.

Assertive quoque dixerat Papa die antecedenti, se omnia negotia in curia expedienda in crastino, videlicet die Apostolorum,[2] pro[3] amore et honore eorundem, benigne expediturum, ut sic omnes se talia non facturum redderet certiores. Et venit ipso die ad castrum supra mare, quod dicitur Civitas Vetus, cui venerant ibidem in occursum xxiii. galeæ, armis et armatis bene communitæ, de Januensibus, parentibus suis, qui prompti erant ipsum assumere et in suam ducere civitatem illæsum et indempnem propter retributionem. Et ante noctem, qui festine sequebantur, venerant ad eum septem cardinales, et sero intravit dominus Papa cum illis septem cardinalibus et paucis clericis unam illarum galearum, et in triduo per multa pericula maris, propter Pisanos et alios ei insidiantes, venit ad Portum Veneris;[4] inde tertia die venerunt Januam lætabundi. Occurrentes vero cives se fere omnes suos esse parentes vel affines jactitabant. Hinc[5] est, quod, quia ipsi tam prompti in occursum ei Januenses apud Civitatis Veteris portum pervenerant præmuniti, non erat[6] hoc factum præ timore imperatoris, immo potius ut occurreret pecuniam afferentibus,[7] asserunt argumentosi.[5] Acclamantibus autem omnibus civibus utriusque sexus et applaudentibus in clangore tubarum, et classico campanarum in civitate [in] qua natus fuit

He reaches Civita Vecchia.

Papa Januam pervenit.

---

[1] *solusque*] solus, E.
[2] N. ins. P. et P.
[3] *pro amore*] om. E.
[4] *Veneris*] veteris Civitatis, E.
[5–5] *Hinc . . . argumentosi*] om. N.
[6] *erat*] erant, E.
[7] *afferentibus*] offerentibus, E.

Papa, promisit eos indubitanter se de redditibus præ- A.D. 1244.
cipue Anglicanis et[1] esterlingis desiderabilibus dita-
turum ; nec fefellit eos promissio.

Matt. Par. iv. 356. Cum autem domino imperatori hoc innotuisset, more satirico[2] infrenduit, et ait, "*Fugit impius, nemine perse-* *Stupor et ira imperatoris.*
"*quente,* et timet sibi conscius, nemine accusante. Prov.
"Luce clarius video, quare fugit, videlicet ut occurrat xxviii. 1.
"Francis et Anglis pecuniam ipsi[3] præsentaturis." Doluit tamen imperator super hoc, et obstupuit vehementer, et suorum portuum et civitatum custodes desidiæ redarguit[4] et proditionis. Fecit igitur in circuitu Januæ præcipue versus Galliam exitus viarum, ne ad Papam pecunia porta-retur, in quam solum confidebat, vel bullata littera reportaretur,[5] in qua gloriabatur, artissime custodiri, ita ut jam erat domino Papæ Janua pro carcere, et patria

Id. iv. 357. pro exilio. Ipso quoque tempore, ut partem suam magis *Suspectum maritagium.* roboraret, imperator nuptui tradidit quandam filiam suam cuidam Græcorum principi potentissimo, nomine Battacio, Marriage of John Vatatzes with Frederick's daughter, Anne. ecclesiæ Romanæ inobedienti et ideo scismatico, in domini Papæ detrimentum et contumeliam. Et sic diatim, Deo irato, malorum cumulus suscepit incrementum.

Et[6] dum mundialis procella mortales quateret et tur-

Id. iv. 358. baret, Walenses, nec volentes nec valentes colla sua legibus *Recalcitrant Walenses guerram moventes.* ignotis et dominationi Anglorum submittere, duces sibi constituentes David, Leolini filium et domini regis nepotem, et quosdam alios potentes de Wallia, contra regem et ejus marchisios guerram moverunt cruentissimam.[7] Quibus pro præcepto regio et terrarum suarum tuitione viriliter restiterunt, dimicantes crebrius, comes de Clare, comes de Hereford, Thomas[8] de Munemue, Rogerus de Munthaut, et alii marchisii potentes et præclari, qui in principio certaminum calculum deteriorem reportantes, tandem de aliquibus hostium, ut moris est in guerræ alea, triumpharunt. In primo autem certamine ceciderunt hinc inde viri circiter centum.

---

[1] *et*] om. E.
[2] *satirico*] sarico, E.
[3] *ipsi*] sibi, E.
[4] *redarguit*] radarguit, Ch.
[5] *reportaretur*] deportaretur, E.
[6] *Et . . . turbaret*] Temporibus illis, N.
[7] *pro*] interlined in Ch. ; in Paris it is before terrarum.
[8] *Thomas*] sic, erroneously for *Johannes ;* see Matt. Par iv. 358, n².

A.D. 1244. *Inchoatur werra in partibus Walliæ.*

[In] festo vero sancti Barnabæ [Apostoli] fuit dominus rex apud sanctum Albanum triduo commorans, ibique rumoribus crebrescentibus de Walensium insolentia, et aures et cor regis offendentibus, supervenerunt alii rumores, qui tam aures quam cor regium perturbabant, videlicet de Roberti Passelewe, clerici sui, qui corpus et animam regio famulatui exposuit, repentina cassatione, qui ad episcopatum Cicestrensem electus fuerat; et alterius, loco ipsius, videlicet magistri Ricardi de Withz, sine assensu regio, subrogatione. Dominus igitur rex, cui derogatum fuit, iratus valde, episcopatum cepit in manu sua, non permittens novum electum aliquem[1] habere ingressum in eundem vel dominium. Insuper magnam concepit indignationem adversus omnes qui hæc procuraverant, præcipue adversus electum Cantuariensem [Bonefacium], quem maxime redarguit ingratitudinis, improperans ei, quod esset læsor regiæ dignitatis in principio[2] suæ promotionis. Et ab imo trahens rex suspiria, tacitus tamen ait, "Merito hæc patior; impediens enim[3] libe-
" ram electionem Cantuariæ ubi tot sancti præcesserunt,
" prorsus indignum ibi censui promovendum."

Matt. Par. iv. 358.

Cassatur electio Roberti Passelewe.

Id. iv. 359.

The king accuses the archbishop of ingratitude.

Moventur graves quæstiones adversus regem Scotiæ.

Circa[4] eadem tempora, dominus rex Angliæ adversus regem Scotiæ graves movit quæstiones, imponens quod in ipsum regem Angliæ et regnum, contra fidelitatem regi Angliæ et regno præstitam, magna de novo moliebatur gravamina. In cujus rei argumentum, in Laudiano, Angliæ contermino, castra fortissima construi procuravit. Insuper Galfridum de Marisco, inimicum suum et fugitivum, in terra sua protexit et receptaverat. Præterea in uxorem sibi elegit filiam Engelrami de Cuscy, cujusdam baronis de regno Francorum iniquissimi, et regi et regno Angliæ inimicissimi. Misit igitur rex, quod tamen non oportuit, pro comite Flandriæ, ut ei veniret in adjutorium contra regem Scotiæ, guerram sibi commoturum, acsi esset impotens sine eo ipsum invadere. Vires quoque totius nobilitatis Anglicanæ

Crimina imposita.

Id. iv. 202.

Thomas of Savoy summoned to help against Scotland.

Id. iv. 359.

---

[1] *aliquem*] aliquod, Ch. Re.; A. has been altered.

[2] *principio*] principuo, Ch.

[3] *enim*] om. E.

[4] *Circa . . . custodiri* (p. 280)] om. N.

ad hanc guerram commovendam et sustinendam con- A.D. 1244.
Matt. Par. iv. 378. vocavit. Memoratus igitur comes Flandriæ vocatus cito venit, ducens secum Flandrenses, prædam et rapinam, ut moris est eis, avidissime sitientes, videlicet sexaginta milites et centum servientes, regis denariis inhiantes. Rege igitur jam profecto versus partes Angliæ aquilonares, dictus comes, qui apud Doveram applicuerat, expedienter regem sequebatur, concomitante fratre suo electo Cantuariensi Bonefacio; qui cum pertransientes ad sanctum Albanum, pernoctaturi ibidem, pervenissent, occurrit eis magister Walterus de Sufeld, electus Norwicensis, et statim ibidem in episcopum Norwicensem ab electo Cantuariensi confirmatus est.

Convocantur Angli edicto regis.

Confirmatur Norwicensis.

Cf. Id. iv. 380. Rex autem Scotiæ Alexander, de hostili adventu super eum regis Angliæ certificatus, prudentissime sese præmunivit; omnes conterminos amicos legatis et epistolis instantissime sollicitans, ut ipsum in tanti discriminis periculo adjuvarent. Unde inæstimabilem. præcipue peditum conflavit exercitum. Misit insuper [1] ad Johannem de Cuscy, fratrem uxoris suæ, in [2] regnum Francorum; supplicans eidem, ut sibi contra regem Cf. Id. iv. 361. Angliæ certaturo [3] potenter subveniret. Engelramus enim,[4] pater dicti Johannis, paulo ante mirabiliter expiraverat; corruens enim ab equo suo, quodam stipite faciente offendiculum, pependit a strepa. Equus autem attonitus discurrens quendam fluvium intravit profundissimum, unde videns idem [5] Engelramus mortem imminere, conatus est ascendere equum, et ecce evaginato per se gladio, subito transfossus est. Unde [6] dictum est quia verum est et divulgatum, quoniam ille Engelramus obiit tractus, submersus, necnon et gladio transverberatus.

Alexander II. of Scotland prepares against Henry III.'s invasion.

He sends to John de Coucy for aid.

Mirum genus mortis.

Engelram de Coucy.

Hæc [7] iccirco divertens a materia mea dixerim, ut mundo innotescat mirabilem Engelrami vitam mirabili

[1] *insuper*] om. E.
[2] *in regnum Francorum*] om. E.
[3] *certaturo*] certaturus, E.
[4] *enim*] om. E.
[5] *idem*] om. E.
[6] *Unde . . . transverberatus*] Obiit igitur dictus Ingelrannus suspensus, tractus, perfossus gladio et submersus, E.
[7] *Hæc . . . terminari*] om. E.

A.D. 1244. fine terminari. Misit[1] igitur filius ejus Johannes, loco ejus substitutus, præsidium militare regi Scotiæ per mare. Sed rex Angliæ, hoc audito, partes maris per Quinque portuum custodes artissime jussit custodiri.[2] Electo autem confirmato Norwicensi, electus est in episcopum Landavensem magister Willelmus de Burgo, domini regis clericus. Et dum annalis orbita his temporibus volveretur, rex, edicto publicè proposito et submonitione generaliter edita, fecit notificari per totam Angliam ut quilibet baro tenens ex rege in capite, haberet prompta regali precepto omnia servitia militaria quæ ei debebantur, tam episcopi et abbates quam laici barones; et profectus est cum exercitu copioso versus Novum castrum super fluvium Thynam; ubi, cito postquam illuc venerat, venit ad illum comes Flandriæ cum suis commilitonibus, esterlingis sitienter inhiantibus. Congregata igitur universitate totius Angliæ nobilium apud memoratum castrum, tractatum est diligenter super tam arduo negotio, concilio habito circa Assumptionem beatæ Mariæ diligentissimo, ubi compositum est inter reges, procurante comite Ricardo, et aliis magnatibus salubriter et prudenter utrobique crebrius intermeantibus. Dicebant utique discreti viri et circumspecti, "Avertat Deus "ne tot Christianorum sanguis innoxius effundatur, "quantam eminens congressio comminatur. Satis, "immo nimis, Orientales Christiani trucidantur; sed "quæ cura?[3] Ad Deum, ut pium est credere, subvo- "larunt. Sed heu quantus dolor si[4] nunc tot milium

John de Coucy aids the king of Scots.

William de Burgh bishop of Llandaff.

Matt. Par. iv. 379.

The king goes to Newcastle against the king of Scots.

Id. iv. 378.

Id. iv. 380.

Attempts at peace.

[1] *Misit . . . custodiri*] Prædictus ergo Johannes misit per mare regi Scotiæ præsidium militare, sed custodes quinque portuum per regem Angliæ præmuniti custodierunt semitas maris, a quibus territi versus Scotiam navigantes, per viam qua venerant sunt reversi. Paxque inter reges Angliæ et Scotiæ reformatur, E.

[2] From here to the summary at the end of the year (p. 285) E. has only, "His temporibus Papa "Innocentius, imperatorem fugiens "Fredericum, pervenit Lugdunum. "David princeps Walliæ, effusa "non modica pecuniæ quantitate, "a summo Pontifice in præjudi- "cium regis Angliæ litteras im- "petravit, sed finaliter suam pe- "cuniam perdidit; eum namque "rex Angliæ post multos labores "bellica potestate suo dominio "subjugavit."

[3] *cura*] curia, W.

[4] *si*] set, Ch. Re. T. W.; A. has been altered.

Matt. Par. iv. 380. " milia morti succumberent, pro libidine dominandi A.D. 1244.
" et terras ampliores possidendi! Porro rex Scotiæ, vir
" bonus, ab omnibus tam Anglis quam Scotis amabilis,
" habebat exercitum numerosum valde, videlicet mille ad
" unguem armatos in equis bonis et electis, licet non
" Hispanis vel Ytalicis, et competenter ferreis vel lineis
" armaturis communitos, peditum vero inestimabilem multi-
" tudinem, circiter, ut dicitur, centum milia. Qui omnes
" unanimes confessi et de peccatis suis absoluti, et præ-
" dicantium consolatione, quia pro patria sua juste forent
" dimicaturi,[1] animati, mori minime formidabant."

Peace made. Ne autem tot Christianorum sanguis funderetur in congressione hostili, pax feliciter inter dictos reges est reformata, et carta conscripta de pacis inviolabili observatione. Quæ quidem cito post a summo Pontifice est confirmata, juramenta quoque et omnimodæ obligationes præstitæ, ut quæ erant ibidem utrobi salubriter provisa, firmiter forent imperpetuum observanda. Interim[2] Walenses vehementer pertimescentes, ne rex pace facta cum rege Scotorum super eos cum toto exercitu suo hostiliter irrueret, siluerunt, et more leporino in pace latuerunt. Rex vero, omnibus in partibus Scotiæ conterminis pacifice compositis, ad pacificas Westmonasterii delicias, immemor injuriarum a Walensibus sibi et suis illatarum, indistanter remeavit.

Cf. Matt. Par. iv. 383.

The charter of peace with Scotland confirmed by the Pope.

Id. iv. 385.

Quod cum Walenses intellexerunt, ad instar apum de alveariis suis scaturientium, exierunt de latibulis suis, rapinis, incendiis, et cædibus haud segniter[3] intendentes, et Anglos turpiter non sine hominum multorum suorum jactura repellentes.

Rising of the Welsh.

Id. iv. 390.

Per idem tempus relaxatum est interdictum quo premebatur ecclesia Wintoniæ, et omnia in pace honorifice reformata.

The interdict on Winchester relaxed.

Id. iv. 391.

Consecratus insuper est tertio idus Septembris magister Rogerus, precentor Sareberiæ, in episcopum Bathoniensem, cujus redditibus jam vacantibus magister Martinus, clericus domini Papæ, quem

Roger bishop of Bath.

Id. iv. 368.

quidem multi illepide loquentes magistrum Mastinum

Rapacity of the nuncio Martin.

[1] Ch. rep. *forent.*

[2] *Interim . . . alligatam* (p. 282)] om. Re.

[3] *segniter*] signiter, Ch.

A.D. 1244. propter sui rapacitatem nominabant, manus aduncas injecit, cuidam Papæ consanguineo, ignoto tamen, conferendis. Die vero sancti Dionisii consecratus est [1] in episcopum Londoniensem Fulco Basset, decanus Eboracensis. Eodemque tempore obiit episcopus Cunerensis Adam apud Waredune, ubi aliquando abbas extiterat. Obiit quoque eodem tempore episcopus Hertfertensis Johannes, qui privatus episcopatu suo, apud sanctum Albanum jussu papali perhendinaverat circiter xx. annis. Matt. Par. iv. 391.

Fulk Basset bishop of London. Id. iv. 393.

Deaths of the bishops of Connor and Ardfert. Id. iv. 390. Id. iv. 501. (a. 1245.)

The parties to the Lincoln suit go to the Roman court.

Circa quoque eadem tempora, episcopus Lincolniensis pro lite sua terminanda, quæ movebatur inter ipsum et canonicos suos, in præsentia domini Papæ, curiam Romanam adiit; similiter contra eum decanus Lincolniensis et quidam ejusdem ecclesiæ canonici. Eisdemque temporibus, videlicet die Lunæ ante festum Omnium Sanctorum, venerunt ad synodum Rofensis episcopi quidam, novæ religionis speciem protendentes, dicti Cruciferi, a cruce quam quilibet baculo suo bajulabat alligatam. Et eodem tempore se transtulit dominus Papa clam custodibus imperialibus [2] ad Astensem civitatem, et cito post raptim et de noctibus Lugdunum se contulit. Extunc igitur cogitavit concilium generale,[3] ut præcipue imperatorem deponeret, ut ibi vel in inferioribus Franciæ partibus ignominiose ab imperiali culmine præcipitaret. Rex autem Franciæ comperiens quod dominus Papa regno suo appropinquavit, sciens quia de adventu suo nihil boni regi vel regno proveniret,[4] convocavit magnates suos, consulens eos quid super hoc foret agendum; et cum convenissent, ecce petitio papalis directa ad ipsum regem et proceres, ut liceret ei ad Remensem civitatem, quæ tunc suo antistite [5] viduabatur, se transferre. Quod cum Franci attoniti audissent, statim constanter responderunt,[6] hoc se nullo modo velle tolerare. Rescripsit ergo dominus rex Franciæ domino Papæ moderate, proceres

The Cruciferi at the Rochester synod. Id. iv. 393.

Id. iv. 394.

Id. iv. 395.

Raptim se transtulit Papa de loco ad locum appropinquans Franciæ. Cf. Id. iv. 410.

The Pope wishes to go to Rheims, but this is refused.

---

[1] *est*] om. Ch. W.; consecratur, T.

[2] *imperialibus*] imperalibus, Ch.

[3] The verb is omitted; A. has *celebrare* in the margin, N. in the text; Matt. Par. (iv. 394) has *convocare*.

[4] *proveniret*] provoniret, Ch.

[5] Henry de Dreux died in 1240.

[6] *responderunt*] responderent, Ch. A. Cl. Re.

suos nullatenus velle consentire ut in Franciam veniret; timebant enim ne quasi mus in pera, anguis in sinu, hospites suos remuneraret; nec permitterent duo magna luminaria in suo climate apparere,[1] ne, uno aliud absorbente,[2] eclipsis fieret; nec valuit verborum elegantia, in epistola papali composita, vel exemplum de felicis memoriæ Papa Alexandro sumptum, constantiam Francorum enervare. Dicebant enim, A.D. 1244.

"Quantum dissimiles hic vir et iste puer!"

Matt. Par. iv. 395. In crastino autem Animarum convenientes omnes Angliæ magnates, regi instantissime auxilium pecuniare ab eis sibi concedi postulanti, totiens læsi et illusi, contradixerunt in facie. Eodemque anno, significaverat dominus imperator regi Angliæ et ejus magnatibus, per specialem suum nuncium et consiliatorem, videlicet Petrum de Vinea, ut non sinerent regnum Angliæ depauperandum amplius, pecunia sua spoliari, et Papam ex ipsa inaniter saginari, et ipse dominus imperator Angliam a tributo liberaret. Asserebatque memoratus Petrus, omnem pecuniam, quam Anglia refuderat in usus Papæ, dominum imperatorem in usus suos suscepisse, ut quod in imperii detrimentum donabatur, in ejusdem successus proveniret.

The aid asked by Henry III. refused, 3 Nov.

Id. iv. 371, 372.

The emperor exhorts Henry III. not to contribute to the Pope.

Id. iv. 395. Rex igitur propositum habens in Walliam expeditionem movere, a Londoniensibus civibus, quasi a servis ultimæ conditionis, et Judæis pecuniam extorsit non minimam, ficta quadam[3] causa questionis[4] contra eosdem prædictos cives, quod scilicet quendam abjudicatum et exulem, Walterum Bukerel, receptaverant,[5] qui tamen precibus et muneribus fratris sui Andreæ legalis factus extiterat.

The king extorts money from the Londoners and Jews.

Id. iv. 396. Die[6] vero sancti Hugonis obiit Margareta soror regis Scotiæ, relicta scilicet Gileberti comitis Marescalli, Londoniis, quam[8]

Death of Margaret of Scotland, Nov. 17.

[1] *apparere*] apparare, Ch.

[2] *absorbente eclipsis fieret*] eclipsis fieret absorbente, MSS.

[3] *quadam*] quidem, T.

[4] *questionis*] questionem, MSS. exc. Re., which has *quomodo*.

[5] *receptaverant*] not in MSS. It is in Paris; foverant, T. W.

[6–7] *Die . . est* (p. 284)] om. N.

[8] This is a confusion with her sister Isabella, whom there was an idea of marrying to Henry III.; see above, p. 201. Margaret had been divorced from Hubert de Burgh, and then married Gilbert Marshal.

A.D. 1244. rex aliquando repudiavit; et sepulta est in ecclesia fratrum Prædicatorum. Eodem [1] anno in Adventu Domini, rex Francorum Lodowicus, ex reliquiis corruptelæ quam in Wasconia [2] contraxerat graviter infirmatus, in letalem extasim raptus, jacuit aliquot diebus quasi mortuus, et assercione plurium circumsedentium penitus exanimatus. Assistebant autem ei jacenti mater ejus, nobilis domina Blanchia, et frater ejus Robertus comes Atrebatensis, et episcopus [3] Parisiensis, et alii, sed pauci de sibi familiarissimis, credentes quod jam rex mortuus obriguisset. Sed mater Blanchia, maternum affectum impotens dissimulare, jussit crucem sanctam, cum lancea et corona paucis evolutis annis in Franciam delatam, exanimi, immo ut asseritur exanimato corpori, applicari, et suspiriis cum singultibus sermonem prorumpentibus, ait, "*Non nobis, Domine* Christe, "*non nobis, sed nomini Tuo da gloriam.* Salva hodie regnum "Franciæ, et coronam, quam hactenus gratia Tua sustinuisti. Monstra virtutem tuorum insignium, quæ in "terra post Te reliquisti, in magno judicio apparitura, "in quibus confidentes gloriamur." Mira res; rex statim oscitans, tibias et brachia ad se attrahens, alices faciens, et suspirans, se signo crucis signari postulavit, se vovens Terram Sanctam aditurum. Quod [4] et factum est.[7]

Matt. Par. iv. 396.

Miraculum notabile de regis Franciæ convalescencia.

Ps. cxiii. 1.

Louis IX. recovers from his illness and takes the Cross.

David obtains from the Pope a letter of absolution directed to the abbats of Abercon-way and Cumhyre.

Eorundem temporum curriculo, David princeps Northwalliæ, qui ad asilum papale, ut prætactum est, confugerat, et favorem invenit ut collum de sub jugo regis excuteret, a suo domino Papa, quem elegit, meruit has litteras non sine multæ pecuniæ inutili effusione reportare.

Id. iv. 398.

"Innocentius, etc. dilectis filiis de Habercunmia et de "Kemer [5] Cisterciensis ordinis, Bangoriensis [6] diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Ex parte dilecti filii "nostri, nobilis viri David, principis Northwalliæ, etc." Et supra, "Cum igitur ea quæ vi et metu fiunt, quæ in "constantem cadere possunt, carere debeant robore firmitatis, discrescioni vestræ per Apostolica scripta mandamus,

---

[1–7] *Eodem . . . est*] om. Re.

[2] *Wasconia*] Wasconie, Ch. Cl.; Pictavia, Par.

[3] William of Auvergne.

[4] *Quod et*] Quia, T.

[5] A. has *abbatibus* in the margin.

[6] *Bangoriensis*] Kangoriensis, Ch.

Matt. Par. iv. 399. " quatenus inquisita super hoc veritate, si ita est, auctori- A.D. 1244.
" tate nostra prædictum principem ab observatione sic
" extorti juramenti penitus absolventes, sententia si qua
" occasione hujusmodi in ejus personam vel terram ab
" aliquo forsan lata fuerit, relaxetis."

The king advised to disobey the Pope's mandate.

Hæc autem cum ad audientiam domini regis et suorum magnatum pervenissent, et cito post ad aliorum principum notitiam fama referente pervolassent, indignati vehementer, et Romanam avaritiam detestantes, ipsum regem Angliæ non attendere hujusmodi mandata papalia tam injuriosa persuadebant, sed potius ad hostile certamen ad reprimendam tam ingrati novam insolentiam convolare. Quod cum cognovisset dominus Papa, hæc omnia conniventibus oculis elabi dissimulando permisit sub silentio. Veruntamen pecuniam David prodigi, ut sic melius castigatus saperet, nequaquam restituit.

MS. Cl. [Hoc anno frater Vincentius Belvacensis Specula sua terminavit.]

The Speculum of Vincent of Beauvais.

Matt. Par. iv. 402. Transiit igitur annus ille frugifer et fructifer usque redundantem habundantiam, ita ut summa annonæ[1] ad precium duorum descenderet solidorum; Terræ Sanctæ inimicissimus; Ecclesiæ Romanæ nubilus et infamis; regno Angliæ turbulentus; regno quoque Francorum formidabilis; universali Ecclesiæ suspectus; Ytalicis bellicosus et timendus.

Character of the year.

Johannes de Gatesdene de clerico miles factus est, die Natalis.

Id. iv. 403. Anno gratiæ MCCXLV°,[2] qui est annus regni regis Henrici tertii xxix., fuit idem rex ad Natale Domini Londoniis. Ibique die Natalis Johannem de Gatesdene, clericum et multis ditatum beneficiis, sed omnibus ante expectatum resignatis, balteo cinxit militari, ad conjugalem vitam quam præelegit convolantem. Diebus sub eisdem electus Cantuariensis et Wigorniensis et Herefordensis episcopi transfretarunt; qui inter omnes Angliæ prælatos erant domino Papæ specialissimi, et ad voluntatem ejus perficiendam,

Henry III. in London.

John of Gatesden knighted.

The elect of Canterbury and the bishops of Worcester and Hereford cross.

[1] *annonæ*] sive quarterium frumenti, E.

[2] From here to the end of 1264 E. has only short summaries of the events of each year. They will be found in the Appendix I.

A.D. 1245. etiam in detrimentum regni, quia ipse eos creavit, proHugh Mortimer, the archbishop's official.
niores. Electus siquidem Cantuariensis naves ascensurus jussit nemora archiepiscopatus abscidi et vendi, et quasdam tallias et collectas in terris suis fieri. Et constituit quendam suum officialem, natione Pictavensem, magistrum Hugonem de Mortemer, qui diligenter mandata sua exequebatur. Matt. Par. iv. 404.

Birth of Edmund, son of Henry III., 16 Jan.
Die vero sancti Marcelli regina Alienora peperit domino regi filium, et vocatum est nomen ejus Aedmundus. In crastino vero Purificationis beatæ Mariæ obiit comitissa Oxoniæ, Ysabella de Bolebec. Et in crastino sancti Valentini obiit Baldewinus, comes Devoniæ, adolescens primæ indolis et miles elegantissimus, quem comitem de insula de Wiith vulgariter appellavimus. Ipso quoque anno, videlicet iminente tempore Quadragesimali, fecit dominus Papa iterato excommunicare imperatorem Frethericum per totam Franciam et Angliam, ut nominis infamia per totam plus fæteret Christianitatem, quia novas in consanguineos suos et personas ecclesiasticas [1] fecerat invasiones. Ipsa quoque Quadragesima apud Muntgumeri factæ sunt irruptiones bellicæ inter Anglos et Walenses; castellanus autem, positis a tergo insidiis, et fugam cum formidine simul simulans, multos e Walensibus incaute insequentes intercepit, et interceptos absque redemptione trucidavit. David igitur, ut jacturam illam redimeret, jussit prærupta montium artissime, per quæ transituri erant Angli, per ædituos suos custodiri. Dum igitur illac quidam de Anglia nobilissimus, videlicet Herbertus filius Mathæi, pertransiret, infausto sidere jactu lapidis obrutus expiravit. Deinde memoratus David cum suis complicibus castrum, quod Munthaut dicitur, occupavit, et, ipsis quos invenit trucidatis, solo tenus complanavit. Matt. Par. iv. 406.

Death of the countess of Oxford, 3 Feb., and of the earl of Devon, 15 Feb.

Excommunication of the emperor in France and England.

David has the passes guarded.

Death of Herbert Fitz-Matthew.

Mold castle taken and levelled.

Id. iv. 407.

Id. iv. 409.

Anno eodem circa medium Quadragesimæ venerunt cursores domini Papæ in Angliam, de convocando concilio generali præceptum ejus bajulantes, sub hac forma: Id. iv. 410.

Convocatio concilii generalis.

"Innocentius, etc. Dei virtus et Dei sapientia, Cujus "ineffabili subjecta sunt omnia Majestati, etc."

Laurence of S. Martin sent as the king's

Per idem tempus rex enormem, ut sibi suisque videbatur, passus injuriam, eo quod plures jam episcopi sine suo assensu creabantur in regno suo, super hoc querimoniam Id. iv. 412.

[1] *ecclesiasticas*] om. MSS.; it is in Paris; Ch. repeats *personas*.

Matt. Par. iv. 412. repositurus, et pro suo jure ab antiquis temporibus optento allegaturus, ad curiam Romanam magistrum Laurentium de A.D. 1245. proctor to the Roman court.

Id. iv. 414. sancto Martino procuratorem suum destinavit. Excusaverunt se multi in Anglia prælati, tam abbates quam episcopi, alii per petitionem regiam, alii quia senes et valetudinarii, alii per preciosa munera, ne ad concilium venirent se excusando, licenter remanserunt. English prelates excused from the council.

Id. iv. 415. Ipso [1] eodem tempore obiit Galfridus de Trane cardinalis, quo non erat aliquis alius domino Papæ familiarior vel utilior. In Anglia autem obiit quidam nobilissimus, in plaga Aquilonari, Gilebertus de Hunfranvilla.[1] Ipsisque diebus Templarii et Hospitalarii, ad restaurationem jacturæ suorum fratrum, multos seculares, quos potuerunt eligere, in suum ordinem suscipientes, in Terram Sanctam, ad defensionem civitatum desolatarum et castrorum, jam obsessionem vel deditionem expectantium, succursum destinarunt. Comes quoque Ricardus mille libras ad succursum terræ illius caritatis intuitu transmisit. Deaths. Aid sent to the Holy Land. *Succursus pecuniaris.*

Id. iv. 417. Ut devolverentur illorum dierum curricula, domino Papa Lugduni commorante, camera ipsius combusta est cum omnibus in ea contentis. Et fuit multorum assertio, quod detestabilis carta illa, quæ tempore regis Johannis de tributo Angliæ confecta est, in cinerem ibidem est redacta. Fire in the Pope's room at Lyons.

Id. iv. 418. Et tunc temporis [2] domini Papæ quidam ostiarius, dum secus quam decuit cuidam [3] volenti ingredi ad Papam respondisset, emancabatur. Ipso [4] quoque tempore obiit magister Elyas de Derham canonicus Sarum; cujus redditibus vacantibus manus rapaces statim injecit magister Martinus, præmemoratus domini Papæ consanguineus, ad distribuendum.[4] A doorkeeper of the Pope mutilated. Death of Elias of Dereham.

Die vero Pentecostes, dominus rex Londoniis festum tenens serenissimum, Ricardum de Clare, jam comitem Gloverniæ, comitantibus quadraginta tironibus, balteo cinxit militari, et tirocinii sui initialia festa gaudenter consummavit. Richard de Clare knighted, 4 June.

Audiens autem dominus rex multos de protervitate dicti magistri Martini graviter conquerendo

---

[1–1] *Ipso . . . Hunfranvilla*] om. N.

[1–5] *Ipso . . . . congregasse* (p. 288)] om. Re.

[2] MSS. ins. *cum*.

[3] *cuidam*] cui, Ch.; om. T. W.; *dam* is interlined in A. Cl.

[4–4] *Ipso . . . distribuendum*] om. A. N.

A.D. 1245. murmurare, reversus ad se licet sero, cœpit dolere, quod tantum tolerasset Romanos alienis bonis saginari, et *ubi non seminaverunt* tantum *messis* congregasse.[5]

S. Matt. xxv. 24.

Fecit igitur per singulos comitatus Angliæ inquiri summam redditum Romanorum, et inventum est, quod ad tantundem pecuniæ ascendit quantum redditus ipsius, videlicet[1] sexaginta milia marcarum meri redditus, exceptis aliis variis emolumentis. Admirans igitur rex insatiabilem Romanæ curiæ protervitatem, misit ad ipsam curiam procuratores suos, ut contradicerent de tributo[2] injuriose imposito, et ut coram concilio querimoniam reponerent de oppressionibus et injuriosis exactionibus, quas dominus Papa cotidie non desinit in Anglia exaggerare. Misitque dominus rex Fulconem filium Warini, ut diceret prædicto magistro Martino quod, sibi caute præcavens, a terra sua cito fugeret. Non enim poterat furorem volentium in ipsum irruere aliquatenus cohibere. Fulco igitur mandatum regium exequens fideliter, ex parte universitatis Angliæ dixit eidem magistro Martino, ut ante quartum diem sequentem nullatenus in regno inveniretur, ne extunc in frusta concideretur. Magister igitur Martinus more Romanorum, qui fugantes fugiunt et fugant fugientes, multum timens pelli suæ, accepto domini regis conductu, ab Anglia ante tertium diem clanculo fugit repentinus.

Matt. Par. iv. 419.

Summa redditum Ytalicorum.

Martin the nuncio is driven out of the country by Fulk Fitz-Warin.

Matt. Par. iv. 420. Abridged from the account in Matt. Par.

William of Montpelier, elect of Coventry resigns.

Roger de Weseham elected.

Eodemque[3] tempore Willelmus de Monte Pessulano, electus Coventrensis, nolens amplius injuriosos impetus, quos a rege diu sustinuerat, tolerare, jus suum in manibus Papæ patienter resignavit. In cujus loco magister Rogerus de Weseham theologus, videlicet decanus Lincolniensis, electus est, episcopo Lincolniensi procurante, rege penitus irrequisito. Unde antequam plenam episcopatus sui posset optinere possessionem, multa sustinuit dispendia et pacis dampnosam, nec immerito, dilationem. Simili quoque modo, ipso eodem tempore, irrequisito regio assensu, cassata electione Roberti Passelewe,

Id. iv. 423.

Id. iv. 424.

Id. iv. 358, 401.

---

[1] *videlicet . . . emolumentis*] in the margin in Ch.; om. A. Cl. N. T.; W. has it in rubr., with xl. for lx.

[2] *tributo*] tribito, Ch.

[3] *Eodemque . . . . depauperavit* (p. 289)] om. Re.

Matt. Par. iv. 402. electus est in episcopum Cicestrensem magister Ricardus de Wiz, unde, ne tanta regis injuria remaneret inulta, baronia ad episcopatum pertinente privari meruit multo tempore, donec multiplicatis intercessoribus impetravit tam ipse quam electus Cestrensis, ut uterque ex regis gratia suæ possessionis gauderet plenitudine. A.D. 1245. Richard de Wyche elected to Chichester.

Id. iv. 425. Eodem anno consecrati sunt Lugduni, ubi adhuc dominus Papa commorabatur, Bonifacius de Provincia in archiepiscopum Cantuariensem et magister Ricardus de Wiz in episcopum Cicestrensem et magister Rogerus in episcopum Cestrensem a domino Papa, non sine regni Angliæ magno dampno ac periculo. Papa enim sic ipsos attraxit, ut magis ei tenerentur obligati, et contempto rege ei fierent in dampnum regni proniores. Consecration of archbishop Boniface and other bishops at Lyons.

Id. iv. 400, 426. Interea Robertus Passelewe, de cujus cassatione mentio prælibata est, adjunctis sibi auctoritate regia sociis, videlicet Laurencio de sancto Albano clerico et Galfrido de Langeleia milite, sub quodam colore justiciæ per nova placita forestæ multos, ut regem ditaret, depauperavit. Oppression of Robert Passelew in his inquisition into the forests.

Id. iv. 427. Eodem quoque anno, dominus rex ex devotione speciali et dilectione beati Ædwardi gloriosissimi regis et confessoris, ecclesiam beati Petri conventualem majori parte dirui fecit,[1] ut decentiorem construeret et ampliorem. In quo opere sumptus non modicos exposuit, more Christianissimi regis, indubitanter credens illum thesaurum sibi incorruptum in cælis reservari. Insuper ex regia munificentia, sibi innata, contulit dominus rex memorato sancti Petri monasterio, ob honorem ejus et sancti Ædwardi et regalis loci reverentiam, donaria regalia vel potius imperialia in pallis, gemmis, et vasis mirificis, quæ oculos intuentium in admirationem et corda moverent ad stuporem, ita ut inter omnes ecclesias cisalpinas, et si fas est dicere Rebuilding of the church of Westminster.

[1] Ch. ins. in a later hand in the margin, "octavo die inchoans "Apostolorum videlicet Petri et "Pauli;" above, also later, is "Inchoatio novi operis West-"monasterii."

A.D. 1245. transalpinas, ecclesia Westmonasterii thesauro regali copiosius habundaret.

Death of Geoffrey Marsh.

Eodem[1] tempore, Galfridus de Marisco inter nobilissimos Hyberniæ non extremus, exul et profugus obiit, miser nec tamen miserabilis. Quem proscriptum ab Hibernia, expulsum a Scotia, fugatum ab Anglia, post filii sui Willelmi de Marisco mortem turpissimam, Francia suscepit mendicantem, ubi vitam terminavit infelicem. Hæc iccirco auditoribus scribo prolixius, ut perpendat quisque quem finem proditio sortiatur, et præcipue læsæ crimen majestatis. Pater enim in comitem Marescallum Ricardum in Hybernia, et filius ejus Willelmus in regem, seditionem temere ac infeliciter ausi sunt machinari.[1] Matt. Par. iv. 422.

Preparations for an expedition against the Welsh.

Eodemque anno circa festum nativitatis beati Johannis Baptistæ, fecit dominus rex omnes in regno Angliæ, qui ei servitium militare debebant, edicto regio submoneri, ut ipsum in Walliam hostiliter profecturum, fideliter, ut decebat, communiter sequerentur. Nam Walensium insolentia nimis injuriosa ipsum ad hoc compellebat. Unde cito post profecturus, apud sanctum Paulum Londoniis licentiam a civibus ibidem convocatis, satis civiliter, et a clero orationes humiliter postulavit. Id. iv. 423.

Messengers sent to the council to complain of the Papal exactions.

Per idem quoque tempus, dominus rex sano fretus consilio, ex quo certificabatur de concilio in proximo Lugduni generali celebrando, nuncios sollempnes ad concilium destinavit, videlicet comitem Rogerum Bigod, Johannem filium Galfridi, Willelmum de Cantelupo, Philippum Basset, Radulphum filium Nicholai, milites, et magistrum Willelmum de Powic, clericum, ut domino Papæ et toti concilio gravamina, quæ regno Angliæ in multis a Romana curia diatim inferuntur, præcipue de tributo in guerræ tempore extorto, cui contradictum fuit et aperte per archiepiscopum Cantuariensem Stephanum[2] reclamatum, exponerent. Quod in posterum ita factum est. Id. iv. 419, 420.

[1–1] *Eodem . . . machinari*] om. N.

[2] MSS. exc. T. ins. *et*.

Matt. Par. iv. 428.

Anno quoque eodem[1] dominus Papa qui Lugdunum advenerat, et jam per aliquod tempus moram protraxerat, graviter conquestus est quibusdam magnis prælatis, maxime Cluniacensi[2] et Cisterciensi[3] abbatibus, quod ecclesia Romana multum arctabatur, ære alieno prægravata. Unde ab ipsis, tanquam filiis carissimis et specialibus, subsidium pecuniare instanter postulavit. Abbas autem Cluniacensis, impetrata licentia ac potestate cellas suas depauperandi, ut Papam ditaret, tot munera, tot xenia, in equis desiderabilibus et preciose faleratis Papæ contulit, quorum etiam aliqui pecunia fuerant onerati; similiter et abbas Cisterciensis; ut videretur et a multis et certissime diceretur ut Papa potius dona afferentibus[4] occurrisset, quam a facie Fretherici persequentis aufugisset. Archiepiscopus autem Rothomagensis P.[5] et abbas[6] sancti Dionisii, natione Anglicus, cum hæc audissent, volentes priores datores superare, tantam in moneta numerata pecuniam thesauro papali addiderunt, ut hoc scientibus quantitas et numerus stuporem non immerito generaret. Unde archiepiscopus suam relinquens ecclesiam, irrestaurabiliter pecunia spoliatam, in cardinalem multum domino Papæ specialem meruit sullimari; abbas autem sancti Dionisii in archiepiscopum Rothomagi simili conditione pomposius infulari, abbas vero Cluniaci in episcopum Lingonensem, quod multum desideraverat, ut unus ex paribus esset Franciæ, incathedrari. Archiepiscopus[7] vero Lugduni nolens aliquatenus, ut Papam saginaret, suam ecclesiam destruere, immo potius dolens quod Papa totam Christianitatem et universalem Ecclesiam turbaturus illuc adventasset, et suum archiepiscopatum onerasset sua præsentia et ad concilium præla-

Id. iv. 429.

A.D. 1245. Complaints by the Pope of the debts of the church of Rome.

Gifts to him from the abbats of Cluny and Citeaux,

the archbishop of Rouen, and the abbat of S. Denis.

The archbishop of Rouen made a cardinal, the abbat of S. Denis archbishop of Rouen.

The abbat of Cluny made bp. of Langres.

The archbishop of Lyons resigns.

[1] MSS. ins. *cum*.
[2] Hugh de Rochecorbon.
[3] Boniface.
[4] Ch. repeats *potius*.
[5] Peter de Colmieu, cardinal bishop of Albano.
[6] Odo Clement.
[7] Aimery Guerry.

A.D. 1245. torum advenientium, omnia in manus Papæ sponte resignavit. Cujus loco, Papa procurante, vir bellicus et secularibus negotiis aptior quam spiritualibus subrogatus est, Philippus de Sabaudia, frater archiepiscopi Cantuariensis Bonefacii, ut sic Papa tantis viris et tam generosis suam partem cautius roboraret, et genus eorum Romanæ curiæ astutius confœderaret, curam animarum non sine multorum justorum oblocutione postponendo. Electus igitur Lugdunensis, Philippus memoratus, ex papali indulgentia opimos redditus, quos in Anglia habuit et multis aliis locis, licenter retinens, ut fortius et efficacius papalibus intenderet ac secularibus negotiis, suam diu distulit consecrationem nec officium episcopale curabat exercere. Similiter et frater ejus, Cantuariensis archiepiscopus Bonefacius, suæ immemor ecclesiæ, nec recolens sanctitatis suorum in ecclesia Cantuariensi prædecessorum, quasi nauta navem, curam omisit pastoralem. Et se per multum tempus, in partibus Lugdunensibus multum a Cantuaria distantibus commorans, absentavit. Unde ecclesia Anglicana,[1] quæ per ipsum speraverat respirasse, pro consolatione induit cum [2] confusione desolationem.

Matt. Par. iv. 429.

Philip of Savoy put in his place,

Cf. Id. iv. 425.

Cf. Id. iv. 426.

who puts off his consecration, and keeps his English preferments.

Archbishop Boniface for a long time at Lyons.

Council of Lyons.

Cum autem jam festum nativitatis beati Johannis Baptistæ advenisset, congregati sunt Lugduni prælatorum innumerabilis multitudo, concilium generale celebratura. Multos tamen, ne advenirent, impedivit imperator Frethericus, præsciens quod ad suum impedimentum et dedecus ipsos Papa convocarat. De Hungaria vel de Terra Sancta, propter Tartarorum et Chorosminorum vastationem et propter regionum distantiam, nullus advenire valuit aut voluit. Multi etiam in Anglia prælati tum propter senium, tum propter infirmitatem, tum per regias preces, in suis provinciis pacifice remanserunt, sese per procuratores suos desti-

Cf. Id. iv. 431.

Many prevented by the emperor from being present.

None from Hungary or Palestine.

Cf. Id. iv. 414.

[1] *Anglicana*] Anglica, Ch. altered by Matt. Par. in the MS.

[2] *cum confusione*] confusionem et, W.

natos rationabiliter excusantes. Imperator vero præ- A.D. 1245.
sciens graves fore questiones movendas, nec immerito,
contra ipsum, necnon et papalem iram diutinam jam
versam in odium, discretos ac sollennes ad concilium
suos procuratores et prolocutores destinavit, videlicet
See the emperor's letter. Matt. Par. iv. 541, 542. Thadeum de Suessa, Petrum de Vinea, et magistrum
Walterum de Ocra, clericos facundos et discretos, et cum Opening of the council.
eis milites nobiles et disertos. Congregata vero sancta
et universali sinodo in ecclesia sancti Justi apud Lug- Complaints of the emperor by the Pope.
dunum, proposuit in medio dominus Papa graves contra
Frethericum querimonias, ita ut intelligerent liquido
omnes maxime propter hoc concilium fuisse convoca-
tum. Inter quas graves querimonias gravissima contra
imperatorem Frethericum resonabat, quod prælatos in
mari truculenter invasit, submersit, cepit, et incarce-
ravit. Procuratores[1] vero, prout causa eorum tolera- Answer of the emperor's proctors.
vit, satis prudenter ad objecta responderunt. Sed cum
rationes papales prævaluissent, omnes fere in ipsum
imperatorem frenduerunt. Anglici tamen dolentes de The English silent.
sua confusione propter affinitatem, quæ inter dominum
ipsorum regem Angliæ et ipsum imperatorem con-
trahebatur, et fœdus amicitiæ inter ipsos initum, et
prolem, quam ex Ysabella[2] imperatrice imperator sus-
ceperat, diu dissimulantes siluerunt. Invaluerunt tamen
undique insurgentes imperatoris adversarii, nec poterant
imperiales nuncii vel exaudiri vel etiam audiri; unde
Thadeus, videns dampnationem domini sui iminere, ait:
Id. iv. 456. "Vere dies ista dies iræ, calamitatis, et miseriæ." Magister Zeph. i. 15.
Id. iv. 440. vero Willelmus de Powic qui cum nobilibus domini regis
Angliæ procuratoribus, comite Rogero[3] et aliis sociis,
præsens affuit, volens hæc prædicta per interruptionem Complaints from England of extortion.
differre, surgens in medio, gravamina regis et regni Angliæ
proponens satis eleganter, conquestus est graviter quod per
curiam Romanam extortum est tributum injuriose nimis
tempore guerræ a rege Johanne, dum summa mentis

[1] *Procuratores*] Procutores, Ch.
[2] *Ysabella*] Ysebella, Ch.
[3] i.e. Roger Bigod, 5th earl of Norfolk.

A.D. 1245. angustia torqueretur; cui etiam manifeste contradictum fuit et ex parte universitatis regni reclamatum, quod talia nullo modo facere poterat, per os venerabilis Cantuariensis archiepiscopi Stephani, quo non erat tunc major in regno. In quod tributum nunquam patres nostri consenserunt, vel aliquo tempore consentient, unde sibi petiit instanter exhiberi justiciam cum remedio. Ad quod Papa, non oculos elevans nec vocem, dissimulavit donec quæ magis eum angebant primitus exuperasset. Et post paulum dictus magister Willelmus proposuit in medio gravissimam querimoniam de multiformi extorsione reddituum et pecuniæ per Romanam curiam a prælatis Angliæ, quasi a servis ultimæ conditionis, hanc elegantem ostendens epistolam ex parte universitatis Angliæ: Matt. Par. iv. 440.

Letter to the Pope from England on the Roman extortions.

"Reverendo patri Innocentio, Dei gratia summo Pontifici, "magnates et universitas regni Angliæ, recommendationem "cum pedum osculo beatorum. Matrem nostram Romanam "ecclesiam totis visceribus diligimus ut debemus, etc." Id. iv. 441.

Quam epistolam, omnes fere papales injurias et tirannides, Angliæ violenter irrogatas, continentem, diligens inquisitor in regis thesauro si velit poterit reperire. Cum autem hæc gravamina manifeste in medio proponerentur, asseruit Papa hæc morosa indigere deliberatione. Suspendit igitur ad tempus responsionem, licet urgenter instarent nuncii, postulantes certam super his responsionem. Addebant quoque idem nuncii prioribus querimoniam, videlicet de violenta oppressione, et intolerabili gravamine, et impudenti exactione et injuria, quæ per hanc invisam adjectionem, Papalibus litteris frequenter insertam, exercetur, *Non obstante, etc.* per quam jus pro nihilo habetur, et autentica scripta enervantur. Altiori[1] igitur insistens negotio dominus Papa, postquam se talia provide se promiserat correcturum, in dominum imperatorem Fretheri-cum, sine aliqua palpatione, dissimulatione, vel dilationis indultu, sententiam depositionis[2] in pleno concilio, licet Thadeus et ejus socii constanter reclamassent, plenam satis-

The Pope delays his answer. Id. iv. 444.

The emperor deposed.

[1] *Altiori . . . annotandam* (p. 295)] om. Rc.

[2] *depositionis*] deposionis, Ch.

factionem et emendam pollicentes, terribiliter fulminavit. A.D. 1245.
Quam, quia nihil tam arduum nostris temporibus est attemptatum, huic libello duximus annotandam.

Sententia lata in imperatorem Frethericum.

Matt. Par. iv. 445.

Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

" Innocentius, etc. Sacro præsente concilio. Ad rei memoriam sempiternam.

" Ad Apostolicæ sedis dignitatem, licet indigni, dignatione divinæ Majestatis assumpti, omnium Christianorum curam vigili sedulaque sollertia gerere ac intimæ considerationis oculo singulorum merita[1] discernere et providæ deliberationis statera librare debemus, ut quos justi rigor[2] examinis dignos ostenderit, congruis attollamus favoribus; quos autem reos pœnis debitis deprimamus, appendentes semper meritum et præmium æqua lance, retribuendo cuique juxta qualitatem operis pœnæ vel gratiæ quantitatem. Sane cum diu guerrarum commotio nonnullas professionis Christianæ provincias diutius afflixisset, nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem et pacem Ecclesiæ sanctæ Dei ac generaliter cuncto populo Christiano, ad præcipuum principem secularem, hujus dissentionis ac tribulationis auctorem, a felicis recordationis Gregorio Papa, prædecessore nostro, pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios magnæ auctoritatis viros, venerabiles videlicet P. abbatem[3] Albanensem, tunc Rothomagensem archiepiscopum, et Willelmum Sabinensem, tunc quondam Mutinensem, episcopos, ac dilectum nostrum filium Guillelmum[4] basilicæ xii. Apostolorum presbiterum cardinalem, tunc abbatem sancti Facundi, qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos; facientes sibi proponi per ipsos quod nos et fratres nostri, quantum in nobis erat, pacem per omnia secum habere nitimur,[5] cum omnibus hominibus parati

[1] *merita*] om. MSS. It is from the Vatican copy (Regest. Innocent. IV., i. f. 208*b*).

[2] Ch. has in the margin *vel vigor*. It is *vigor* in the copy as given by Paris.

[3] *abbatem*] sic, erroneously for *episcopum*, as in Paris; om. Re. as the Vatican copy; W. has Philippum; it is Peter de Colmieu.

[4] William de Talliante, abbat of S. Facundus, (Léon).

[5] *nitimur*] necnon, Vat.

A.D. 1245 Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

" optabamus pacem[1] sibi et tranquillitatem dare ac mundo " etiam universo. Et quia prælatorum, clericorum, omnium- " que aliorum, quos detinebat captivos, et omnium tam cleri- " corum quam laicorum, quos ceperat in galeis, restitutio " poterat esse pacis plurimum inductiva, illum ut eos resti- " tueret, cum hæc iidem tam ipse quam sui nuncii, antequam " ad Apostolatus vocati essemus officium, promisissent, rogari " et peti ab ipso fecimus per eosdem ac proponi insuper, " quod iidem pro nobis parati erant audire et tractare pacem " ac etiam audire satisfactionem, quam facere vellet princeps " pro omnibus, pro quibus vinculo erat excommunicationis " astrictus, et offerri præterea, quod si etiam eum in aliquo " contra debitum læserat ecclesia, quod non credebat, " parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. Et " si diceret ipse quod contra justiciam in nullo læserat eccle- " siam,[2] vel quod nos eum contra justiciam læsissemus, parati " eramus vocare reges, prælatos, et principes, tam eccle- " siasticos quam seculares, ad aliquem tutum locum, ubi " per se vel per sollempnes nuncios convenirent. Eratque " parata ecclesia[2] de consilio concilii sibi satisfacere, si eum " læsisset in aliquo, ac revocare sententiam, si quam contra " ipsum injuste tulisset, et cum omni mansuetudine et " misericordia, quantum cum Deo et honore suo fieri pote- " rat, recipere de injuriis et offensis ipsi ecclesiæ suisque " per eum irrogatis satisfactionem ab ipso. Volebat etiam " ecclesia omnes amicos suos sibique adhærentes in pace " ponere, plenaque securitate gaudere, ut nunquam hac " occasione possent aliquod subire discrimen. Sed licet sic " apud eum pro pace paternis monitis et precum insistere " curaverimus lenitate, idem tamen Pharaonis imitatus Ps. lvii. 4. " duritiam, et *more aspidis obturans aures suas*, hujusmodi " preces et monita elata obstinatione ac obstinata elatione " despexit. Et licet processu temporis in die Cœnæ Domini " proximo nuper præterita præcedente, coram nobis et fra- " tribus nostris, præsentibus carissimo in Christo filio " nostro Constantinopolitano imperatore illustri cœtuque " non modico prælatorum de sanioribus, populoque Romano, " et maxima[3] multitudine aliorum, qui eodem die propter " sollempnitatem ipsius de diversis mundi partibus ad Aposto- " licam sedem convenerunt, quod staret mandatis nostris

Matt. Par. iv. 446.

[1] *pacem*] om. MSS.

[2] *ecclesiam, ecclesia*] so the Vatican copy; etiam, MSS.

[3] *maxima multitudine*] so Vat.; juxta multitudinem, MSS.

Matt. Par. iv. 447.

A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

" et Ecclesiæ, per nobilem virum comitem Tholosanum ac
" magistros[1] Petrum de Vinea et Tadeum de Suessa, curiæ
" suæ judices et procuratores suos, speciale super his ab
" ipso mandatum habentes, præstiterit juramentum; post-
" modum tamen quod juraverat non implevit. Quin immo
" ea intentione ipsum præstitisse probabiliter creditur, sicut
" ex factis sequentibus colligitur evidenter, ut eidem eccle-
" siæ ac nobis illuderet potius quam pareret, cum anno
" et amplius jam elapso nec ad ipsius Ecclesiæ gremium
" revocari potuerit, nec sibi de illatis ei dampnis et injuriis
" curaverit satisfacere, licet super hoc extiterit requisitus.
" Propter quod non valentes absque gravi Christi offensa
" ejus iniquitates amplius tolerare, cogimur, urgente nos
" conscientia, juste animadvertere in eundem. Et ut ad
" præsens de cæteris ejus sceleribus taceamus, quatuor gra-
" vissima, quæ nulla possunt celari tergiversatione, commisit.
" Dejeravit enim multociens. Pacem quondam inter eccle-
" siam et imperium reformatam temere violavit. Perpe-
" travit etiam sacrilegium, capi faciens cardinales sanctæ
" Romanæ ecclesiæ ac aliarum ecclesiarum prælatos et
" clericos, religiosos et seculares, venientes ad concilium,
" quod idem prædecessor duxerat convocandum. De hæresi
" quoque non dubiis et levibus, sed difficilibus et eviden-
" tibus argumentis, suspectus habetur. Plura siquidem eum
" commisisse perjuria satis patet; nam olim cum in Siciliæ
" partibus morabatur, priusquam esset ad imperii digni-
" tatem electus, coram bonæ memoriæ Gregorio sancti
" Theodori diacono cardinali, Apostolicæ sedis legato, felicis
" recordationis Innocentio Papæ prædecessori[2] nostro et
" successoribus ejus ecclesiæque Romanæ pro concessione
" regni Siciliæ ab eadem ecclesia sibi facta, fidelitatis præ-
" stitit juramentum; et sicut dicitur, illud idem, postquam
" ad eandem dignitatem electus extitit et venit ad Urbem,
" coram eodem Innocentio suisque fratribus et aliis multis
" præsentibus, ligium hominium in ejus faciens manibus,
" innovavit. Deinde cum in Alemannia esset, eidem Inno-
" centio et ipso defuncto bonæ memoriæ Honorio Papæ
" prædecessori nostro et ejus successoribus ac ipsi ecclesiæ

[1] *magistros*] so Matt. Par. in the margin of Ch., which has magistrum in the text.

[2] *prædecessori*] prædecessore, MSS.

A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

" Romanæ, præsentibus imperii principibus ac nobilibus, juravit honores, jura, et possessiones Romanæ ecclesiæ pro posse suo servare ac protegere bona fide; et quod quæcunque ad manus suas devenirent, sine difficultate restituere procuraret; nominatis expresse dictis possessionibus in hujusmodi juramento, quod postmodum confirmavit, coronam imperii jam adeptus. Sed horum trium juramentorum temerarius extitit violator, non sine proditionis nota et læsæ crimine majestatis. Nam contra præfatum prædecessorem nostrum Gregorium et fratres suos comminatorias [1] litteras eisdem fratribus destinare, ac dictum Gregorium apud fratres ipsos, sicut apparet per litteras ab eodem tunc directas eisdem, etiam, prout fertur, per universum fere orbem terrarum multipliciter diffamavit,[2] ac venerabilem fratrem nostrum Ottonem Portuensem, tunc sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconum [3] cardinalem, et bonæ memoriæ Jacobum Prenestinum, episcopos, Apostolicæ sedis legatos, nobilia et magna ecclesiæ Romanæ membra, personaliter capi fecit, et bonis omnibus spoliatos ac per diversa loca non semel ignominiose deductos carceribus mancipari. Privilegium insuper quod beato Petro et successoribus ejus in ipso tradidit dominus noster Jesus Christus, videlicet *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in cœlis,* in quo auctoritas et potestas Romanæ ecclesiæ consistit, pro viribus diminuere vel ipsi ecclesiæ auferre satagit, scribens se præfati Gregorii sententiam non vereri latam ab eo excommunicationis in ipsum, non solum contemptis clavibus ecclesiæ non servando, verum etiam per se ac officiales suos et illam et alias [4] excommunicationis vel interdicti sententias, quas idem omnino contempsit, cogendo alios non servare. Possessiones quoque præfatæ ecclesiæ Romanæ, videlicet Marchiam, Ducatum,[5] Boneventum, cujus muros et turres dirui fecit, ac alias quas in Tusciæ ac Lumbardiæ partibus et quibusdam aliis optinebat locis, paucis exceptis, occupare

S Matt. xvi. 19.

Matt. Par. iv. 448.

---

[1] *comminatorias*] Ch. Cl. have *vel mo* interlined, *i.e.* commonitorias; commonitores, A. N.

[2] *diffamavit*] so MSS., altering *diffamare præsumpsit*, and spoiling the construction of the previous clause.

[3] *diaconum*] diaconi, Ch.

[4] *alias*] aliam, MSS.

[5] *i.e.* of Spoleto.

Matt. Par. iv. 450.

A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

" non metuens, eas detinet occupatas. Et tanquam ei non " sufficeret, quod manifeste contra juramenta præmissa " præsumendo talia veniebat, per se vel suos officiales, " earundem possessionum homines dejerare compulit, ipsos a " juramentis [1] quibus tenebantur Romanæ ecclesiæ, de facto, " cum de jure non posset, absolvens, et faciens eosdem " fidelitatem [2] nihilominus abjurare prædictam, sibique fide- " litatis hujusmodi juramenta præstare. Pacis quoque ipsum " violatorem existere plane constat. Quia cum olim tempore " pacis inter ipsum et ecclesiam reformatæ jurasset coram " bonæ memoriæ Johanne de Abbatisvilla episcopo " Sabiensi et magistro Thomasio, tunc sanctæ Sabinæ " presbitero cardinali, præsentibus multis prælatis, princi- " pibus, et baronibus, quod staret et pareret præcise absque " ulla conditione omnibus mandatis Ecclesiæ super his, pro " quibus erat vinculo excommunicationis astrictus, causis " excommunicationis expressis per ordinem coram eo; tunc " omnibus Theutoniæ hominibus, regni Ciciliæ ac quibus- " libet aliis, qui Ecclesiæ contra eum adhæserant, omnem " remittens offensam et pœnam; et quod nullo tempore " offenderet vel offendi faceret ipsos, pro eo quod Ecclesiæ " astiterant, præstari in anima sua per comitem [3] Acerrarum " faciens juramentum. Postmodum pacem et juramenta " hujusmodi, nequaquam erubescens irretiri perjuriis, non " servavit. Nonnullos etiam ex ipsis hominibus, tam no- " biles quam alios, postea capi fecit, et eis bonis suis omni- " bus spoliatis, uxores eorum et filios captivari, ac terras " ecclesiæ contra promissionem, quam eidem Johanni " Sabinensi episcopo, et Thomasio cardinali fecerat, irreve- " renter invasit, licet ipsi extunc in eundem præsentem, " si contraveniret, excommunicationis sententiam promul- " gaverint; et cum idem Apostolica sibi auctoritate man- " dassent, ut nec per se nec per alium impediret, quin " postulationes, electiones, et confirmationes ecclesiarum et " monasteriorum, in regno præfato libere de cætero fierent, " secundum statutum concilii generalis, et quod nullus " deinceps in eodem regno, viris ecclesiasticis, ac rebus " eorum imponeret tallias vel collectas; quodque nullus " ibidem clericus vel persona ecclesiastica de cetero in " civili vel criminali causa conveniretur coram judice secu-

[1] *juramentis*] juramento, MSS.
[2] *fidelitatem*] fidelitatis, MSS.
[3] Thomas.

A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.[1]

Matt. Par. iv. 451.

" lari, nisi super feudis quæstio civilis haberetur ; ac Templariis, Hospitalariis, et aliis personis ecclesiasticis, de dampnis et injuriis irrogatis eis satisfaceret competenter ; ipse mandatum hujusmodi adimplere contempsit. Liquet namque undecim aut plures archiepiscopales et multas episcopales sedes, abbatias quoque et alias ecclesias ad præsens in regno vacare prædicto, easque, procurante ipso, sicut aperte patet, fuisse diutius prælatorum regimine destitutas in grave[1] ipsarum præjudicium et periculum animarum. Et licet forte in aliquibus ejusdem regni ecclesiis electiones sint a capitulis celebratæ, quia tamen per illa eadem familiares clerici sunt electi, probabili potest argumento concludi, quod facultatem non habent liberam eligendi. Ecclesiarum autem ipsius regni non solum bona fecit, prout voluit, occupari, sed et cruces, calices, thuribula, et alios sacros earum thesauros et pannos sericos, velut cultus divini contemptor, auferri, licet ut dicitur, ipsis ecclesiis, exacto prius tamen pro eis certo precio, in parte fuerint restituti. Clerici quippe collectis et talliis multipliciter affliguntur, nec solum trahuntur ad judicium seculare, sed, ut asseritur, coguntur subire duella, incarcerantur, occiduntur, et patibulis cruciantur in confusionem et obprobrium ordinis clericalis. Præfatis autem Templariis, Hospitalariis, et personis ecclesiasticis non est de dampnis illatis eisdem et injuriis satisfactum. Eum quoque certum est sacrilegii esse perpetratorem. Nam cum præfati Portuensis et Prænestinus episcopi, et quamplures ecclesiarum prælati et clerici, tam religiosi quam seculares, ad Apostolicam sedem pro celebrando concilio, quod et ipse prius petiverat convocari, per mare venirent, viis terræ ipsius de mandato ejus omnino præclusis ; idem, destinato Ensio, filio suo, cum multitudine galearum, et per alias quamplures, longe antea serio præparatas, in partibus Tusciæ maritimis in insidiis positis contra eos, ut gravius posset virus evomere præconceptum, ipsos ausu sacrilego capi fecit, quibusdam prælatorum ipsorum et aliis in hujusmodi captione submersis, nonnullis etiam interemptis et aliquibus hostili insecutione fugatis, reliquis autem bonis spoliatis omnibus, et de loco ad locum in regnum Siciliæ obprobriose de-

[1] *grave*] gravi, MSS. exc. Cl.

Matt. Par. iv. 452.

" ductis atque ibidem diris carceribus mancipatis, quorum A.D. 1245.
" aliqui macerati squaloribus et inedia pressi miserabiliter Sentence
" defecerunt. Merito insuper contra eum de hæretica pra- of deposi-
" vitate suspicio est exorta, cum, postquam excommunica- tion of the
" tionis sententiam a præfatis Johanne Sabinensi episcopo emperor by the Pope.
" et Thomasio cardinali prolatam incurrit, et dictus
" Gregorius Papa ipsum anathematis vinculo innodavit, ac
" post ecclesiæ Romanæ [1] cardinalium, prælatorum, et cleri-
" corum, aqua diversis partibus ad sedem Apostolicam
" venientium, captiones, claves ecclesiæ contempserit et
" contempnat, sibi faciens celebrari, vel potius, in quan-
" tum in eo est, prophanari divina. Et constanter as-
" seruit, ut superius est enarratum, in se præfati Gre-
" gorii Papæ sententias non vereri. Præterea conjunctus
" Sarracenis amicitia detestabili, nuncios et munera pluries
" destinavit eisdem, et ab eisdem vicissim cum honorifi-
" centia et hilaritate recipit, ipsorumque ritus amplectitur,
" illos in cotidianis ejus obsequiis notabiliter secum tenens,
" eorundem etiam more uxoribus, quas habuit, de stirpe
" regia descendentibus, eunuchos, præcipue quos, ut dicitur
" serio, ipse castrari fecerat, non erubescit deputare cus-
" todes. Et quod execrabilius est, olim existens in parti-
" bus transmarinis, facta compositione quadam, immo verius
" collusione, cum soldano, Machometi nomen in templo
" Domini diebus ac noctibus publice proclamari permisit.
" Et nuper nuncios soldani Babiloniæ, postquam idem sol-
" danus Terræ Sanctæ ac [2] Christianis habitatoribus ejus
" per se ac suos dampna gravissima et inæstimabiles in-
" jurias irrogarat, fecit per regnum Siciliæ cum laudibus
" ad ejusdem soldani excellentiam, sicut fertur, honorifice
" suscipi et magnifice procurari. Aliorum quoque infide-
" lium perniciosis [3] et horrendis obsequiis contra fideles
" abutens, et illis qui dampnabiliter vilipendentes Apostо-
" licam sedem ab unitate Ecclesiæ recesserunt, procurans
" affinitate ac amicitia copulari, claræ memoriæ ducem [4]
" Bavariæ specialem ecclesiæ Romanæ ac [5] filium devotum,
" fecit, pro certo asseritur, Christiana religione despecta,

---

[1] *Romanæ*] Romanorum, MSS.
[2] *ac*] a, MSS.
[3] *perniciosis*] pernicionis, MSS.
[4] *ducem*] ducis, MSS. *Louis I.*
[5] *ac filium*] sic; not in Matt. Paris's or in the Vatican copy; ac fidelium, Re.

A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

Matt. Par. iv. 453.

"per assesinos occidi; et Battacio,[1] Dei et ecclesiæ inimico, a communione fidelium per excommunicationis sententiam, cum adjutoribus, consiliatoribus, et fautoribus suis sollempniter separato, filiam[2] suam tradidit in uxorem. Catholicorum vero principum actus et mores respuens, neglecta salutis et famæ integritate, pietatis operibus non intendit. Quinimmo, ut de suis nephariis dissolutionibus sileamus, cum didicerit opprimere, non curat oppressos injuriis relevare, manu ejus, ut decet principem, ad elemosinas non extenta, nec ecclesias, nec monasteria, nec hospitalia cernitur construxisse, cum destructioni ecclesiarum institerit, et religiosas ac alias ecclesiasticas personas jugi attriverit afflictione. Nunc igitur hæc non levia, sed efficacia sunt argumenta de suspicione hæresis contra eum, cum tamen hæreticorum vocabulo jus civile contineri asserat, et latis adversus eos sententiis debere succumbere, qui vel levi argumento a judicio catholicæ religionis et tramite detecti fuerint deviare. Præter hoc, regnum Siciliæ, quod est speciale patrimonium beati Petri, quod idem princeps ab Apostolica sede tenebat in feudum, jam ad tantam in clericis et laicis penitus nihil habentibus et omnibus exinde fere probis[3] ejectis exinanitionem[4] et servitutem redegit, et[5] abire pauperes coegit. Illos autem qui remanserunt, sub servili conditione vivere ac Romanæ ecclesiæ, cujus principaliter sunt homines et vassalli, offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille squivatorum annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi Romanæ ecclesiæ tenetur, per novem annos et amplius solvere prætermisit.

"Nos itaque, super præmissis et quampluribus aliis ejus nephandis excessibus cum fratribus nostris et sacro concilio deliberatione præhabita diligenti, cum Jesu Christi vices licet immeriti teneamus in terris, nobisque in beati Petri Apostoli persona sit dictum, *Quodcumque ligaveris super terram, etc.*, memoratum principem, qui se imperio et regnis omnique honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates, a Deo, ne regnet vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis a Deo ac

[1] John Vatatzes.

[2] Anne.

[3] *probis*] probris, MSS.

[4] *exinanitionem*] in exanicionem, MSS.

[5] *et . . . coegit*] only in these MSS.

Matt. Par. iv. 454. "abjectum, omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus, et nihilominus sententiando privamus; omnesque qui ei juramento fidelitatis tenentur astricti, a juramento hujusmodi perpetuo absolvimus, auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam imperatori vel regi pareat vel intendat; decernendo quoslibet qui deinceps ei, velut imperatori vel regi, consilium vel auxilium præstiterint seu favorem, ipso facto excommunicationis vinculo subjacere. Illi autem ad quos in eodem imperio spectat electio, eligant libere successorem. De præfato vero regno Siciliæ providere curabimus cum fratrum nostrorum consilio, prout viderimus expedire. Datum Lugduni xvii. kalend. Augusti, pontificatus nostri anno tertio." A.D. 1245. Sentence of deposition of the emperor by the Pope.

Id. iv. 456. Hæc igitur in medio concilio prolata cunctis non mediocrem timorem incusserunt. Thadeus igitur et alii imperatoris procuratores confusi recesserunt. De reparatione autem Terræ Sanctæ et de executionibus justiciæ multa in eodem concilio duxit statuenda, quæ diligens indagator poterit scripta reperire. Hæc tamen prædicta non arbitror prætereunda, ut plenius sciantur causæ quare dominus Papa Innocentius quartus Frethericum ab imperii solio præcipitavit. Horror of the hearers of the sentence. The emperor's proctors depart.

Id. iv. 474. Hæc cum ad noticiam Frethe rici pervenissent, indignatus quam plurimum, scripsit quandam epistolam dominis regi Anglorum et regi Francorum, et multis aliis principibus; in cujus epistolæ fine dedit intelligi manifeste, quod sua fuit intentio nobilitatem et dignitatem universalis ecclesiæ annullare, et ipsam ecclesiam ad statum reducere pristinæ paupertatis et humilitatis primitivæ. In quo verbo se volens excusare, impudenter accusavit.[1] His letter on hearing the sentence.

Id. iv. 477.

Cf. Id. iv. 481, 487. Interim dominus rex, apud partes Walliæ cum exercitu suo commorans, ipsos Walenses fame et inedia multum coartavit, et secundum guerræ consuetudinem sæpe ipsos dampnose invasit. In qua invasione aliquando laudabiliter impetum consummavit. Sæpe tamen deteriorem calculum reportavit. Tandem de- Progress of the Welsh war.

[1] *accusavit*] acusavit, Ch.

A.D. 1245. The Welsh campaign.

populata[1] illa parte quæ Anglesheie dicitur, firmavit unum castrum inexpugnabile, videlicet Gannoch, et munivit prudenter ad insultus et discursus Walensium reprimendos, et sic inde triumphans recessit. Circa eadem tempora Reimundus comes Provinciæ,[2] pater reginarum Francorum et Anglorum, humanæ naturæ debita persolvit, qui de filiabus suis magnifice nimis maritatis stuporem toti mundo dereliquit. Matt. Par. iv. 486. Cf. Id. iv. 481. Id. iv. 485.

Death of Raymond Berenger IV., count of Provence.

Henry III. leaves Gannoch and deposes Maurice Fitz-Gerold, the Irish justiciary.

Dominus autem rex, a Gannoco jam, ut prædictum est, sumptuose nimis communito recedens, Mauricium Hiberniæ justiciarium, eo quod ficte et tarde auxilium ab Hibernia domino regi duxerat periclitanti, a justiciaria deposuit; loco cujus Johannem filium Galfridi subrogavit. Eodem quoque anno, postulante domino rege Francorum, qui, ut prælibatum est, in mortis discrimine cruce signabatur, missus est a latere Papæ quidam legatus,[3] ut negotium crucis prædicando promoveret. Unde tum propter Deum, tum propter regem, infiniti nobiles Franciæ cruce signabantur. Dominus etiam rex Franciæ ab ecclesia in regno suo ex permissione et indultu domini Papæ de omni proventu universaliter decimam partem ad promotionem suæ peregrinationis impetravit.[4] Cum autem dominus Papa,[5] quasi pro retributione tanti beneficii, ad sustentationem andegravii,[6] quem jam elegerat ut succederet Fretherico in imperio et ad expugnandum ipsum Frethericum quem dejecerat, ab eodem regno Francorum vicesimam postulavit. Sarraceni autem et præcipue Chorosmini, qui jam de Christianis in Terra Sancta irato Deo[7] triumphaverant, et[8] Terram Sanctam [occupaverant] usque ad Acon, contritis Hospitalariis et Templariis et nobilibus Christianis, hæc audientes sese fortius munierunt, ne in adventu Francorum op- Id. iv. 486. Id. iv. 488. Id. iv. 489, 490. Id. iv. 561. Cf. Id. iv. 434, 559. Id. iv. 490.

A legate sent to preach the crusade in France.

A tenth granted by the Pope from the French church for this.

The Holy Land occupied by the Saracens and Kharismians.

[1] *depopulata*] depulata, Ch.

[2] His shield of arms reversed is drawn in the margin, gules, 3 pales or.

[3] Eudes de Château Roux.

[4] *impetravit*] om. Ch.; in A. in margin; in text in N.; procuravit, Cl. marg.

[5] Something like *hoc fecisset* must be supplied to make sense.

[6] Henry Raspe, landgrave of Thuringia.

[7] Ch. A. Cl. N. T. repeat *de Christianis*.

[8] *et*] in, T.

Matt. Par. iv. 491. primerentur. Circa idem quoque tempus magister Ricardus, Exoniensis ecclesiæ cancellarius, in episcopum Exoniensem, videlicet kal. Decembris, est[1] consecratus. Et eodem tempore obiit comes Marescallus Walterus[2] Londoniis. Et cito post, scilicet nonas Decembris, obiit Anselmus[2] frater ipsius, elegans et egregiæ indolis adolescens, ipsum comitatum cum marescalcia, qui eum jure hæreditario contingebat, recepturus; unde ante mortem comes appellabatur, et pro comite habebatur. Et sic omnes filii magni Marescalli Willelmi, nescitur quo peccato exigente, juxta comitissæ matris eorum vaticinium, sine liberis post se relictis, quasi umbra ab hoc seculo migraverunt. Omnes tamen successive comites, prout mater prædixerat quasi spiritu prophetico, extiterunt. Et sic nobilis clipeus ille Marescalorum, tot et tantis hostibus Angliæ formidabilis, evanuit, sicut et multi alii in deciduo regno Angliæ, præcipue pro defectu liberorum, multis nobilibus magnaque nobilitate viduato.

A.D. 1245. Richard bishop of Exeter. Deaths of Walter and Anselm Marshal.

Id. iv. 492. All the sons of William Marshal dead.

Interea dominus Papa, quicquid pecuniæ ex omnibus regnis et ecclesiis et personis maxime ecclesiasticis abradere potuit, misit andegravio Duringiæ, ad ejus guerram contra Conradum filium Fretherici sustinendam. Jamque[3] archiepiscopus[4] Coloniæ et alii prælati nobiles et potentes, cum multis Alemanniæ magnatibus, ipsi andegravio memorato, papali pecunia saginati, adhæserunt; ita ut, debilitato jam ipso Conrado, totum fere Alimanniæ regnum ipsi andegravio cœperat inclinare.

Id. iv. 545. The Pope sends money to the landgrave of Thuringia.

Id. iv. 548. The archbishop of Cologne and others join him.

Dominus Papa obmurmurat eo quod Angli conqueruntur de variis oppressionibus suis, precipue autem de tributo, quæritque argumenta ultionis.

Id. iv. 503. Anno gratiæ MCCXLVI°, qui est annus regni regis Henrici tertii XXX., fuit idem rex ad Natale Domini apud West-

Henry III. keeps Christmas at Westminster.

[1] *est consecratus*] om. Ch.; in the margin in A.; in the text in Cl. N.; electus est, T. W.

[2] His shield reversed is in the margin, party per pale, or and vert, a lion rampant gules.

[3] MSS. ins. *ipsi Andegravio.*

[4] Conrad von Hochenstadt.

A.D. 1246. monasterium; ubi convocatis multis regni nobilibus, præcipue fratre suo comite Ricardo, cum uxore sua innumerabilibusque aliis, qui cum ipso rege in partibus Walliæ æstus et pondera werræ cum variis periculis et magnis sumptibus sustinuerant, . . .[1] ut qui in tribulatione consortes erant, participes fierent in exultatione. Ipso[2] tempore Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus, pastor et prælatus, antecessoribus suis, qui ante ipsum in ecclesia Cantuariæ pluribus fulsere virtutibus, multum dissimilis, dedit intelligi domino Papæ, non sine sancti Ædmundi præjudicio et dedecore et aliorum sanctorum prædecessorum suorum, quod prælati, qui ipsum in regimine archiepiscopatus Cantuariensis præcesserant, ipsam ecclesiam, licet opimam, ære alieno et debitis inæstimabilibus irremediabiliter obligarunt. Unde a Papa impetravit litteras nimis execrabiles, quarum summa hæc est: Matt. Par. iv. 503. Matt. Par. iv. 404, 405.

Archbishop Boniface complains to the Pope of the debts on the see of Canterbury.

Extract from the letter of Innocent IV. granting the first fruits of vacant benefices in the province for seven years.

"Damus venerabili fratri nostro Herefordensi episcopo Id. iv. 508.
"nostris litteris in mandatis, ut ipse per septennium et non
"ultra omnium beneficiorum ecclesiasticorum quæ deinceps
"in civitate, diocesi, et provincia Cantuariæ vacabunt, primi
"anni proventus usque ad decem milium marcarum summam, (quæ si ante dictum septennium haberi poterit, nil
"amplius exigatur), necnon duo milia marcarum de ipsius
"archiepiscopi redditibus colligat annuatim et convertat
"fideliter in solutione debitorum ecclesiæ memoratæ. Proviso quod personis servientibus in eisdem beneficiis de
"prædictis redditibus idem episcopus faciat competentem
"portionem[3] pro ipsarum sustentatione, ne ipsa debitis
"defraudentur obsequiis, assignari."

Parliament summoned, 18 March.

Per idem tempus convocati sunt nobiles regni, ut die, Id. iv. 511.
qua cantatur *Lætare Jerusalem*, Londoniis de arduis regni negociis diligenter, prout necessitas urgenter expostulabat, contrectarent. Papa enim indignatione, quam concepit contra regem et omnes regni nobiles, manum suam ad[4] gravamina cotidiana, diversis excogi-

[1] The words "festa natalitia "gaudenter celebrarunt" are carelessly omitted.

[2] *Ipso . . . devastarent* (p. 311)] om. Re.

[3] *portionem*] so A. (marg.) N.; om. Ch.; solutionem, Cl. (marg.).

[4] *ad*] a, Ch.; A. has been altered.

tatis argumentis ad emungendam pecuniam, extendit et cotidie aggravavit. Intumuit enim et excanduit ira papalis contra miseros Anglos, eo quod ausi erant de oppressionibus et injuriis sibi diatim illatis conqueri in concilio. Multiplicabantur autem sine intermissione in regno injuriæ; et in conspectu ejus, videlicet in curia sua, viluerunt Anglici plus quam alii etiam ultimarum nationum. Unde fertur dixisse, "Expedit ut compo- "namus cum principe, id est cum Fretherico, ut con- "teramus illum regulum Angliæ, vassallum nostrum "jam recalcitrantem." Præterea quia dominus rex optinet privilegium ut non veniat legatus in regnum nisi rogatus, misit Papa quosdam sophisticos legatos et transformatos, habentes potestatem magnam in extorquendis redditibus et pecunia, et in omnibus legatis proterviores, licet insignia legatorum non haberent, nunc clericos, nunc fratres Prædicatores, nunc Minores; de quibus fecit Papa suos bedellos et thelonearios, in læsionem et detrimentum ordinis et professionis eorum, qui spontaneam paupertatem et humilitatem Deo vovendo promiserunt. Unde quamplures eorum, sanas habentes conscientias, præcordialiter suspirantes doluerunt, dicentes, "Heu quam cito, invi- "dente diabolo, noster ordo desipit; per mille annos "ordo sancti Benedicti tantum non suscepit decre- "mentum." Misit etiam dominus Papa manum ad ulteriora, ut scilicet bona sine testamento decedentium, non sine principum injuria et jactura, in gremio suæ avaritiæ amplecteretur, etiamsi infirmus, propter imbecillitatem non potens vel volens loqui, pro se relinqueret testatorem; quod in jura et leges dicitur contraire. Præterea, quod est inauditum, David, nepotis ac vassalli domini regis Angliæ, terram sibi injuriose usurpavit, sub gravi tributo possidendam. Et citari fecit dominum regem, ut eidem David satisfacturus super quibusdam, ut dicebat, injuriis sibi ab eodem

A.D. 1246.

Papal extortions in England.

Anger of the Pope at the complaints.

His speech about Henry III.

The pretended legates sent to England.

Matt. Par. iv. 612.

Cf. Id. iv. 511.

Cf. Id. iv. 552.

The Pope claims the property of persons dying intestate.

His usurpation of David's territory.

A.D. 1246. rege illatis responderet, in multorum sannam et sibilum et derisiones. Et cito post memoratus David de medio sublatus,[1] in morte sua paucos pro proditione sua meruit habere lamentatores. Convenerunt [2] igitur, ut præceptum urgebat regium, magnates Angliæ universaliter, ut de prædictis efficax consilium haberent et festinum, prout necessitas non levis nec mediocris postulavit.[2]

Parliament, 18 March.

Medio vero Quadragesimæ, videlicet quando cantatur *Lætare Jerusalem*, ut prælibatum est, edicto regio convocata, convenit ad parlamentum generalissimum totius regni nobilitas, ut de statu regni jam vacillantis efficaciter, prout exigebat urgens necessitas, contrectarent. Angebat enim omnes, tam nobiles quam prælatos, gravamen intolerabile a curia Romana incessanter illatum, quod non poterant sine nota desidiæ et imminente ruina diutius tolerare. Qui eo anxius mentibus sauciabantur, quod Papa, promissionis suæ immemor et potius transgressor, quam Anglis fecit in concilio, gravius quam ante regnum bonis suis spoliabat. In primis igitur aggressus est dominus rex ore proprio episcopos per se, postea comites et barones, deinde vero abbates et priores, videlicet super his pro quibus miserat nuncios suos sollempnes ad concilium Lugdunense, et quasdam indulgentias et litteras papales, quas dicti nuncii reportarunt super moderamine suarum oppressionum, ostendit eis, et qualiter Papa dictis nunciis pro rege et regno multa bona promisit. Sed quia dominus rex post indulgentias memoratas et promissa magis sensit Papam, prout communiter audivit et vere postea didicit, manum aggravare, et quasi per contemptum et irritationem plus solito in regnum protervire, Ecclesiam opprimendo, proposuit eis et ostendit eis manifeste articulos super gravaminibus et oppressionibus Ecclesiæ et regni in scriptis bullatis quæ diligens inquisitor poterit reperire in regio thesauro; et conquestus est graviter toti universitati congregatæ de manifesta Papæ transgressione. Gaudebant autem universi, spe-

Matt. Par. iv. 518.

Breach of his promises by the Pope.

Id. iv. 526.

[1] His shield reversed is in the margin in Ch.; party per fess indented, vert and or, a lion passant sable in chief, three pommes.

[2–2] *Convenerunt . . . postulavit*] om. N.

rantes regis constantiam totum regnum, necnon et Ecclesiam, a papalibus oppressionibus et injuriis potenter liberasse Placuit tandem singulis et universis, ob reverentiam sedis Apostolicæ, scribere domino Papæ, et per sollempnes nuncios supplicare ut intolerabilia gravamina sua iam consueta et jugum subtraheret importabile. A.D. 1246.

Matt. Par. iv. 529.

Id. iv. 518.

Eodem anno conditæ sunt leges cum rigoris incremento super his qui furtive dampna faciunt in alienis parcis et vivariis. Et in illo parlamento fuit concessum et sanccitum, ut vindicta in inventis et convictis quamplurimum, sicut diligens[1] scriptorum super hoc confectorum testantur, plenius[2] poterit certificari. Soluto igitur memorato parlamento, scripserunt statim omnes episcopi per se domino Papæ, et dominus rex per se, abbates et priores per se, comes vero Ricardus et cum ipso omnes nobiles per se, elegantissimas epistolas, tam cardinalibus quam domino Papæ, ut parcerent regno Angliæ, et solita gravamina revocarent, ita ut ferrea corda merito possent emollire. Erant autem gravamina seriatim scripta, quæ cum epistolis sedulus perscrutator poterit reperire.

Laws against those who injure parks and fisheries.

See the letters in Matt. Par. iv. 529–535.

Letters of complaint written from England to the Pope.

Cf. Id. iv. 545.

Eodem[3] anni tempore, Conradus Fretherici filius, contra archiepiscopum Coloniensem et alios Alemanniæ nobiles andegravio et Ecclesiæ firmiter adhærentes, guerram continuans, dum impetum in eos faceret forte repentinum, victus recessit et confusus. Quidam enim potentes Alemaniæ duces, in quibus confidebat, in arcto belli periculo, censu papali corrupti, ipsum Conradum reliquerunt, et adversæ parti faventes, ad ipsius Conradi inimicos nequiter transmigrarunt. Unde ipse Conradus in belli discrimine

Defeat of Conrad.

---

[1] *diligens . . . confectorum*] exerceretur scripta super hæc confecta, T.; exerceretur sicut scripta super hæc confecta, W.; Cl. has *caperetur* in the margin after *convictis*, and interlines *et ea* after *confectorum*. The sense is evident, though all the scribes have blundered.

[2] *plenius poterit certificari*] om. T. W.

[3] *Eodem . . . liberavit* (p. 310)] om. N.

A.D. 1246. periculose constitutus, dum poterat, sese viriliter defendit. Tandem cæde multorum cruentus, vix se per fugam cum paucis a morte liberavit. Eodemque tempore Frethericus aliquantulum ad se reversus, humiliatus est, forte perterritus et insurgentium insultus pertimescens. Optulit igitur domino Papæ suorum excessuum facere satisfactionem competentem. Super quo negotio constituit procuratorem et mediatorem dominum regem Francorum, qui perturbationem imperii et Ecclesiæ miseratus, partes suas pietatis intuitu interponens, provinciam Lugdunensem, ubi tunc dominus Papa cum suis cardinalibus morabatur, adiit, non parcens expensis et laboribus. Sperabat enim certissime quod [1] rancorem papalem mitigaret, et Frethericum tantum principem relevans, ipsum Ecclesiæ reconciliaret. Dominus autem Papa, ob reverentiam et honorem tanti regis, ipsi adventanti usque Cluniacum occurrit. Et cum convenirent, et tractatum super præmissis haberent diligentem, efficaciter fecit dominus rex verba pro ipso Fretherico. Optulit enim [2] idem Frethericus, ut peregre in Sanctam Terram abiret [3] irreditурus, in tota vita sua ibidem Deo militaturus, filio suo pro eo et loco ejus in imperio constituto. Ad quod Papa: "Ha, quotiens "talia ab ipso oblata sunt, nunquam fidem sortita." Et rex: "Nonne, pater mi, scriptum est in evangelio, Quod si "peccaverit frater tuus [4] in te, dimittendum [5] est ei *usque* "*septuagesies* [6] *septies?*" Et [7] Papa: "Fili, induratum "[est] cor ipsius, alter Pharao est; in omnibus se redidit incredibilem." Cum autem nullam gratiam poterat rex Franciæ piissimus in oculis Papæ, quam speraverat, invenire, cum indignatione et ira recessit, eo quod in servo servorum nullam reperit humilitatem. Unde volenti ingredi regnum Franciæ, ut ibidem tutius commoraretur, domino Papæ rex Franciæ introitum denegavit, dicens: "Christi piissimi vicarius "nequaquam Christi sequitur vestigia. Dixit enim

Attempt of Frederick II. to be reconciled with the Pope.

Matt. Par. iv. 522.

Louis IX. intercedes for him.

Interview of Innocent IV. and Louis IX. at Cluny.

Id. iv. 523.

S. Matt. xviii. 22.

Id. iv. 524.

The interview comes to nothing.

[1] *quod*] om. Ch.
[2] *enim*] eidem, N.
[3] *abiret*] iret, N.
[4] *tuus*] tutus, Ch.
[5] *dimittendum*] dimittentum, Ch.
[6] *septuagesies*] septuagies, Ch.
[7] *Et Papa*] om. N.

" Christus: *Omne quod dat mihi Pater, ad Me veniet;* A.D. 1246.
" *et eum qui venit ad Me, non eiciam foras.* Iste S. Joh. vi. 37.
" autem humilianti se sinum non aperuit misericordiæ."
Et sic mala malis accumulabantur.

Matt. Par. iv. 545. Eodemque[1] anno maritata est filia Reimundi comitis Provinciæ junior, cum comitatu Provinciæ, Karolo fratri domini regis Francorum juniori. Emitque idem dominus rex et regno suo addidit comitatum Masconiæ. Et sic felix suscepit incrementum ipsum regnum memoratum. Marriage of Charles of Anjou to Beatrice of Provence. Macon.

Id. iv. 485.

Id. iv. 547. Anno quoque sub eodem amarissimæ recordationis gens Tartarorum, exterminatis multis per eos regionibus Orientalibus, reversa est hostiliter super regem[2] Hungariæ, ut terram ipsius generali exterminio devastarent. The Tartars invade Hungary.

Id. iv. 560. Eodemque tempore, cum nuncii domini regis a curia Romana redissent, responsum durum nimis a Papa reportantes, ita ut nullam haberent efficaciam epistolæ tot et tales ad curiam missæ ex parte regis vel universitatis tam magnatum quam prælatorum, doluit dominus rex et indignatus est vehementer quod ipse et nobiles sui, qui tot bona curiæ Romanæ gratanter totiens contulerant, in sua justa petitione sunt repulsi. Return of the messengers from the Pope.

Fecit igitur dominus rex per universos regni sui comitatus acclamari voce præconia et per civitates et burgos, et per scripta regia denunciari, ut nullus prælatus vel clericus vel alius mandato papali in contribuendis auxiliis pareret aliquatenus. Sperabatur igitur certissime ut rex incepto suo proposito constanter staret, papalibus extorsionibus viriliter, ut cœpit, contradicendo. The king forbids aid to be given to the Pope.

Sed sibilis ambitiosorum clericorum consiliariorum suorum et quorumdam papalium episcoporum, quorum consiliis dominus rex se plus æquo inclinavit, eadem qua concepta fuit enervata est constantia levitate; minas papales adeo pertimescebat et *trepidavit timore, ubi non erat,* quod quæ jam attemptaverat viriliter, muliebriter dereliquit. The king gives way. Ps. xiii. 5.

Et sic totus iste

---

[1] *Eodemque . . . devastarent*] om. N.

[2] Bela IV.

A.D. 1246. apparatus quasi [1] nebula a facie solis evanuit coruscantis. Hæc tamen, licet infructuosa [2] sint, duxi scribenda, ut posteris innotescat vacillantis regni divisio, et Anglorum mobilium [3] corda mutantia, necnon et regis inconstantia muliebris. Et ut pestis mundum concuteret generalis, regnum Francorum consimili vulnere gemuit sauciatum, unde multi nobilium cogitabant contra Papam stando recalcitrare, ut sequens sermo plenius declarabit. Matt. Par. iv. 561.

The kingdom of France also oppressed.

Deaths of the countess of Albemarle and queen Isabella.

Eodem [4] tempore comitissa Albemarliæ, soror comitissæ Wintoniæ, rebus humanis est exempta. Unde magna pars Galeweie comitis Wintoniæ Rogeri cessit dominio.[4] Obiit etiam sub eisdem diebus Ysabella mater domini regis Anglorum, quondam Angliæ regina, diu quoque Marchiæ comitissa. Id. iv. 563.

Severe thunderstorm.

Et [5] dum eodem anno operosa tempora Julii et Autumpni agricolas detinerent, tonitrus cum chorruscationibus incomparabilis et nimis dampnosus,[7] per unum diem et noctem perdurans, totius Angliæ perterruit amplitudinem, cujus fulgur multos hominum peremit et jumenta.[5] Id. iv. 568.

Hayles founded by Richard of Cornwall.

Beaulieu dedicated.

Eisdem temporibus comes Ricardus quandam domum ordinis Cisterciensium, [quæ Hayles vocatur], non procul a Wicumbia, in loco oportuno, juxta votum quod in mari periclitans fecerat, competenter fundavit. Fecitque aliam ecclesiam, videlicet quam pater suus rex Johannes fundaverat, cui nomen Bellus locus, domino rege sic volente et jubente, sollempniter dedicari. Id. iv. 562. MS. N.

Death of John de Neville.

Eodemque anno et eisdem diebus obiit Johannes de Novilla,[8] prothoforestarius Angliæ, non ultimus inter totius Angliæ nobiles annumerandus. Matt. Par. iv. 563.

Et circa eosdem dies episcopus Karleolensis, die Apostolorum Petri et Pauli, mutato habitu,[9] se in ordinem Prædicatorum præcipitavit.[6] Id. iv. 564.

---

[1] *quasi*] quia, Ch. Cl.; A. Re. have been altered.

[2] *infructuosa*] infructosa, Ch. T.

[3] *mobilium*] nobilium, A. N.; om. T.

[4–4] *Eodem . . . dominio*] om. N.

[5–5] *Et . . . jumenta*] om. N.

[6–6] *Et . . . præcipitavit*] om. Re.

[7] *dampnosus*] dampnosi, MSS.

[8] His shield reversed is in the margin in Ch., azure, a cinquefoil or, within a border of the second.

[9] *habitu*] om. MSS. It is written in Ch. in the margin with a style.

From the letter of Frederick II. to Henry III. Matt. Par. iv. 570.

Anno quoque sub eodem, quidam potentissimus de Apulia, nomine Theobaldus[2] Francus, adjunctis quibusdam sibi complicibus, ipsum Frethericum, quem dominus Papa nuper dampnaverat et[3] a culmine dejecerat imperiali,[4] proditiose[5] disposuit interficere. Qui antequam scelus præconceptum posset consummare, Frethericus feliciter per fideles suos præmunitus laqueos evasit insidiantium. Super quo casu scribens domino regi Angliæ et multis aliis orbis principibus asseruit ipsos facinorosos, morti juxta merita sua addictos, confessos fuisse, hoc se, domino Papa procurante et eos animante, ausos fuisse infeliciter attemptasse. Unde non mediocriter fuit fama domini Papæ denigrata. Igitur recesserunt multorum corda a dilectione Papæ, tum propter odium inexorabile quod contra Frethericum obstinate gerebat etiam humiliatum, tum propter manifesta indicia avaritiæ suæ insatiatæ, et in pericu-

A.D. 1246. *De proditione*[1] *Theobaldi.*

The Pope's reputation darkened.

Id. iv. 590. lum animarum filialem, quam singuli adversus eum ferre debuerant, devotionem in maledictiones et odium convertebant.

Id. iv. 580. Assumens igitur dominus Papa ex præteritis audaciam, ut miseros Anglos conculcaret et conculcatos magis ac magis depauperaret, vidensque eos dissipatos et effeminatos, solito imperiosius prælatis Angliæ significavit, ut in Anglia omnes beneficiati, in suis beneficiis residentes, tertiam partem bonorum suorum domino Papæ per triennium conferrent, non residentes dimidiam; multis adjectis duris conditionibus prædictum mandatum restringentibus; ad quod primo exequendum diligenter episcopum constituit Londoniensem. Episcopus igitur cum aliis quibusdam, quos ad hoc negotium exequendum convocarat et exponendum, hoc in propatulo in ecclesia sancti Pauli demonstravit clericis ibidem convocatis, videlicet de hac contributione terribili tractaturus; omnesque audientes in stuporem commovit et dolorem, quia quod a Papa jubebatur, impossibile videbatur et erat. Et ecce supervenerunt

Demand of the Pope from the English prelates.

This discussed in St. Paul's.

---

[1] *proditione*] predicatione, T.
[2] Theobald, podestà of Padua.
[3] *et . . . imperiali*] om. N.
[4] *imperiali*] imperali, Ch. A. Re.
[5] *proditiose*] proditione. A. N.

A.D. 1246. The king forbids the contribution.

ex parte domini regis. non potentis ad hoc amplius dissimulare, dominus Johannes de Lexintona miles. et magister Laurentius de sancto Martino clericus. districte ex parte domini regis prohibentes et universitatis Anglicanæ, ne tam execrabili mandato Papæ aliquo modo consentirent. Quibus talia nunciantibus ipsi libenter paruerunt. Et hæc die sancti Andreæ acta sunt. Scripsit igitur totius Angliæ miserabilis universitas domino Papæ, impossibilia et intolerabilia præcipienti, explanans et recolens solita gravamina corda omnium graviter sauciasse, et adhuc sentire vulnera recentia, videlicet de sex milibus marcarum, quæ magister Martinus domini Papæ clericus nuper extorserat. Et sic ad horam quievit tempestas, cito tamen postea, ut dicetur, rediviva. Matt. Par. iv. 581.

Letters from England to the Pope.

Death of Robert bp. of Salisbury.

Eodem anni tempore obiit [1] piæ memoriæ episcopus Saresbiriensis. magister Robertus [2] de Bingham. in crastino Animarum, vir sine querela, plenus dierum, et virtutibus redimitus. Et eisdem diebus, videlicet xxiii.[3] die Novembris, obiit piæ recordationis abbas Westmonasterii. Ricardus de Berkinge. vir prudens. competenter literatus. et multis moribus decoratus; qui sua strenuitate redditus domus suæ incremento circiter trecentarum marcarum annuarum prudenter ampliaverat, et multarum libertatum munimentis roboraverat; nulli tamen vicinorum suorum molestus et onerosus. Id. iv. 585.

De morte abbatis Westmonasterii Ricardi I.

The Pope in fear of abp. Edmund of Canterbury, because his canonization had been deferred.

His prayer to abp. Edmund.

Diebus itaque sub eisdem [1] dominus Papa vehementer cœpit formidare, ne canonizationem beati Aedmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris, quam diu sibilis obloquentium in dies protraxerat, idem graviter ultione manifesta puniret. Intrans igitur clanculo dominus Papa in oratorium suum, cum consueta passione, videlicet iliaca, calculo meatus urinales opturante, torqueretur: et flexis genibus, obortis lacrimis, junctisque manibus oravit, dicens, "Domine sanctissime, confessor Christi, Id. iv. 586.

[1–1] *obiit . . . . eisdem*] om. A. N. Re.

[2] *Robertus*] om. Ch. A. N. T.W.

[3] *xxiii. die Novembris*] over erasure in Ch.; om. Cl.; kal. Decembris, Matt. Par.

" beate Ædmunde, non irascaris satis, eo quod invidorum A.D. 1246.
" oblocutionibus honorem tibi debitum canonizationis
" tuæ distuli nimis insipienter. Quod enim non adhuc
" impletur, magnifice tibi indubitanter voveo et polliceor
" vita comite, adimplebitur. Fac igitur mecum hanc
"misericordiam, qui tot infirmis auxiliaris, ut me ab He is
" instanti sanes, vel saltem eam mitiges, gravissima cured of his illness
" passione." Quo dicto, statim divinum sensit medicamen. by the
Et exauditum se sentiens, grates rependit, certissime archbishop,
Matt. Par. iv. 586. cogitans honorem sancto solvere repromissum. Dominica igitur proxima[1] ante Natale Domini, qua videlicet cantatur *Gaudete in Domino*, dominus Papa beatum Aedmundum Cantuariensem archiepiscopum, quem Dominus innumeris decoravit miraculis, sanctorum catho- and accomplishes the canonization, logo sollenniter duxit asscribendum. Quo feliciter 16 Dec. canonizato, statim fecit missam celebrari sollempniter, cujus officium ingressivum est *Statuit ei Dominus*, etc. Et quia sanctitas ejusdem confessoris totius est ecclesiæ universalis gloria, maxime tamen Anglicanæ nationis, canonizationis ejus autenticum, ut devotio sancta legentium inde semper recens habeatur in memoria, illud præsenti libello dignum arbitror annotandum.

Canonizationis[2] *autenticum beati Ædmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris sub Innocentio IV. Papa.*

Matt. Par. Additamenta 67, vol. vi. p. 120. " Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili- Bull of
" bus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis Innocent
" abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, IV. canonizing S. Edmund of
" archipresbiteris, et aliis ecclesiarum prælatis, ad quos Canterbury.
" litteræ istæ pervenerint, salutem et Apostolicam benedic-
" tionem.

[1] On this error, see Matt. Par. iv. 586, n[3].

[2] Re. has only the heading and first line of this.

A.D. 1246. Canonization of S. Edmund.

"Novum matris Ecclesiæ gaudium, novi sancti celebritate jocundæ, læti referimus; grande a[1] cælesti collegio de collegæ[2] novi consortio agi festum exultanti animo nuncia- mus. Gaudet quidem Ecclesia se talem ac tantum produxisse filium qui alios et sacræ conversationis exemplo dirigat, et percepto jam beatitudinis præmio firmam spem eis tribuat de salute. Lætatur nimirum se tam clara sobole illustratam, quæ, digno ab omnibus attollenda præconio et devota veneratione colenda, manifeste declarat ad hæreditatis eternæ participium admittendos, qui Ecclesiam ipsam matrem fide ac opere profitentur, et nullos in supernam posse gloriam, nisi per eam, tanquam regni cælorum clavigeram, introire. Gaudet cælestis patria nobilis habitatoris adventu,[3] expertumque colonum fidei suis incolis noviter[4] adunari. Exultant cives cœlibes de celebris aggregatione concivis; de condigno cæli consorte nuper ipsis habito psallant sancti. Exurgite igitur et vos fidei zelatores, et una cum Ecclesia matre vestra lætamini de magnificentia et exaltatione confratris. Affluite gaudio, et spem tutam assumite de condigena terrenorum, facto compatriota cælestium; exultate ingenti lætitia quod novellus vobis apud Deum patronus accrevit, quod adest coram Ipso pro salute vestra placidus intercessor. En siquidem beatus Ædmundus archiepiscopus Cantuariensis, salubriter pensans ad factorem suum facturam affectu dirigi naturali, naturamque collapsam reparatorem debere recognoscere, proprium Creatorem et Redemptorem suum affectuose ac studiose quæsivit. Rectæ namque intentionis lumen bajulans, ad Ipsum perfectorum operum processit gressibus, salutis semitam aliis et splendore vitæ ac doctrinæ claritate demonstrans. Unde horum trium, intentionis puræ, perfecti operis, et recti sermonis dulci concordia, velut delectabili psallens tripudio, tribus hostibus, carne, mundo, demone, virtute perseverantiæ superatis, digne meruit, veræ fidei, securæ spei, et fervidæ caritatis ternario insignitus, summæ Trinitatis arce, trino electorum, virginum scilicet, continentium, et conjugatorum ordine,

Matt. Par. Additam. vi. 120.

---

[1] *grande a*] gaudia, T. W.

[2] *collegæ*] collegi, Ch. A. Cl. N.

[3] *adventu*] adventum, A. Cl. N. T.

[4] *noviter*] noverit, MSS.

Matt. Par. Additam. vi. 121.

" præparata palma victoriæ honorari. Etenim ut de suis A.D. 1246.
" actibus aliquid referamus,[1] licet ipsius vita, quo plenius Canonization of S. Edmund.
" exponitur, eo relatoris gustui plus dulcescat magisque
" delectet animos auditorum, ab annis teneris Dei Filium
" tenere diligens, Eum postmodum tenere corde non desiit;
" quia Ipsum tenellæ mentis tabulæ stilo rectæ considera-
" tionis inscripsit; quinimmo quanto majori profecit ætate,
" tanto pleniori cognitione in amorem Ejus exarsit. Et ne
" fervor spiritus suæ carnis extingueretur ardore, sed mor-
" tificatione potius accenderetur ipsius, assidui eam asperi-
" tate cilicii edomans, ejus libitum arctæ abstinentiæ nexibus
" alligavit; ut non suo ducta voto, sed spiritus voluntate,
" ad licita tute pergeret, et provide ab illicitis declinaret.
" Nam districtis corpus maceravit jejuniis, antiquorum ob-
" servantiæ novorum austeritatem, quæ sibimet ipse idem
" indixerat, superaddens; dum deliciosorum ciborum oblecta-
" tione despecta, refectione contentus humilium, communium
" jejuniorum temporibus a permissis etiam elegit jejunare
" cibariis, et cæteris insuper in ebdomada diebus amplius
" abstinere. Sompni quoque prolixitatem odiens, diuturnis
" vacabat vigiliis; et excusso torpore, orationi sedulo insis-
" tebat. Cubilis enim spreta mollicie, ne requie delicata len-
" tesceret, illam membris indulgebat jacendo quietem, (nec[2] *Nota veritatem licet non . . .*
" discalciatus nec discinctus nec exutus vestibus vel etiam
" cilicio), ut brevi sopore refectus protinus surgeret, seque
" genuflexionibus et orationibus diutius deputaret. Ab initio
" autem viarum suarum sic munde usque in finem incedere
" studuit, quod mundo vitato lubrico, in lutum non defluens
" voluptatis, mundiciæ nitore præfulsit. Quid amplius? Con-
" trivit fragile carnis vasculum, ut in eo thesaurum animæ
" sibi creditum cautius conservaret. Doctor vero præclarus *Nota quod doctor fuit; legit enim in Theologia.*
" ac prædicator eximius, et auditorum mentibus scientiæ
" lumen infudit, et pectoribus fidelium, avulsis vitiorum
" tribulis, semina virtutum injecit; humilitate quippe sul-
" limis, mansuetudine placidus, patientia fortis, benignitate
" affabilis, pietate condolens, misericordia innocens, et
" multiplici elemosinarum irriguo in subventionem affluens

---

[1] *referamus*] om. MSS.

[2] *nec . . . cilicio*] in the margin in Ch., in the hand (I think) of Matthew Paris. It is in the margin (as a note) in the copy in the Additamenta. It is not in A. Cl. N., but is in the text in T. W.

A.D. 1246. Canonization of S. Edmund.

Nota de nomine ejus.

Nota miracula.

Matt. Par. Additam. vi. 123.

" egenorum. Et ut gestorum suorum multitudinem succincta relatione texamus, sic Jesum firma credulitate cognovit, et agnitum sincero corde dilexit, ac dilectum totis votis ambivit, quod, mundo et eis quæ in mundo sunt penitus vilipensis, ad cælestia cunctis studiis inhiavit; satagens se suo nomini actibus coaptare, ut sicut vocabatur Ædmundus, sic se vel a criminum labe mundum, vel e mundo abductum, seu extra mundi amplexus positum, operum testificatione probaret. Unde tanquam spiritualis homo Ædmundus a carnis contagiis in extremis agens, et corpus Christi sibi delatum reverenter adorans, hæc verba omni attentione notanda mira protulisse compunctione aperte monstratur; 'Tu es in Quem credidi, 'Quem prædicavi, Quem docui. Et Tu testis es mihi, 'quia nihil aliud nisi Te, Domine, in terra quæsivi. 'Sicut Tu scis quod nihil volo nisi quod Tu vis; fiat vo-'luntas Tua.' Verum cum vivens Dei ecclesiam præclaris illuminasset meritis, mortuus suæ claritatis radios non subtraxit; sed cum functus hac vita verius viveret quam vixisset, eam postmodum illustravit fulgore luminis plenioris. Non enim voluit Dominus sanctitatem mundo supprimi tanti viri, quin sicut pluralitate innotuerat meritorum, sic miraculorum diversitate pateret; ut qui tota Ipsum devotione coluerat, jam Secum regnans venerabiliter coleretur. Nam cæcis lumen restituit, et, quod est gloriosius, de cujusdam oculis innatæ cæcitatis tenebras, infusi visus perspicuitate, fugavit. Alii cujus linguam natura diutina taciturnitate ligaverat, liberam loquendi tribuit facultatem. Leprosam quandam, squamis lepræ mox decidentibus, subita et mirabili abstersione mundavit; tremula paralitici membra firmavit consolidatione nervorum; contractis artuum extensione subvenit; tumentem ydropisim corporis extenuatione curavit; et quandam senilis ætatis veteri gibbo imis inflexam, restituit, erecta sursum ejus facie, sanitati. His et aliis [1]

[1] In the margin Ch. has *Veritatis mutilatæ additamentum.* Vere aliis, quia triginta mortuorum resuscitator esse dinoscitur apud Pontiniacum, præter alibi mortuos et morti expositos, quos a porta mortis vel ab ipsa morte revocavit, [et præter alios innumerabiles per diversa mundi climata quos vel letaliter vulneratos vel incurabili morbo percussos ad vitam restauravit.] Nec credimus esse sanctum

Matt. Par. Additam. vi. 124.

" quampluribus choruscavit miraculis manifestis, quorum seriem non duximus præsentibus inserendam. Convalescit ex ipsis fides Catholica, Judæorum pertinacia erubescit, confunditur hæreticorum fallacia, et obstupescit ignorantia paganorum. Cantet itaque Cantuariensis ecclesia laudis divinæ canticum, quod inter alias modernis temporibus venerabilibus est decorata patronis; unius quidem rubrica martirio, et confessione alterius candidata. Exultet pleno gaudio fertilis Cantuaria, quod ab ecclesiæ suæ area tam purum granum transmittit ad horrea summi regis. Lætetur et Pontiniacense monasterium, quod talium et tantorum patrum meruit honorari præsentia, dum unus ibidem diu degens illud suæ vitæ moribus nobilitavit, et alter illuc accedens ipsum, reddita cælo anima, sui corporis thesauro ditavit; ut quasi adimpleretur quod ipse gloriosus martir, Thomas videlicet, post longam moram, quam exilii sui tempore in eodem continuavit monasterio, cum ipsis monachis de multa honorificentia caritative sibi ab eis exhibita respondere juxta sui voti plenitudinem non valeret, dixisse asseritur, quod esset sibi aliquis successurus, qui condignam ipsis retributionem rependeret[1] pro eodem. Porro quia quos omnipotens Deus perpetuæ corona gloriæ in cælum magnificat, summæ devotionis studio ab hominibus in terris convenit venerari, ut, quo solempnius fideles sanctorum[2] memoriam agimus,[3] eo dignius eorum patrocinium promerentur, nos de sanctitate vitæ ac veritate miraculorum ejusdem sancti Ædmundi, curiosæ inquisitionis sollempnitate ac districti examinis discussione præmissis, plenariam certitudinem optinentes, ipsum, de communi fratrum nostrorum et prælatorum omnium, tunc apud Apostolicam sedem[4] existentium, consilio et assensu, in dominica[5] de Adventu qua can-

A.D. 1246. Canonization of S. Edmund.

---

in tota cælesti curia cujus miracula et virtutes invidia sola sic denigravit et subticuit. This (except the sentence in brackets) is given in the margin in the copy in the Additamenta of Matt. Par. (v. vol. vi. 124, note [1]). It is in the text in the MSS. exc. Cl.; A. N. begin it *Erat enim triginta mortuorum:* the last word in T. W. is *substituit.*

[1] *rependeret*] responderet, MSS.

[2] MSS. ins. *quorum.*

[3] *agimus*] om. MSS.

[4] *sedem*] om. Ch. Cl. T.; in the margin in A. and in the text in N.; ecclesiam, W.

[5] Third Sunday in Advent.

A.D. 1246. Canonization of S. Edmund.

" tatur *Gaudete in Domino semper*, sanctorum cathalogo ascribendum vel jam ascriptum duximus nunciandum. Ideoque universitatem vestram monemus et exhortamur attente, per Apostolica scripta mandantes, quatinus xvi. kalend. Decembris, cum tunc felix ipsius anima de carnis liberata carcere, ad astra conscendens, aulam cælestem adiverit, Paradisi deliciis fruitura, festum ejusdem devote ac sollempniter celebretis, et faciatis vos fratres, archiepiscopi et episcopi, per vestras civitates et dioceses a Christi fidelibus veneratione congrua celebrari; ut pio ejus interventu et hic ab iminentibus possitis periculis erui, et in futuro salutis præmium consequi sempiternæ. Cæterum ut ad venerabile ejus sepulcrum ferventius et copiosius Christiani populi confluat multitudo, ac celebrius ejusdem sancti agatur sollempnitas, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui cum reverentia illuc in eodem festo annuatim accesserint, ipsius suffragia petituri, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, auctoritate confisi, unum annum et quadraginta dies, accedentibus vero annis singulis ad prædictum sepulchrum infra ejusdem festi octavas quadraginta dies, de injuncta sibi pœnitentia relaxamus. Datum Lugduni, iii. idus Januarii, pontificatus nostri anno quarto." Matt. Par. Additam. vi. 125.

Nota concessam indulgentiam.

Joy through Christendom at the canonization.

Hæc[1] igitur cum per totius Christianitatis latitudinem publicarentur, gaudium inestimabile omnium mentibus fidelium, præcipue tamen Anglorum, quia ipsum sanctum Anglia genuerat et cælo præsentarat, non immerito renovavit. Eodem quoque die, quo videlicet memoratus sanctus Ædmundus canonizatus est, magister Ricardus de Crokesle apud Westmonasterium, ejusdem ecclesiæ archidiaconus, in abbatem Westmonasterii unanimi consensu totius conventus rite electus est; tum[2] quia ipsi officio idoneus ac sufficiens reperiebatur, tum quia domino regi, in cujus manu opus ecclesiæ semirutum, immo totius ecclesiæ status dependebat, erat familiaris et acceptus. Electus est, inquam, die canonizationis Matt. Par. iv. 589.

Eligitur in abbatem Westmonasterii magister Ricardus de Crokesle, archidiaconus ejusdem ecclesiæ.

[1] Re. om. all to the end of the year.

[2] *tum . . . . incrementum*] om. N.

beati Ædmundi, non sine Dei nutu, ut pium arbitror sentiendum, quatinus ambo una die et[1] amator et amatus honoris susciperent multipliciter incrementum. A.D. 1246.

Unde[2] per idem tempus, domino rege impetrante, ampliata est ejusdem abbatis dignitas, ut videlicet pontificaliter per omnia missam celebraret.[2] Erat enim, dum adhuc idem abbas archidiaconatus fungeretur officio, dominus Ricardus memoratus beati Ædmundi devotus amator ac indefessus. Quod quidem electus recolens, non ingratus retributor, quandam capellam juxta septentrionale ostium ecclesiæ suæ ad honorem dicti Ædmundi censuit merito dedicandam. Hic[3] siquidem cito post creationem suam, loco prioris sui Petri,[4] viri sancti ac religiosissimi, qui propter vitæ sanctæ suæ eminentiam in capella hospitum, quam dominus rex condidit, meruit honorabilem sepulturam, dominum Mauricium præcentorem, virum approbatum, in honorem prioratus merito subrogavit.[3] Hujus autem prænotatæ canonizationis gloriosæ veritatem cum dominus rex certius audisset, et de manu fratris Johannis, monachi Pontiniaci, natione Anglici, autenticum bullatum inspexisset et audisset, concepto magno gaudio, præcepit ut, accensis multis cereis, omnes clerici de sua capella, assumptis festivis induviis, missam sollempniter, cujus introitus foret *Gaudeamus etc.*, celebrarent.

Increase of dignity to the abbat of Westminster.

Maurice prior of Westminster.

Solemn mass in the royal chapel on the canonization.

Matt. Par. iv. 587.

Eisdemque diebus, canonici Saresbirienses, ut præcaverent periculo ecclesiæ suæ et domino regi placerent, elegerunt in episcopum et pastorem animarum suarum dominum Willelmum de Eboraco, præpositum Beverlaci, domini regis clericum familiarem et legum terræ peritum; qui sine moræ dispendio, sine alicujus contradictione

William of York elected bishop of Salisbury.

---

[1] MSS. have *honoris* also here, Ch. having omitted to strike it out.

[2–2] *Unde . . celebraret*] in the margin in Ch., as in the C. C. MS. of Matt. Paris. In the text in the other MSS.

[3–3] *Hic . . . subrogavit*] om. N.

[4] *Petri*] over erasure in Ch., where in the margin later is "Nota de sancto priore, qui sepultus est in capella hospitum." This is not in the other MSS.

A.D. 1246. Silvester bp. of Carlisle.

vel impedimento, confirmabatur. Dominus[1] quoque Silvester eodem tempore, qui diu ante non consenserat, forte reputans se indignum et insufficientem in electionem memoratam, videlicet Karlcolensem, consensit humiliter et cum Dei timore; eo dignior, quo se indignum reputavit. Erat domini regis clericus fidelis, carus et familiaris, eidem prudenter in cancellaria primum locum optinendo ministrans. Matt. Par. iv. 587.

Obierunt quidam nobiles de regno Angliæ.

Ejusdem[2] anni in declivum tendente curriculo, præter eos quorum in hoc volumine tangitur mortis memoria, obierunt magnates quidam Angliæ præclari, videlicet Ricardus de Argentomio, miles strenuissimus, qui in Terra Sancta diu Deo fideliter militaverat; in parte vero boreali Henricus de Bailloil, miles; in Hoilandia Lambertus de Muletuna miles; item Ranulphus Brito, canonicus ecclesiæ sancti Pauli Londoniæ, domino regi quondam familiarissimus et, postpositis multis magnatibus, ejusdem consiliarius specialis, qui tamen postea adeo regiam gratiam videbatur amisisse, ut incarceratus ridiculosam fabulam in populo generaret. Cf. Id. iii. 544, 545.

Anni conclusio finalis.

Transiit igitur annus ille Terræ Sanctæ suspectus et formidabilis, Ecclesiæ nocivus universali, adversarius imperio, Romanæ curiæ infamis et inimicus, regnis Francorum et Anglorum exactor hostilis et prædator turbulentus.[3] Id. iv. 589.

Dominus rex apud Wintoniam fuit ad Natale.

Henry III. at Christmas at Winchester.

Anno gratiæ MCCXLVII°, qui est annus regni regis Henrici iii. xxxi., tenuit idem dominus rex curiam suam apud Wintoniam, præsentibus multis regni electis magnatibus; cui, cum illuc adveniret, occurrit episcopus Wintoniæ lætabundus, supplicans attentius ut cum ipso episcopo suo pranderet in crastino Natalis Domini; ut sic pateret omnibus omnes offensas pristinas penitus exufflasse, et ipsum episcopum in præsentia omnium convivarum in pristinas amicitias revocasse. Id. iv. 590.

---

[1] N. om. from here to the end of the year.

[2] A. om. from here to the end of the year.

[3] Lamb. introduces an account of the Blood of Our Lord being carried by the king to Westminster. Matt. Par. iv. 641. See below, p. 343.

Matt. Par. iv. 590.

Eodem tempore, urgente mandato Papali redivivo de importabili contributione prætaxata, ad quam episcopi in generali concilio Lugdunensi clerum infeliciter obligaverant, fecit dominus rex magnates suos, necnon et Angliæ totius archidiaconos, per scripta regia Londoniis convocari. Quo cum pervenissent die præfixo archidiaconi, episcopi omnes sese gratis absentarunt, ne viderentur propriis factis eminus adversari. Sciebant enim corda omnium usque ad animæ amaritudinem non immerito sauciari. A.D. 1247. Council in London on the papal demands.

Cum vero dierum istorum fluenta prolaberentur, tepuit fidelium devotio; et filialis affectus caritatis, quem quilibet Christianus adversus patrem suum spiritualem, videlicet dominum Papam, gerere teneretur, non sine animarum periculo læsus deperiit, et in odium execrabile et occultas maledictiones est conversus. Multi quoque nobiles de regno Francorum contra Papam et Ecclesiam universalem conspirabant, juramento et fidei interpositione confœderati; videlicet, dux Burgundiæ, comes Britanniæ, comes Angolesmi, comes de Sancto Paulo, et multi alii nobiles cum ipsis, ut jam videretur scisma in Ecclesia manifeste subarrari. Cujus conspirationis tenor et modus Gallice conscriptus ad multorum noticiam etiam extra regnum Franciæ, sponte ab ipsis conspiratoribus missus et publicatus pervenit. Erant autem duo scripta, unum Gallice, aliud Latine confecta; unum terribile, aliud terribilius. Quorum unum huic libello, quia *initia dolorum hæc* ut timetur, hic duximus annotandum. Reverence for the Pope diminished. Confederation of French nobles against the Pope and the church. See this in Matt. Par. iv. 591. S. Matt. xxiv. 8.

Id. iv. 592.

" Quia clericorum superstitio, non attendens quod bellicis
" et quorundam sanguine, sub Karolo Magno et aliis, regnum
" Franciæ de errore gentilium ad fidem Catholicam sit con-
" versum, primo quadam humilitate nos seduxit, quasi vulpes
" se nobis opponentes, ex ipsorum castrorum reliquiis, quæ
" a nobis habuerant fundamentum, jurisdictionem secularium
" sic absorbent, ut filii servorum secundum suas leges judi-
" cent liberos et filios liberorum; quamvis secundum
" leges priorum [1] triumphatorum deberent a nobis potius
" judicari, et per novas constitutiones non deberet anteces- Manifesto of French nobles against the clergy.

[1] MSS. ins. leges; it is expuncted in Cl.

A.D. 1247. Manifesto of French nobles against the clergy. S. Matt. xxii. 21.

" sorum nostrorum consuetudinibus derogari; cum nos " deterioris conditionis faciant quam Deus etiam voluit esse " gentiles, cum dixerit, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari et* " *quæ sunt Dei Deo*, nos omnes regni majores attento animo " percipientes quod regnum non per jus scriptum, nec per " clericorum arrogantiam, sed per sudores bellicos fuerit " adquisitum, præsenti decreto omnium juramento statuimus " et sanccimus, ut nullus clericus vel laicus alium de cætero " trahat in causam coram ordinario judice vel delegato, nisi " super hæresi, matrimonio, vel usuris, amissione omnium " bonorum suorum et unius membri mutilatione transgres- " soribus imminente; certis ad hoc a nobis executoribus " deputatis, ut sic jurisdictio nostra resuscitata respiret, et " ipsi hactenus ex nostra depauperatione ditati, quibus Deus " propter eorum superbiam prophanas voluit revelare con- " tentiones, reducantur ad statum Ecclesiæ primitivæ, et in " contemplatione viventes, nobis sicut decet activam vitam [1] " ducentibus, ostendant miracula, quæ dudum a seculo re- " cesserunt." Matt. Par. iv. 593.

Frederick II. supposed to be the author of this.

Hujus autem tenor epistolæ multos [2] exterruit, qui credebant mutuum consensum esse inter Frethericum et Francos, præsertim cum ultima hujus epistolæ [2] clausula concordet epistolæ Fretherici, cujus finalis sententia est hæc: " Semper fuit " intentio nostræ voluntatis clericos cujuscumque ordinis ad " hoc inducere, et maxime maximos; ut tales perseverarent " in fine, quales fuerunt in Ecclesia primitiva, Apostolicam " vitam ducentes, humilitatem Dominicam imitantes. Tales " namque clerici solebant angelos intueri, miraculis chorus- " care, ægros curare, mortuos suscitare, et sanctitate, non " armis, sibi reges et principes subjugare, etc."

Ascendit querimonia totius universitatis ad Papam pro tam crebris illius exactionibus.

Ipso quoque eodem tempore [3] clerus, immo potius totius Anglicanæ Ecclesiæ universitas, querimoniam coram Papa et cardinalibus reposuerunt super oppressionibus et intolerabilibus gravaminibus, quibus frequenter Ecclesia et regnum fatigabatur. Et quia epistola super hoc, domino Papæ missa ex parte universitatis Ecclesiæ Anglicanæ, ex corde omnium prælatorum, angustiato nimis et usque ad amaritudinem spiritus provocato, processit, Cf. Id. iv. 594.

[1] *vitam*] om. MSS.
[2–2] *multos . . epistolæ*] om. N.
[3] *eodem tempore*] anno, A. N.

et ne lugubre scisma subsequatur, non minimum formidatur, ipsam huic libello duximus [1] annectendam. A.D. 1247.

Epistola missa ex parte universitatis Angliæ domino Papæ.

Matt. Par. iv. 595.

Letter of remonstrance to the Pope from the clergy and people of the province of Canterbury.

"Sanctissimo [2] patri in Christo ac domino Innocentio, Dei "providentia summo Pontifici, universitas cleri ac populi "in provincia Cantuariensi constituti, devota pedum oscula "beatorum.

"Cum Anglicana Ecclesia, a tempore commendatæ sibi "fidei Catholicæ, Deo et sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, matri "nostræ, placere studens adhæserit et servierit devote, a "cœptis obsequiis non recessura, per morum incrementa "semper proficiens; sanctitatis vestræ pedibus provoluta sup- "plicat obnixe, quatinus in petitione pecuniæ, quæ diversi- "mode ab ea requiritur in subventionem diversarum nationum, "de mandato sanctitatis vestræ cum gravi cohertione, eidem "pietas vestra parcere dignetur. Importabile est namque "quod mandatur et impossibile propter rerum defectus; "licet enim regio nostra fructus reddat interdum ad ali- "menta gentis suæ deputatos, æris tamen copiam non reddit, "nec reddere per tempora multa posset quanta requiritur "his diebus. Sed et onere simili, licet non tanto, præ- "teritis diebus et ob causas similes prægravata, portare "nequit aliquatenus quod exigitur. Ad mandatum insuper "sanctitatis vestræ tempore præsenti ad opus domini regis "nostri temporalis, cui in necessitatibus deesse non possu- "mus cum honestate nec debemus, exigitur a clero suc- "cursus; ut incursus hostiles, quos avertat Deus, propulsare "possit, et patrimonii sui jura tueri ac recuperare promtius "occupata. Latores igitur præsentium cum supplicatione "nostra ad præsentiam sanctitatis vestræ destinamus, ut "pericula vobis exponant et incommoda, quæ in promptu "sequerentur ex præmissis, et quæ nulla possumus [ratione] "portare, licet simus in omni vinculo caritatis, obedientiæ, "et devotionis vobis obligati. Et [quia] communitas nostra "sigillum non habet, præsentes litteras signo communitatis

[1] *duximus annectendam*] om. Re., having *inserui* in the margin. MSS. have *annectendum*.

[2] Re. om. from here to præsentantes (p. 333).

A.D. 1247. " civitatis Londoniarum vestræ sanctitati mittimus con- Matt. Par. iv. 596.
" signatas."

Et quia impossibile et importabile erat inter cætera gravamina, quod voluit tunc dominus Papa, exigens a quolibet beneficiato residente tertiam redditus sui partem, et a non residente vero dimidiam; adjuncto eo quod vellet sibi bona intestatorum usurpare; ipsis cardinalibus per eosdem nuncios, qui et præscriptam epistolam detulerunt domino Papæ, scriptum est [1] et ex parte universitatis Angliæ significatum sub hac forma:

Item epistola missa cardinalibus pro ipsa causa.

Letter of complaint from England to the cardinals.

" Reverendissimis [2] patribus in Christo et dominis, sacro- Matt. Par.
" sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, devoti sui, etc. iv. 596.
" salutem, reverentiam debitam, et honorem.

" Ad universitatem vestram velut ad bases, ecclesiam Dei
" fulcientes, humiliter supplicantes confugimus, et obnixe
" deposcimus,[3] quatinus pressuras quibus mancipamur at-
" tendere dignantes opem ferre velitis, ut post repetita
" gravamina, quæ Anglicanæ ecclesiæ præteritis diebus oc-
" currerunt, possit respirare, et ex hoc [4] vobis assurgere te-
" neamur ad debitas gratiarum actiones. A tempore namque
" ultimi concilii Lateranensis, primo vicesima triennii in
" subsidium Terræ Sanctæ, postmodum decima in subsidium
" domini Papæ, postmodum præstationibus aliis diversimode
" et ad usus diversos, de mandato sedis Apostolicæ Anglicana
" ecclesia pulsata profudit promta voluntate quæ potuit
" habere ad manus. Regi etiam nostro ac patrono tem-
" porali, ad mandatum sedis Apostolicæ, iteratis vicibus
" secundum vires fecit succursum, et jam per preces vestras
" exigitur succursus iterato ad opus ejusdem domini regis,
" cui in necessitatibus suis deesse non potest nec debet, ut
" hostium incursus repellere posset, et regni sui jura tueri

---

[1] MSS. repeat *cardinalibus*.

[2] *Reverendissimis*] Reverentissimis, Ch.

[3] *deposcimus*] de, Ch.; poscimus is written in the margin with a style; de, A., with precamur in the margin; deprecamur, N., as Matt. Par.; deprecantes, Cl.; om. T. W.

[4] *hoc*] om. MSS. exc. A. (where it is interlined) N.

Matt. Par. iv. 596.

" ac recuperare promtius occupata. Postremo autem, petitur ab eadem ecclesia diebus istis quod portare non potest, rerum penuria denegante quod exigitur; ab his videlicet medietas bonorum, ab aliis tertia, et a reliquis vicesima omnium quæ possident. Pars scilicet in usus Francorum, qui nos et gentem nostram persequuntur, ad conquestum imperii Græcorum; pars in subsidium Terræ Sanctæ, quæ posset, ut mundus clamat, cum minori discrimine rehaberi ab hostibus; pars autem ad usus alios, quos Apostolica sedes ordinaret. Durum quidem videtur nobis et absurdum, ut aliis abundantibus de bonis et laboribus nostris, nos et nostri ac pauperes regionis nostræ, quibus exhibitio propinquior competit, vacui jejunemus. Hostiles etiam insidias et incursus, quos Deus avertat, rex noster et regni [militia] repellere non valeret, nec posset pereuntibus et inopibus subveniri, ære regni et ærario vacuato. Immo etiam si venalia exponerentur omnia quæ clerus habet, non posset apud nos inveniri pecunia quæ exigitur. Sequerentur quidem infortunia multa ex præmissis, si ad ea, quod absit, cogeretur. Pro quibus vobis exponendis præsentium latores nuntios nostros communes ad vestram clementiam destinamus; petentes attente, quatinus propter Deum et honorem sedis Apostolicæ animum domini Papæ et manus vestras ac consilia a gravamine tali revocare velitis; providentes, si placet, ut ad gremium et obedientiam matris Ecclesiæ sic revocetis errantes et dispersos, ne dispergatis et alienos reddatis, prius in caritate et devotione collectos. Et quia communitas nostra sigillum non habet, præsentes litteras signo communitatis Londoniarum vestræ sanctitati mittimus consignatas."

A.D. 1247. Letter of complaint from England to the cardinals.

Nota hic verbum formidabile, videlicet occulta comminatio discessionis ab obedientia Romana.

Consentiunt episcopi Angliæ in contributione undecim milium marcarum Papæ in ejus subsidium.

His autem auditis infremuit curia Romana, et suam doluit avaritiam tam redargui quam refrænari. Timentes quoque Papa et cardinales ne sibi, quod comminatione tali eminebat, ingrueret periculosa confusio, non penitus omittebant gravare regnum et ecclesiam Angliæ, (non enim permittebat hoc paternæ caritatis

Anger of the Roman court at the receipt of these letters.

A.D. 1247. inopia,) sed rigorem memoratum tali moderamine temperarunt, ut ad undecim milium marcarum summam subsidium prius postulatum restrinxerunt. In quod episcopi Angliæ congregati, et super hoc consilium cum deliberatione habentes pro persecutione Romanæ ecclesiæ reprimenda, adhuc licet grave sibi videretur, in prædictam summam pecuniæ domino Papæ contribuendæ consenserunt. In ipso tamen concilio, quod omni caritate fraterna ac civilitate caruit, excluserunt omnes abbates Angliæ exemptos, voracitati Romanæ curiæ periculosius exponendos. Cf. Matt. Par. iv. 623.

The sum demanded reduced and agreed to by the bishops.

The exempt abbats excluded from the council.

De domini Johannis Mansel multiplici promotione.

John Mansel receives the charge of the Great Seal, and is made provost of Beverley.

Et [1] dum istorum tempora volverentur eventuum,[1] dominus Johannes Mansel, ecclesiæ sancti Pauli Londoniarum cancellarius, rege sic jubente et instanter petente, cujus petitio imperiosa est et coartans, sigilli regii custodiam suscepit, cancellarii vices acturus et officium. Collata est insuper memorato Johanni præpositura Beverlaci ab archiepiscopo Eboracensi. Quam [2] licet dominus rex fratri suo uterino, scilicet domino Æthelmaro, doluit non fuisse collatam, tamen quia dictum Johannem in sollicitudinibus suis supportandis invenit fidelem et necessarium, noluit eum dominus rex pati dispendium vel offendi, vel honore sibi collato quomodolibet spoliari.[2] Id. iv. 601.

The Pope sends some of his clerks into England and Ireland to extort money.

Eodemque tempore misit dominus Papa quosdam de suis clericis in Angliam et Hiberniam, cum magna potestate, ut pecuniam extorquerent;[3] nec potuit adhuc, quamvis undique multiplicarentur querelæ, frænum moderaminis suæ adhibere cupiditati. Missus est eodem tempore in Hiberniam magister Johannes Rufus, ad pecuniam ibidem diligenter colligendam magnis armatus potestatibus, quasi legatus, non tamen rubeis vestibus insignitus, ne videretur dominus Papa dominum regem Angliæ offen- Id. iv. 602.

John Rosso sent into Ireland

[1–1] *Et . . . eventuum*] om. N.

[2–2] *Quam . . . spoliari*] om. N.

[3] *extorquerent*] om. Ch.; it is in A. (marg.) N. T. W.; colligeret (sic), Cl. (marg.).

Matt. Par. iv. 602. disse, qui quodam gaudet privilegio, videlicet ut non veniat legatus in terram suam, nisi postulatus. Memoratus igitur Johannes, legatus sophisticus, vigilanter mandato Papali et suæ intendens utilitati, ab Hybernia circiter sex milia marcarum extorsit; quæ per conductum religiosorum in festo sancti Michaelis fecit Londonias transportari. Pro simili quoque causa missus est a domino Papa magister Marinus Londonias. Electus quoque Beetlemita, magister Godefridus, filius præfecti [Romæ], non curans de episcopatu ad quem electus fuit, venit in Angliam, a domino Papa [1] optinens indulgentiam ut quasi episcopus mitratus incederet, et conversans in Anglia redditibus adquisitis incumberet et adquirendis. Scotiam etiam in primo adventu suo impigre perlustravit.

A.D. 1247. with the powers of a legate.

Godfrey, elect of Bethlehem, sent into Scotland.

De terræmotu in Anglia contra consuetudinem terræ illius et naturam.

Id. iv. 603. Anno quoque sub eodem, idus Februarii, factus est in Anglia per diversa loca terræmotus, contra terræ illius consuetudinem et naturam, qui ædificia multa concutiens, dampnosus extitit et terribilis; quia ut credebatur significativus et insolitus his partibus occidentalibus, necnon et innaturalis; cum soliditas Angliæ cavernis terrestribus et profundis careat traconibus ac concavitatibus, in quibus secundum philosofos solet terræmotus generari. Subsecuta est igitur continue aeris intemperies diuturna, squalor ineptus, hiemalis, turbulentus, frigidus, et pluvialis, qui usque ad festum translationis sancti Benedicti perduravit; ita ut tam agricolæ quam hortolani ver in hiemem et æstatis partem potiorem ordine retrogrado conquesti sunt fuisse commutatum; et se spe seminum, plantularum, fructuum, et segetum frustratos vehementer formidabant. Credebaturque status mundialis propter memoratum terræmotum alia mutatione concutiendus, aliquam quoque Anglis perturbationem parturire.

Earthquake in England.

---

[1] *Papa*] om. Ch.

A.D. 1247. *Obiit*[1] *Fulco de Castro Novo.*

Death of Fulk de Castro Novo, who is buried in Westminster Abbey.

In crastino vero Purificationis beatæ Mariæ obiit Londoniis Fulco de Castro Novo, miles eximius domini regis consobrinus; cujus corpus, ob reverentiam consanguinitatis regiæ ac generositatis, fecit dominus rex completis exequiis magnifice in præsentia sua in ecclesia Westmonasterii sepeliri. Matt. Par. iv. 604.

De morte andegravii novi electi in regem Alemanniæ.

Death of Henry Raspe, landgrave of Thuringia.

Tempore quoque sub eodem, ne terræmotus supra memoratus minaci careret significatione, andegravius, quem dominus Papa in imperium promovere desideravit, et in promotione cujus infinitum thesaurum undique exortum inaniter effuderat, turpiter victus, viam universæ carnis ingressus, infamis et exosus, curiam Romanam confusam reddidit ac verecundam. Et sic fœda relinquens vestigia, tam regnum Alemanniæ quam imperium salutavit. Id. iv. 610.

Mittuntur legati per diversas mundi partes in gravamen Fretherici.

Legates sent by the Pope to Germany, Italy, Spain, and Norway against Frederick and Conrad.

Hoc autem cum audisset dominus Papa, tactus dolore cordis intrinsecus, cardinales legatos sollempnes per diversa mundi climata plenitudine potestatis sibi concessæ transmittit armatos, ut ipsum Frethericum et filium ejus Conradum, qui ipsum andegravium usque ad ignominiosam mortem infatigabiliter persequebantur, pro posse gravarent, et thesaurum ad expugnationem eorum[2] a viris ecclesiasticis, maxime religiosis, abradere non cessarent. Destinavit igitur dominus Papa unum, Octavianum[3] nomine, in Alemanniam, alium in Ytaliam, alium in Hispaniam, Id. iv. 612.

---

[1] This chapter is omitted in A. N.

[2] *eorum a*] coram, A. N.

[3] *O. nomine*] in the margin in Ch. in Paris's hand; in the text in the other MSS.

Matt. Par. iv. 612. alium vero, Sabinensem[1] episcopum, in Norwegiam, de quo plenius infra[2] dicetur; et præter hos, multos fratres ordinis Prædicatorum et ordinis Minorum, magna potestate roboratos, ut universum mundum commoverent contra memoratos ecclesiæ Romanæ rebelles et hostiles. A.D. 1247.

Frethericus fecit omnes Calabres, Appulos, et Siculos facere homagium Henrico[3] filio suo puero.

Id. iv. 613. Dum vero horum temporum curricula revolverentur, suspectæ memoriæ Frethericus, quem imperatorem nominare vel dicere prohibemur, fecit omnes Calabres, Appulos, et Siculos facere homagium dilectissimo filio suo Henrico, quem de gremio sibi carissimæ imperatricis Ysabellæ, sororis videlicet domini regis Angliæ, susceperat, ad imperii robur et munimen. Audiens quoque idem Frethericus quod in diversas partes legati a domino Papa ad læsionem famæ suæ et status mitterentur, scripsit Ensio regi Sardaniæ, filio suo naturali, ut diligenter Januensibus, domini Papæ consanguineis et amicis, et legato[4] suo ad illas partes destinato efficaces pararet laqueos cum insidiis; quod et ipse vigilanter adimplevit, ne patri videretur inobediens. Similiter quoque significavit Conrado regi Alemanniæ, ut et ipse legato[5] in Germanniæ provincias transmisso et archiepiscopo Coloniensi et omnibus eis auxilium, consilium, aut etiam favorem impendentibus, potenter prudenterque resisteret, et clitellas thesauro, quem a viris ecclesiasticis abstulerant, vacuaret. Similique modo omnibus amicis verba transmisit consolatoria et admonitoria; quæ multi eorum toto conamine festino effectui mancipare studuerunt. Hæc cum domino innotuissent Papæ ac cardinalibus, commota est curia non mediocriter. Papa vero iram iræ et odium odio sto-

Homage sworn to Henry, son of Frederick II.

Frederick orders Enzio to lay snares for the Pope's relations.

Cf. Id. iv. 634.

Conrad ordered to oppose the legate and the abp. of Cologne.

[1] *S. episcopum*] in the margin in Ch. in Paris's hand; om. T.; in the text in the other MSS. This is William, formerly bp. of Modena.

[2] *infra*] supra, MSS.

[3] *Henrico*] Henrio, Ch.

[4] Ottaviano Ubaldini, bp. of Bologna.

[5] Peter, cardinal deacon of S. Giorgio in Velabro; v. Liebermann, Mon. German. Hist. xxviii. p. 291, n[10].

A.D. 1247. Excommunication of Frederick II.

machatus coacervans, ipsum Frethericum die Parasceues adeo sollempniter ac horribiliter excommunicavit, ut audientibus et videntibus non tantum timorem, sed etiam horrorem incussit vehementem. Matt. Par. iv. 613.

De adventu fratris Johannis Anglici, ministri Provincialis, in [Anglia].

Papal exactions by John, provincial minister of the Franciscans in Provence.

Diebus quoque sub eisdem venit quidam frater de ordine Minorum, nomine Johannes, in Angliam, natione Anglicus, missus a domino Papa, multiplici armatus potestate, ut ad opus domini Papæ, a viris ecclesiasticis et maxime ab abbatibus exemptis colligeret[1] pecuniam diligenter. Et quia dominus rex privilegium dinoscitur habere ut non veniat legatus in Angliam nisi vocatus, missi sunt jam tales legati, sophistice transformati. Accepit igitur, quia propter honestatem sic oportuit, procurationes satis opimas, teste domino decano[2] sancti Pauli, qui viginti solidos pro procuratione eis liberaliter exhibuit. Et quia legati vice fungebatur, eques incessit. Et, quibus favit, pepercit; et ad voluntatem suam exemptis imposuit in contributione conditionem. Episcopi autem exemptos multipliciter vexaverunt, et argumentose pecuniam undique extorserunt ab eisdem, quia privilegiati et eorum privilegia semper sunt eis exosa, et quasi spina in oculo, licet tales literæ repugnarent manifeste. Matt. Par. iv. 617,599.

Literæ universitatis cleri domino Papæ.

Letter of the English bishops to P. Innocent IV., complaining of exactions.

" Sanctissimo, etc. Transmissus ad venerabiles in Christo
" patres, Cantuariæ et Eboraci archiepiscopos, ac eorum
" suffraganeos vir religiosus ac discretus, frater Johannes,
" minister ordinis fratrum Minorum Provinciæ, vestræ
" nuncius sanctitatis, quasdam nobis de credentia [litteras]
" habitas detulit Apostolicas, eadem auctoritate ore tenus in- Matt. Par. Additamenta 73, vi. 144.

[1] *colligeret*] colligerent, MSS. | [2] Henry of Cornhill.

Matt. Par. Additam. vi. 144.

" jungendo, ut tam pro nobis quam pro nostris subditis A.D. 1247.
" viris ecclesiasticis litteras obligatorias super summa certa
" pecuniæ pro subsidio sedis Apostolicæ singuli faceremus.
" Nos autem super hoc tractatu habito[1] diligenti, pariter
" attendentes quod si talia contigerit aggredi, ipsis subditis
" inconsultis, tumultum magnum facerent, nos reputantes
" forsitan proditores eorundem et sic ad rebellionem potius
" provocarentur et scandalum quam ad promotionem memo-
" rati negotii, ut processum ipsius annuere absque consilio
" et voluntate potuimus eorundem; verumtamen affectantes
" vobis reverenter vestrisque[2] mandatis, sicut decet et pos-
" sumus, et sicut decet[3] Apostolicis obedire, pacique et tran- *Nota hoc seminarium et causam fuisse suspicionis de consensu hujus contributionis.*
" quillitati cleri et regni prospicere, in hoc commune con-
" silium[4] resedit habita deliberatione, ut videlicet ad præfatum
" subsidium, exemptis et tribus clericis exceptis, undecim
" milium marcarum quantitas, tam a dictis archiepiscopis
" quam eorum suffraganeis et subditis universaliter
" tribuatur. Ad quod quidem dictos subditos pro nostris
" viribus inducemus. Quod si forte, quod absit, ad hoc
" inducere non possimus singuli, nostrum pars suam dabunt
" pecuniæ quantitatem, prout varie se extendet possibilitas
" facultatum. Sane cum in exceptione exemptorum et *Quorum nomina subticentur ne post mortem exosi male dicantur tanquam publici proditores.*
" trium clericorum, in tanti subsidii quantitate, clerus noster
" non modicum gravabitur, timemus quod si quis in posterum
" a subsidio supranominato excipiatur, clerus memoratus ad
" consentiendum minime perducatur. Vale."

Oritur murmur in clero et regno et querimonia.

Ex his et consimilibus insolitis gravaminibus ortum est murmur in clero et populo, ita ut quicquid contulerunt, inviti in imprecationibus, et, ut potius verum non supprimatur, cum maledictionibus contribuerunt; rememorantes[5] et domino Papæ cum præcordiali querimonia gravamina et oppressiones importabiles præsentantes.[5] Complaints in England.

[1] *habito*] habita, Ch. Cl.; A. has been altered; Cl. ins. deliberatione.
[2] *vestrisque*] om. Ch. Cl. T. W.; A. N. om. *vobis*.
[3] *decet*] om. Cl.
[4] *consilium*] consulium, Ch.; consultum, Cl.; concilium, A. N.
[5–5] *rememorantes . . . . præsentantes*] om. N.

A.D. 1247.

Nota gravamina Ecclesiæ Anglicanæ.

Grievances of the church of England.

Gravatur intolerabiliter Ecclesia Anglicana in provisionibus infinitis, in decima omnium bonorum, in festinato auxilio, in pecunia pro militibus exacta, in subsidio per Ottonem legatum multipliciter extorto, in præstatione sex milium marcarum, in vicesima triennii, in subsidio imperii Romaniæ, in subsidio modo gratis concesso, in subsidiis ex parte domini regis et archiepiscopi Cantuariensis petitis. Omnia quidem hæc importalia et amaro spiritu portata, et affectu et effectu devotionis carentia. Et ideo omnia inaniter profusa et, ut brevibus concludatur, amissa. Matt. Par. Additamenta, vi. p. 145.

Qualiter responsum est eidem fratri Johanni apud sanctum Albanum et apud Westmonasterium.

Exactions of John, the Provence Franciscan, at St. Alban's.

Cum[1] autem venisset prædictus frater Johannes apud sanctum Albanum, exegit irremediabiliter ab abbate multum diversis partibus gravato quadringentas marcas, in subsidium domini Papæ. Et cum per omnia inexorabilis et inflexibilis esset, nihil penitus remittere volens de dicta exactione, abbas memoratus, solus inter omnes exemptos, ad præsentiam domini Papæ appellavit de tam intolerabilis exactionis gravamine, malens[2] judicium subire papale et gravamen, quam alicujus fratris Minoris arbitrio prægravari. Et dum quidam de fratribus se ad iter præpararet, ille Johannes frater statim domino Papæ nunciavit quod solus abbas sancti Albani inter omnes exemptos, non curans papalibus mandatis obtemperare, appellavit. Unde frater ille, quem abbas ad curiam destinavit, invenit dominum Papam nimis exasperatum et commotum contra abbatem et ejusdem nuncium. Sed postquam dominus Papa, aliquantulum mitigatus, placidam aurem narrationi ipsius nuncii accommodasset, gravamina domus sancti Albani et super hoc importabilem exactionem fratris Johannis seriatim exposuisset, Matt. Par. iv. 617. Id. iv. 620. Id. iv. 621.

Appeal of the abbat.

Anger of the Pope at first; but afterwards he diminishes the required payment.

[1] This and the two next chapters om. Re.

[2] *malens . . . gravamen*] in the margin in Ch. It is in the text in the other MSS.

et rigorem miseratus temperavit, et de prætaxata pecunia magnam minoravit portionem. Frater autem sæpedictus Johannes cum ad Westmonasterium pro eadem causa advenisset, videlicet pecuniam ad opus Papæ exacturus, responsum est ei statim in faciem, quod dominus[1] rex, pro arduis negotiis statum totius regni contingentibus, miserat dominum abbatem Westmonasterii et dominum Johannem Mansel, tanquam speciales consiliarios suos, in partes Alemanniæ,[1] unde prior et conventus nullo modo sine capite eorum ipsi fratri quomodolibet super aliqua exactione, sicut nec justum erat, responderent. Cum autem ipse frater Johannes audisset, quod prudenter et circumspecte, necnon et audacter, et quasi munimine regio septi, respondissent, tum propter Dei tum propter domini regis timorem et reverentiam, ad horam siluit retrocedens.

A.D. 1247. Envoys sent by Henry III. to Germany.

Matt. Par. iv. 623.

Nota illius fratris legati transformati potestatem.

Id. iv. 618. Eodemque tempore, ad majorem Anglorum depressionem et gravamen, aucta est ejusdem fratris Johannis potestas et etiam aggravata; et magis ac magis a Papa stimulatus ut vigilanter memoratæ pecuniæ intenderet colligendæ et exigeret ampliora, his litteris:

Increased powers given to John.

Autenticum papæ.

Id. "Innocentius, etc. Intellectis his quæ tuis litteris inti-
"masti, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatinus si
"pars prælatorum ecclesiasticorum regni Angliæ super
"exhibendo ecclesiæ subsidio, per te auctoritate nostra
"petito, respondit, exemptos et alios, ut majorem etiam
"quam petieris ab eisdem assignent, quibus volueris pro
"subsidio memorato infra terminum competentem pecuniæ
"quantitatem, per censuram ecclesiasticam appellatione re-

The letter on this.

[1–1] *dominus . . . . Alemanniæ*] om. N.

A.D. 1247. *Nota enervationem privilegiorum et indulgentiarum sanctorum patrum antiquorum.*

" mota compescendo ; quocunque privilegio seu indulgentia " qualibet non obstante, licet præsentes expressam de ipsis " non faciant mentionem." Datum Lugduni, etc. Si quis priores potestates eidem fratri concessas videre desiderat, ad exemplaria,[1] quæ apud sanctum Albanum sunt, recurrat. Matt. Par. iv. 619.

De convocatione omnium nobilium Angliæ ad magnum parlamentum.

Parliament summoned to Oxford, April 7.

Per idem tempus, dominus rex comperiens regnum suum enormiter undique periclitari, jussit omnem totius regni nobilitatem convocari, ut de statu ipsius tam manifeste periclitantis Oxoniæ, die qua cantatur *Quasi modo geniti*, diligenter contractarent. Prælatos autem maxime ad hoc parlamentum vocavit arctius, quia videbat eos tam frequenter per papales extorsiones depauperari, quod frequentia consuetudinem et regni ruinam manifeste minabatur. Sperabatur igitur communiter aliquid salubre Ecclesiæ et universitati ibidem statuendum ; quod tamen omnes fefellit, sicut sermo sequens declarabit. Id. iv. 622.

Conrado rege Alemanniæ cassato, eligitur Willelmus comes Holandiæ in regem Alemanniæ.

William, count of Holland, elected king of Germany.

Eisdemque[2] diebus dominus Papa, infinita pecunia promissa nobilibus Alemanniæ ad dejectionem Fretherici et filii ejus Conradi regis Alemanniæ, procuravit diligenter, ut cassato ac reprobato Conrado Fretherici filio, rege Alemanniæ, loco illius eligeretur et substitueretur Willelmus comes Holondiæ, archiepiscopo Coloniensi amicitia indissolubili confœderatus, episcopo[3] autem Leodiensi consobrinus, nepos quoque ducis Braibantiæ, et multis Aliemanniæ magnatibus sanguine, affinitate, vel amicitia conjunctus ; adolescens ætate, viribus integer, et secundum id ætatis, militia illustris, moribus compositus, consilio circumspectus. Quod cum Fretherico ac filio suo Conrado innotuisset, missa expeditione militari non minima ad civitatem Aquisgrani, ubi de consuetudine antiqua co- Id. iv. 624. Id. iv. 654.

His coronation at Aachen hindered.

Cf. Id. iv. 653, v. 17.

[1] v. Additam. vi. 119, 120.

[2] This and the next three chapters om. Re.

[3] Henry of Gueldres.

ronantur[1] reges Alemanniæ, fecit eam arctissime communiri, ne novus electus quomodolibet in ipsam intraret coronandus. A.D. 1247.

Obsidetur Aquisgrani.

Cf. Matt. Par. v. 17, 26, 27.

Archiepiscopus[2] igitur Coloniæ et[3] archiepiscopus[4] Maguntiæ et episcopus[5] Leodiensis, cum catervis legati cruce signatis et aliis Alemanniæ magnatibus, ipsam civitatem circumvallantes obsidione, non cessarunt petrariarum et jaculorum immissione vigilanter et potenter infestare, et obsessis omne genus victualium præcludere. Siege of Aachen by the abp. of Cologne and others.

Applicant quidam advenæ, ut ditentur.

Id. iv. 625.

Ipso quoque tempore applicuerunt in Anglia vacui et esurientes, æri alieno patulis rictibus inhiantes, quidam magnates advenæ et longinqui, videlicet Baldewinus, dictus imperator Constantinopolitanus, cum quibusdam aliis suis fautoribus a Græcorum finibus violenter expulsus. Qui paucis annis ante elapsis, omnibus sacris reliquiis, quas in Græcia habere poterat, venditis, et undecunque mutuo accepta pecunia, imperium Romaniæ, quasi suum vendicans, potenter non sine multis sumptibus invaserat. Et consumpto non minimo thesauro inhoneste adquisito, victus, pauper, profugus, et omnibus bonis spoliatus et extorris, inde fugit et inglorius; licet ipsum dominus Papa fovere incepisset, et contra Vastagium,[6] generum Fretherici, bella moventem acerrima, missa ei pecuniæ quantitate non minima, efficacissime juvisset. Egere igitur cœpit dictus Baldewinus, et paucis ante annis, quando pro simili causa in Angliam advenerat, expertus[7] domini regis Angliæ liberalitatem, nedum dicam Baldwin, emperor of Constantinople, comes to England for aid.

[1] *coronantur*] corantur, Ch.

[2] Conrad of Hochenstadt.

[3] *et . . . . . Leodiensis*] in the margin in Ch. in Paris's hand; in the text in the other MSS.

[4] Siegfrid III.

[5] Henry of Gueldres.

[6] John III. (Ducas Vatatzes) emperor of Nicæa.

[7] *expertus*] expertam. MSS.

A.D. 1247. prodigalitatem, iterum venit, ab eodem, quem sibi finxerat consanguineum, juvamen pecuniare petiturus; unde rediit clitellis refertis desideratis esterlingis. Et sic, multipliciter spoliatis Egyptiis, Ebræi ditabantur. Matt. Par. iv. 626.

Applicat episcopus Sabinensis cardinalis in Anglia.

Arrival of William cardinal bishop of Sabina on his way to Norway.

Applicuit quoque tempore sub eodem episcopus Sabinensis, Romanæ ecclesiæ cardinalis, iturus in partes Boreales legatus, videlicet Norwegiam et Suesciam, et præcipue ut regem Norwagiæ Haconem in regem inungeret et[1] sollempniter[2] consecraret.[3] Transitum autem fecit de Dovera usque ad Lennam, de licentia domini regis, ut ibidem ventum prosperum, navigaturus versus dictas regiones, præstolaretur. Intrans quoque navem jussit in ea levari et ornari unum altare, et missam a quodam fratre Prædicatore, quod nunquam antea videbant qui præsentes erant, celebrari.

Applicant fratres domini regis uterini.

The king's uterine brothers and sister land in England.

Applicuerunt etiam tunc temporis tres fratres domini regis uterini in Anglia in eodem portu, scilicet apud Doveram, Guido de Lizinnun, miles, et Willelmus de Valentia, non adhuc miles factus, et Ælmarus clericus, ex mandato domini regis vocati; et præter hos Ælesia soror eorum, videlicet soror ejusdem domini regis uterina, puella nondum maritata; ut[4] de Angliæ, relicta Pictavia, quam Franci cœperunt conculcare et incolas proditores cachinnando appellare, divitiis et deliciis uberrime ditati saginarentur.[4] Quibus adventantibus rex occurrit lætabundus, et fraternos[5] ruens in amplexus et oscula multiplicata, promisit eisdem honores et possessiones amplissimas, et promissiones suas sine moræ dispendio, uberius quam promisit, fideliter adimplevit, sicut sermo subsequens plenius auditoribus dilucidabit.[5] Id. iv. 627.

---

[1] *et*] om. N. W.
[2] *sollempniter*] om. N.
[3] *consecraret*] om. MSS. exc. Cl.
[4–4] *ut . . saginarentur*] om. N.
[5–5] *fraternos . . . . dilucidabit*] eos honoribus et possessionibus amplissimis ditavit, N.

Maritatæ sunt quædam puellæ quibusdam nobilibus Angliæ adolescentibus. A.D. 1247.

Matt. Par. iv. 628.

Anno[1] quoque sub eodem, in initio mensis Maii, domino rege propter hoc apud Wudestoc specialiter, videlicet a festo sancti Vitalis usque in crastinum Apostolorum Philippi et Jacobi, commorante, maritatæ sunt duæ puellæ ultramarinæ, de partibus Sabaudiæ vel Provinciæ oriundæ, per providentiam et procurationem Petri de Sabaudia, qui propter eos illuc perrexerat, Ædmundo comiti Lincolniæ et Ricardo de Burgo, adolescentulis nobilibus, quos dominus rex in palatio suo per aliquot annos educaverat, et moribus instrui fecerat eleganter. De quo maritagio, quia ignotæ et alienigenæ naturalibus regni et indigenis, ignobiles, ut dicebatur, nobilibus, deformes formosis et etiam invitis matrimonialiter copulabantur, murmur et indignatio non minima inter nobiles regni personuit ventilata, timentes non mediocriter ne rex intenderet nobilitatem Angliæ notha permixtione cogere diatim degenerare.

The king at Woodstock from April 28 to May 2.

Two English nobles married to Provençals.

Desponsatur Johanna filia Warini de Muntcheinsil.

Id.

Diebus[2] quoque sub eisdem, idus videlicet Augusti, maritata est Johanna filia Warini de Muntcheinsil Willelmo de Valentia, fratri domini regis uterino; hoc volente et diligenter ac argumentose procurante domini regis consilio, propter opulentissimam hæreditatem ipsam Johannam contingentem et expectantem, ratione genitricis.

Marriage of William of Valence and Joanna de Munchensi.

Willelmus Longaspata et multi alii nobi[les cruci signantur].

Id. iv. 629.

Eodem quoque anno episcopus Wigorniæ Walterus, comes Legrecestriæ Simon, Willelmus Longaspata et multi alii nobiles de regno Angliæ, exemplo domini regis Francorum

Walter bp. of Worcester, Simon de Montfort,

[1] This and the next two chapters om. Re.

[2] This and the next chapter om. N.

A.D. 1247. William Longespée, and others take the Cross.

et magnatum de regno ejus animati, circa tempora Rogationum crucem assumpserunt; ut in Terra Sancta, Christi vestigia adorantes et pro ejus optinenda hæreditate viriliter dimicantes, suorum peccaminum veniam consequerentur. Matt. Par. iv. 629.

Transfertur[1] *beatus Ædmundus confessor.*

Translation of S. Edmund at Pontigny.

Ejusdem anni sub curriculo translatus est beatus Ædmundus Cantuariensis archiepiscopus et confessor apud Pontiniacum, in ecclesia conventuali monachorum Cisterciensis ordinis sollempniter, in Christianissimi regis Franciæ[2] Lodowici et innumerabilium magnatum, tam prælatorum quam aliorum, præsentia. De cujus sanctitate cum constaret omnibus certissime cum integer inveniretur, inter omnes sui sexus eminentissima assistebat obsequiis illi, prout potuit et decuit, domina Blanchia mater domini regis Franciæ, quæ faciens vigiliam cum jejunio et oratione et lumine non minimo, orando devotissime, replicavit dicens: "Domine pater, sanctissime confessor "Ædmunde, qui mihi supplicanti benedixisti[3] et filiis "meis, quando vivus exulans per me indignam vestri "gratia transitum fecisti in Francia, peto, confirma quod "initialiter operatus es in nobis, et confirma regnum "Franciæ in soliditate pacifica et triumphali, cujus libertas "est ab antiquo omni exulanti et persecutionem "patienti et prælato maxime sinum pandere pietatis, "protectionis, et asili. Hoc recolat sanctitas tua non "ingrata, tibi hæc et tuo Thomæ fecisse profugo et "egenti." Id. iv. 631.

Prayer of Q. Blanche.

Ejusdem materiæ prosecutio.

Appearance of the body of S. Edmund.

Die vero crastina, videlicet vii. idus Junii, quo translatum est corpus beatissimi episcopi et confessoris Wlstani, Id.

[1] *Transfertur*] Transfretatur, A.

[2] Re. om. the rest of this chapter.

[3] *benedixisti*] benedixi, Ch. A.; Cl. is altered.

Matt. Par. iv. 631. amici gloriosi regis et confessoris Ædwardi, apud Wigorniam, quod factum arbitror divino nutu, translatum est apud Pontiniacum corpus beati Ædmundi archipræsulis et confessoris, annis sane revolutis. Sciendum quoque est, immo toti mundo prædicandum, quod corpus totum ejusdem sancti Ædmundi integrum inventum est et incorruptum et odoriferum, et, quod mirabilius est in mortuo, cum omnibus membris flexibile, sicut solet esse in dormiente; naso tantum passo injuriam, qui lamina nimis demissa compressus est, non tamen consumptus; capilli ejus et vestimentum inviolatum colore et substantia. Et ex tunc provisum est hoc primitus, benignissimo domino rege Francorum procurante, quod concessa fuit licentia Anglis liberius omnibus alterius nationis corpus ipsum adire, et videndo et orando venerari.[1] A.D. 1247.

De alteratione monetæ secundum sui formam.

Id. iv. 632. Temporibus[2] sub eisdem, moneta esterlingorum propter sui materiam desiderabilem detestabili circumcisione cœpit deteriorari et corrumpi per illos falsarios monetarum, quos tonsores appellamus; adeo ut vix interiori circulo nummi parcendo, limbum literatum totaliter asportarent. Cum igitur cœpisset supra modum numisma vitiari, cœpit domini regis consilium de remedio tractatum habere diligentem, ut videlicet moneta in forma vel materia salubriter mutaretur. Visum quoque est multis discretis et circumspectis, quod utilius foret materiam mutare quam formam alterare, cum ratione materiæ, non formæ, talem incurrisset moneta mutilationem. Cui rationi Francorum numisma et multorum aliorum principum perhibet testimonium et exemplum. The English coinage very much mutilated.

De extorsione pecuniæ per archiepiscopum Cantuariæ.

Id. iv. 636. Temporibus quoque sub eisdem Bonefacius Cantuariensis archiepiscopus episcopos Cantuariensis provinciæ suspendit auctoritate Apostolica, qui consentire noluerunt novæ et inauditæ contributioni quam per gratiam domini Papæ impetraverat, videlicet fructus ecclesiarum vacantium per tri- Archbp. Boniface suspends the bishops of his province for not sub-

[1] *venerari*] adorari, N. | [2] Re. omits this chapter.

A.D. 1247. ennium anno primo, ad liberationem debitorum quibus, ut asserebat, ipsam suam ecclesiam Cantuariæ prædecessores sui cum gravissima usura irremedialiter obligarunt. Quod non sine injuria beati Ædmundi et aliorum sanctorum archiepiscoporum, qui nequaquam dilapidatores vel prodigi fuerunt, constat esse confictum. Episcopi vero nullius fulti munimine, contra papalem auctoritatem non valentes nec volentes recalcitrare, licet inviti, tandem cum summa mentis amaritudine, ut absolvi mererentur, consenserunt. Matt. Par. iv. 636.

Iterum [1] per decanum Belvacensem, hujus negotii executorem, mandatum Apostolicum acceperunt, quod a domino Papa excommunicantur et excommunicati denuncientur per provinciam Cantuariæ omnes obloquentes omnesque detrahentes fraudemve facientes in negotio prænotato, ex gratia Papæ dicto archiepiscopo feliciter concesso, vel aliquam etiam diminutionem, exceptis tantummodo domino rege et uxore sua domina regina et eorum liberis et nobili viro Ricardo comite Cornubiæ.[1]

Nota in exceptione adulationem, unde orta est suspicio de mutuo consensu.

Quomodo Frethericus quasdam Ytalicæ civitates in motis guerris infestavit, e quibus Parma obsidetur.

Cum [2] vero sol ad æquinoctium vergeret autumpnale, Frethericus cisalpinans versus Lugdunum, ubi dominus Papa morabatur, cum innumerabili exercitu properabat. Unde vehementer timebatur ne in papalem personam et cardinales et alias personas ecclesiasticas hostiliter irrueret, cum prudenter procurante domino Papa, qui Parmenses animaverat et non minimam pecuniam in eorum juvamen eis promiserat, ipsa civitas tota Parmensis, quæ antea firmiter cum ipso Fretherico steterat, præparavit se constanter ad resistendum eidem, Mediolanensibus et aliis, qui eundem Frethericum oderant, subito confœderata. Quo audito, idem Frethericus præ furore vix se capiens, totus accenditur ira vehementi, eo quod a proposito per rebelles revocabatur. Reversus est igitur cum omni exercitu suo, ut ipsos Parmenses, obsidione vallatos et violenter occupatos, gravissima tanquam nequissimos proditores plecteret ultione. Papa Id. iv. 637.

They give way and are absolved.

Siege of Parma by Frederick II.

[1–1] *Iterum . . . Cornubiæ*] om. Re.

[2] Re. om. this chapter.

Matt. Par. iv. 637. igitur a timore vehementissimo quo perurgebatur aliquantulum respiravit. Obsessa igitur civitate terribiliter, cœpit ædificare extra eam quasi quandam civitatem grandem et populosam, ut et ipsi Parmæ parificari videretur, et vocavit castrorum ipsorum constructionem Victoriam; juravitque se non inde recessurum donec obsessos violenter ac viriliter occuparet. Cœperunt igitur cives nimis coartari, et dicere inter se, "Merito hæc patimur, dominum nostrum "in nos confidentem proditiose nimis impugnantes. Puni-"mur etiam, nec immerito; iminetque civitas nostra discri-"mini, in qua quondam sanctus ille episcopus Londoniensis "Rogerus, quem Dominus jam, ut dicitur, manifestis "honorat miraculis, dum versus curiam Romanam pere-"grinaret, viatico suo et aliis caris sibi rebus ac neces-"sariis truculenter et sine aliqua restitutione spoliatus "recessit, unde in recessu suo civitati huic cum suis "civibus maledixit."

A.D. 1247. Victoria built.

Nota de miseria Parmensium ex imprecatione et maledictione Rogeri episcopi Londoniensis qui ibidem pecunia sua spoliabatur.

Willelmus comes Holandiæ electus est in regem Alemanniæ.

Id. iv. 639. Sub illius anni profluvio, in crastino videlicet sancti Michaelis, magnates Alemanniæ, ad quos jus spectat electionis, pro majori parte elegerunt sibi in regem Alemanniæ Willelmum comitem Holondiæ; hoc procurantibus cum summa diligentia domino Papa et archiepiscopo Coloniensi et legato[1] et aliis emulis Fretherici.

William count of Holland elected king of Germany.

De sanguine Christi apud Westmonasterium allato.

Id. iv. 640. Circa illos dies sanguis Christi, qui in Terra Sancta habebatur thesaurus preciosissimus, datus et missus est domino regi Anglorum per quemdam fratrem Hospitalis;[2] qui cum eodem thesauro litteras detulit testimoniales de ipsius thesauri certitudine, omni acceptione dignissimas, a domino patriarcha[3] Jerosolimitano, et a magistris[4] militiæ Templi et Hospitalis, qui omnes unanimi voluntate et promta devotione domino regi ipsum thesaurum donantes contulerunt et præsentarunt; et ipse speciali domui suæ, ecclesiæ sancti Petri

A portion of our Lord's Blood sent to Henry III. from the Holy Land.

The king presents it to Westminster.

[1] See above, p. 331 n[5].

[2] *Hospitalis*] Templarium, Matt. Par.

[3] Robert.

[4] William de Sounac and William de Château-neuf.

A.D. 1247. Westmonasterii, die scilicet translationis sancti Ædwardi, ipsum dedit ex sui sibi innata regia magnificentia ac liberalitate. Impetravit quoque ab episcopis, qui tunc præsentes extiterant, eadem die, indulgentiam sex annorum et centum et sexdecim dierum omnibus tam sanctas reliquias venerantibus et præsentialiter adeuntibus. Eademque die dominus rex Willelmum de Valentia fratrem suum uterinum. cum quamplurimis aliis tironibus. balteo cinxit militari.

Nota indulgentiam. Matt. Par. iv. 643.

Willelmus de Valentia fit novus miles. Id. iv. 644.

Dominus Silvester, domini regis clericus, in Karleolensem episcopum consecratur.

Silvester consecrated bp. of Carlisle. Eodem[1] tempore dominus Silvester, regis clericus, vir quidem modestus et discretus, et consuetudinum curialium, quæ in cancellaria regia exercentur, peritissimus, die[2] sanctæ Agathæ in episcopum Karleolensem consecratur. Id. iv. 645.

Simon de Montfort and Richard of Cornwall return. Die vero sancti Ædwardi venit comes Legrecestriæ de partibus transmarinis. Die vero Apostolorum Simonis et Judæ rediit comes Ricardus de eisdem partibus, qui ob regia negotia et ardua, sed arcana, illuc destinabatur.

Magister Thomas eligitur in episcopum Menevensem.

Thomas Wallensis bishop of St. David's. Diebus[3] itaque sub eisdem, magister Thomas, cognomento Walensis, Lincolniensis ecclesiæ archidiaconus, electus est in episcopum Menevensem. Id. iv. 647.

Inungitur et coronatur in regem princeps Norwagiæ.

Coronation of Hacon king of Norway, 29 July. Die vero sanctorum Felicis, Simplicis, Faustinæ, et Beatricis, qui est dies sancti Olavi regis et martiris, inunctus et coronatus est in regem princeps Norwagiæ Haco, vir quidem prudens et circumspectus et eleganter literatus. Id. iv. 650.

---

[1] This chapter om. N. Re.

[2] See on this error Matt.Par. iv. p. 645, note [1].

[3] This chapter om. A. N. Re.

De obitu comitis de Ferrariis. A.D. 1247.

Matt. Par. iv. 654. Obierunt[1] autem eodem anno, die beatæ Katerinæ, Willelmus comes de Ferrariis, vir bonus, et plenus dierum; et cito post, uxor ejus comitissa M.[2] Obierunt quoque eodem anno alii nobiles, Ricardus de Burgo et Willelmus filius Hamonis. Deaths of William E. of Ferrers, Richard de Burgh, William Fitz-Hamon.

Annalis conclusio.

Id. iv. 655. Transiit igitur annus ille, uberrimus in frugibus, sterilis in fructibus, Angliæ deprædativus, Terræ Sanctæ inimicus, Ecclesiæ spoliator, Ytaliæ cruentus, imperio suspectus, Alemanniæ martius, Walliæ conculcator, et toti mundo turbulentus. Character of the year.

Dominus rex fuit Wintoniæ.

Id. v. 1. Anno gratiæ MCCXLVIII°, qui est annus regni domini Henrici regis tertii xxxii., fuit dominus rex ad Natale Domini Wintoniæ, ubi dies Natalitios, comitantibus multis magnatibus, magnifice celebravit. In crastino autem, videlicet die sancti Stephani, prandebat cum ipsius civitatis Henry III. keeps Christmas at Winchester.

Id. v. 2. episcopo Willelmo. Eodem[3] tempore Ricardus Suard, de quo multa prædicta sunt, morbo percussus est paralitico. Richard Siward struck with paralysis.

Venit Beatrix mater reginæ in Angliam.

Id. Eodem quoque tempore Beatrix mater reginæ venit in Angliam, dominum regem et filias suas visitatura, comitante Thoma de Sabaudia, quondam comite Flandriæ. Beatrice countess of Provence comes to England.

[1] This chapter om. A. N. Re.

[2] sic MSS., following the MSS. of Paris; see the note [4] on Paris, iv. 654. Her name was Agnes. W. has Marg'. *i.e.* Margaret de Quinci, second wife of the *next* E. of Ferrers.

[3] *Eodem . . . paralitico*] om. A. N.; Re. om. the whole chapter after the first clause.

A.D. 1248. *Obiit episcopus Bathoniæ Robertus.*[1]

Death of [Roger] bishop of Bath.

Tempore quoque sub eodem, videlicet circa festum sancti Hilarii, obiit episcopus Bathoniensis Robertus.[1] Matt. Par. v. 3.

De generali parlamento habito Londoniis in octavis Purificationis.

Parliament in London.

Sub illius autem anni initiali[2] curriculo, in octavis videlicet Purificationis, edicto regio convocata est totius Angliæ nobilitas, ut de regni negociis nimis perturbati et depauperati diligenter contractarent apud Westmonasterium. Advenerunt igitur illuc, excepta baronum et militum, necnon et abbatum et priorum et clericorum multitudine copiosa, novem episcopi cum totidem comitibus. Et cum postulasset dominus rex auxilium pecuniare, indignati sunt magnates vehementer; præsertim quia quando in ultima tali exactione, cui nobiles Angliæ vix consenserunt, confecit cartam suam quod amplius eis talem non faceret injuriam et gravamen. Reprehensus est insuper super indiscreta alienigenarum vocatione, quibus omnia bona regni in sui depauperationem prodigaliter distribuit et dispersit; nobiles quoque regni sui ignotis ignobilibusque maritavit, multotiens consensu mutuo, qui solet debitum matrimonium complere, irrequisito. Culpatus est insuper, quod quicquid in esculentis, potibus, et robis expendit, rapit violenter, sine pacatione prompta vel indilata. Redargutus est insuper quod episcopatus et abbatias et etiam gardas vacantes immisericorditer depauperat, contra juramentum suum, quod est primum et præcipuum in coronatione sua. Calumpniatur itaque graviter, eo quod sicut magnifici patres et prædecessores sui, scilicet reges Angliæ, habuerunt, justiciarium nec cancellarium habet nec thesaurarium per commune consilium regni, prout deceret et expediret; sed tales qui suam qualemcunque, dummodo sibi ipsis quæstuosam, sequuntur voluntatem; nec qui reipublicæ, sed singularem quærunt promotionem.

The king asks for pecuniary aid. Id. v. 6.

Complaints of his acts. Id. v. 7.

---

[1] *Robertus*] sic MSS. for Rogerus, as also the C.C. MS. of Paris. This chapter om. A. N. Re.

[2] *initiali*] initialis, MSS.

Promissio domini regis de his corrigendis. A.D. 1248.

Matt. Par. v. 7. Hæc cum audisset dominus rex, confusus erubuit, et erubescens doluit, se in tot Deum et homines offendisse. Promisit igitur humiliter, certissime se hæc omnia gratanter emendaturum. Et cum demissiori vultu et precibus crebrioribus adhuc inclinare attemptasset voluntati suæ, videlicet de auxilio pecuniari sibi concedendo, non adquievit universitas, multotiens sic delusa; sed unanimi consensu responderunt: "Emendationem sitienter desi- "deramus, expectabimus adhuc patienter; et prout se geret "dominus noster rex et se habebit versus nos, et nos eidem "secundum sua merita respondebimus." Posita sunt igitur omnia hæc in respectum usque ad quindenam nativitatis sancti Johannis Baptistæ; infra[1] quem terminum sperabant magnates regem emollire, et cor suum salubribus consiliis inclinari. Et hoc salubriter factum esset, ut dicitur, nisi suorum consiliorum, qui formidabant suum exinde expirare dominium, sibilis enervaretur.

He promises amendment.

The question of the aid deferred.

De confusione Fretherici et liberatione Parmæ.

Id. v. 13. Fortuna igitur mundanis eventibus dum sic illuderet, Parmenses, qui miserabili obsidione undique opprimerentur, concione facta, sese Deo et beato Rogero episcopo Lundoniæ, quem enormiter, ut dictum est, offenderant, feliciter humiliaverunt. Una igitur dierum cives audientes, quod obsessor eorum et oppressor continuus et protervus, Frethericus, propter quippiam negocii sese absentaverat, relinquens Thadeo, judici sui palatii, custodiam exercitus sui et thesauri imperialis, et aliis suis principibus in obsidione commorantibus, cives igitur, invocato de supernis auxilio, in exercitum Fretherici audacter exeuntes, repentinum impetum facientes, ad votum triumpharunt.

Defeat of Frederick's army before Parma.

[1] *infra*] imfra, Ch.

A.D. 1248. Cujus[1] rei series hæc epistola scire volentibus plenius dilucidabit.

Literæ super præmissis.

Letter of the podestà and people of Parma to the podestà and people of Milan, giving an account of the victory.

"Strenuis et prudentibus viris, domino Bonefacio de Salis potestati, militibus, et populo Mediolanensi, Philippus vicedominus, potestas, milites, et populus Parmensis, salutem cum gloria et honore. Matt. Par. Additamenta 74, vi. 146.

"Laudes retribuimus Deo Patri, Filioque Suo Domino nostro Jesu Christo, et Spiritui Sancto, trino Deo et uni Majestati, et Virgini gloriosæ, quæ non propter nostrorum exigentiam meritorum, sed propter suam clementissimam pietatem, civitatem nostram protegit, defendit, visitat, et gubernat; sicut manifeste conspicimus in victoria triumphali, quam die Martis, duodecimo Februarii exeuntis, contulit nobis Deus Suæ genitricis interventu. Quamvis enim mille quingenti de nostris ivissent inter Colnirium[2] et Bersillum,[3] et præterea duæ portæ in integrum, et ille sæviens draco, qui per tantum temporis obsederat terram nostram, nos omnino crederet deglutire, jam extra sua mœnia cunctis militum et peditum suorum agminibus ordinatis et suis fidelibus commissis, et ipso parum remoto; nos, invocato Dei auxilio et Virginis gloriosæ, cernentes quod potens est Deus deponere superbos et humiles exaltare, protinus eximus contra ipsos, populus et milites universi, nequaquam vestigia nostra retardantes, quoad hucusque dimicantes junximus nos cum eisdem, præcedente vexillo cum forma Virginis preciosæ, cujus regebamur semita et ducatu. Et quamvis duriter a principio restitissent, nos tamen invalescentes durius in eosdem confregimus, et prostravimus omnes ipsos, et contrivimus universos. Et cum hoc audisset impius Frethericus, et cogitaret suis succurrere, formidavit nobis occurrere. Et descendens per subterfugia tanquam latro, dimisit suos et spolia sua prorsus universa. Ex quibus tria milia cepimus et plures. Cepimus quoque carrochium Cremonensium; cepimus etiam mœnia quæ fecerat et omnia castra sua, et habemus omnia sua quæ habuerat.

Confusio non minima.

[1] *Cujus . . . nostris* (p. 349)] om. Re.

[2] Colorno.

[3] Brescello.

Matt. Par. Additam. vi. 147.

"Interfecimus quoque Thadeum judicem suum, cubicularios et camerarios suos, nostros quoque bannizatos; de suis militibus et populo interfecimus ultra mille quingentos, præter subversos equorum pedibus et ruina, quos præ multitudine describere non potuimus; alios autem de suis fugavimus usquequaque. Tandem in civitatem regressi, cum Dei laudibus et honore, nostræ disposuimus negotia civitatis, confidentes in Illo Qui est vera salus omnium. Contritis enim amodo brachiis impiorum, amodo nos et nostri pace perpetua potiemur. Et hoc vobis ad gaudium intimamus, magnificentiam vestram deposcentes, quatinus omnes universaliter in nostrum auxilium, mora sublata qualibet, cum carrochio vestro accedatis. Quoniam cum Deus aperuerit nobis viam, procedere volumus per eam festinanter, ut recuperemus Burgum [1] sancti Dominici et Bersillum et alias terras nostras; capientes navigium insuper Cremonensium, et inimicos nostros et vestros, deleamus eos de libro viventium. Tollite moras omnes, viri prudentissimi, ut constantes; quia post Deum et beatam Virginem, triumphi nostri vos auctores et participes reputamus. Et sciatis quod combusta terra maledicti Frethe-rici, habemus omnes quos de nostris et Placentinis in vinculis detinebat. Valete.[2] Nunciate hæc amicis nostris et vestris; ut gaudium nostrum, quod est plenum, omnibus pateat amicis nostris." A.D. 1248. *Nota de morte Thadei optimi rhetoris.*

De reformatione monetæ.

Matt. Par. v. 15.

Diebus quoque sub eisdem, moneta Angliæ per detestabiles tonsores et falsarios adeo intolerabiliter est corrupta, sicut prætactum est, quod eam nec indigenæ nec etiam alienigenæ oculo recto vel illæso corde poterant amplius intueri. Provisum est igitur, ut non alterato legali pondere vel literata suprascriptione, crucis brachia in altera parte denarii usque ad limbum ejus duplicia extenderentur, ut quadrafariam dividi posset competenter, hoc modo.[3] Corruption of the English coinage.

[1] Borgo san Donino.

[2] *Valete . . . nostris*] om. A. N.

[3] This is drawn in Ch. see Matt. Paris, v. 18.

A.D. 1248. *Obiit Walterus Mauclerc quondam episcopus Karleolensis.*

Death of Walter, bp. of Carlisle.

Anno[1] quoque sub eodem, Walterus cognomento Mauclerc, quondam episcopus Karleolensis, sed iminentibus diebus decrepitæ senectutis, assumpto habitu fratrum Prædicatorum, ut pauper moreretur,[2] debita naturæ laudabiliter persolvit. Rationis enim trutina sanæ ponderabat, quod potius per dominum regem quam morum et scientiæ considerationem in episcopatum His career. seculariter et irreligiose in apicem promotus est pontificalem. Hic[3] est ille, quem frequenter fortuna sublevavit, ut fortius allideret; qui se consiliis regalibus arduis, quæ minime valuit vel voluit adimplere, incaute commiscuit; qui matrimonia domino regi reprobanda, nunc in Pontivio,[4] nunc in Scotiæ partibus, inconsultius procuravit.[3] Hujus quoque consilio, postquam ad ordinem se contulit Prædicatorum, procuratum est, ut novum et inauditum privilegium in eorum ordine a domino Papa, forte pecunia interveniente, extorqueretur. Matt. Par. v. 16.

De novo privilegio fratrum Prædicatorum.

New privilege granted to the Dominicans.

Eodem anno fratres Prædicatores impetrarunt a domino Papa privilegium, ne liceat[5] alicui fratrum ab eorum ordine ad alium transmigrare, licet constet ordinem sancti Benedicti arctiorem esse et excellentiorem, et tempore et auctore majoris reverentiæ et dignitatis, quam regulam sancti Augustini, cui fratres Prædicatores subiciuntur, ipsam profitentes. Nec alicui etiam liceat abbati vel priori aliquem talem fratrem suscipere, cum tamen ipsi transfugas[6] monachos suscipere dinoscantur. Quod videtur esse dissonum rationi, cum non liceat a rigidiori ad Id. iv. 625.

---

[1] Re. om. to the end of the year.

[2] *moreretur*] moretur, Ch.

[3–3] *Hic . . . . procuravit*] om. A. N.

[4] v. Matt. Par. iii. 206, 327, 328.

[5] *liceat*] licet, Ch.; liceret, A. (altered) N.

[6] *transfugas*] transfugos, MSS.

Matt. Par. iv. 625.

remissiorem descendendo[1] transmigrare, necnon et huic præcepto naturali, prout recitat sanctus Benedictus,[2] *Quod tibi non vis fieri, alii ne facias.* Cum autem multi moribus, scientia, et genere pollentes, et possessionibus amplis habundantes ad eorum ordinem a seculo convolarent, nec postea talem formam religionis, qualem se invenisse sperabant, repererunt, sed pro claustro totius regionis circumjacentis latitudinem, præsertim cum in principio regulæ suæ reprobet sanctus memoratus Benedictus illud genus monachorum quod Girivagum dicitur, cœperunt dolere et pœnitere quod ad talem ordinem pertransirent, et subterfugia caute quærere satagebant; unde cæteri se dolentes derelinqui, qui inter eos majores esse censebantur, remedium procurarunt memoratum. A.D. 1248. Tobit, iv. 16. *Causa subjungitur.*

Episcopus[3] autem sæpedictus, ne cognominis[4] sui sinistra significatio infaustum effectum consequeretur, Prædicatorum habitu præmunitus, fine laudabili meruit feliciter terminari.[3] Obierunt[5] quoque eodem anno duo fratres de eodem ordine, quibus majores non erant, immo nec pares, ut creditur, in finibus Christianorum, in eruditione scientiæ, præcipue theologiæ, videlicet frater et magister Robertus cognomento Bacun, et Ricardus de Fishakele; qui egregie plurimis annis in eadem facultate clero legerunt, atque populo prædicarunt. Id. v. 16. *Nota de obitu fratrum Roberti Bacun et Ricardi de Fishakele optimorum clericorum.*

De obitu duorum nominatissimorum clericorum.

Id. v. 41.

Sub eodem quoque annali curriculo obiit magister Simon de Langetona, frater præclaræ memoriæ Stephani Cantuariensis archiepiscopi, ejusdemque ecclesiæ archidiaconus, qui fratrissare negligens, si ecclesiæ suæ persecutor et perturbator extitisset, non est mirandum; quinimmo regna Francorum et Anglorum et eorundem regnorum corda et status non mediocriter commovit et dampnose perturbavit, sicut suo loco plenius enodatur. Death of Simon Langton, archdeacon of Canterbury.

---

[1] *descendendo*] descendo, Ch.; cescendo, Cl.

[2] S. Benedict's rule, cap. lxi.

[3–3] *Episcopus . . . . terminari*] om. N.

[4] Mauclerc.

[5] *Obierunt . . . . generalem* (p. 352)] om. A. N.

A.D. 1248. Death of John Blund, chancellor of York, and elect of Canterbury.

Eodem insuper anno obiit magister Johannes Blundus Eboracensis ecclesiæ cancellarius, inter theologos qui nulli quandoque secundus habebatur, qui, cum scientia et moribus imineret eminenter, eligebatur quondam in archiepiscopum Cantuariensem, sed per memoratum magistrum Simonem, quietis nescium, cassatus est et immerito reprobatus; perturbator igitur et perturbatus ad turbas simul perrexerunt defunctorum. Matt. Par. v. 41.

De eclipsi lunæ.

Lunar eclipse.

Eodemque anno kalendas Junii, luna statim post solis occasum passa est eclipsim fere generalem. Id. v. 20.

De iteratione magni parlamenti in quindena nativitatis sancti Johannis Baptistæ.

Parliament in London.

Adveniente autem quindena nativitatis sancti Johannis Baptistæ, convenit Londoniis totius Angliæ ferme nobilitas, credens firmiter ex certa domini regis promissione, ut, mutata [1] pristina voluntate et consilio, naturalium suorum se consiliis inclinaret, cum ab ipso responsio taliter derivatur: Id.

Speech of the king.

" Non videtur mihi quod vestrum sit
" mihi imponere conditionem, dum quod licet unicuique
" vestrum, mihi denegastis. Porro licet cuilibet cujus-
" libet et quolibet uti consilio. Cæterum licet cuilibet patri-
" familias quemcunque de domo sua illi vel illi officio
" postponere, præponere, vel deponere, elemosinas erogare,
" mutuo quidlibet accipere, et suo vel cujus vult
" arbitrio gubernari, quod utique domino ac regi vestro
" temere præsumitis denegare. Quinimmo domini ac
" principis nutu potius habent dirigi et voluntate ordinari
" quicunque censentur inferiores. *Non est servus supra*
S. Matt. x. 24. " *dominum, sicut nec discipulus supra magistrum.* Qua-
" propter nec justiciarium, nec cancellarium, nec thesau-
" rarium vel substituam prout exigitis, vel si substi-
" tuerentur, amoverem." Et cum respondentes asserebant

[1] *mutata*] mutato, Ch. Cl. W.

magnates se nihil [velle], nisi promotionem regiam et publicam et superfluitatem indiscretam in elemosinarum profusione et cereorum accensione nimia[1] castigasse, nequaquam exaudiebantur. Luce igitur clarius videbant hæc ab eorum consilio emanasse, quorum si universitas exaudiretur, dominium exufflaretur; responderunt igitur se nullo modo velle amplius depauperari, ut bonis eorum inutiliter distributis, alieni superbiant saginati. Soluto igitur non sine indignatione concilio, unusquisque ad propria spe fraudatus remeavit. Cum igitur necesse haberet dominus rex thesaurum habere, quia in brevi missurus in Wasconiam erat militarem expeditionem contra Gastonem, filium comitissæ Biarde, ingratissimum proditorem qui domini regis terras vastavit, misit sigillatim preces efficacissimas viris religiosis, ut eidem thesauris destituto manum porrigerent largitatis, tempore oportuno gratam vicissitudinem reportaturi. Quod ipsi animo libenti, licet undique gravati, adimplere propensius satagebant,[2] unde et si de aliis taceamus, ab uno solo abbate, videlicet Ramesie, centum libras reportavit. Præcepit insuper vasa et utensilia et jocalia thesauri sui regii vendi pro pondere, non habito respectu ad aurum quo fulgebant argentea, vel ad opus licet artificiosum et laboriosum, et quamvis "materiam superasset opus."

A.D. 1248.

Matt. Par. v. 21.

Refusal of the aid demanded.

His expedition against Gaston de Béarn.

Cf. Id. v. 51.

His plate sold.

Id. v. 22.

Ov. Met. ii. 5.

Rex Francorum transfretat peregrinus.

Id.

Equinoctio autem autumpnali temperiem gratam ministrante, dominus rex Francorum, accepta sollempniter apud sanctum Dionisium et alia sacra loca ac solempnia in regno suo licentia,[3] et voto firmato, iter arripuit Jerosolimitanum; et per Lugdunum, ubi Papa morabatur, transitum faciens, ipsum humiliter ac devote salutans obnoxius deprecabatur, ut salvo in omnibus honore ecclesiastico, Fretherico, jam bene humiliato et veniam postulanti, gratiam concederet reconciliationis, et Christi in hoc, Cujus vicarius esse

Louis IX. starts on his crusade.

He endeavours at Lyons to make peace between the

[1] *nimia*] nima, Ch.
[2] *satagebant*] satagebebant, Ch.
[3] *licentia*] om. MSS.

A.D. 1248. Pope and emperor. dinoscitur in terris, vestigia sequeretur, et paternæ pietatis sinum panderet pœnitenti, saltem ut pateret via tutior peregrinanti; ad quod cum cerneret dominum Papam vultum contradictionis protendentem, dominus rex tristis recessit, dicens: "Timeo ne cum recessero, parentur regno "meo propter inexorabilem tui duriciam in proximo "hostiles insidiæ; tibi imputetur si Terræ Sanctæ nego- "cium, quod absit, impediatur; veruntamen Franciam non "permittas infestari, immo ut pupillam[1] oculi procures "custodiri, ut a qua status totius dependet Christiani- "tatis." Ne igitur penitus perturbatus rex recederet, provisum est ut ad dominum regem Angliæ nuncius mitteretur specialis ac sollempnis, prohibens eum ne aliquid de pertinenciis regno Francorum quomodolibet impeteret hostiliter aut infestaret; ad quod[2] destinati sunt incontinenti magister[3] Albertus, domini Papæ notarius, et magister Paulus ejusdem domini Papæ familiaris, qui ad dominum regem Angliæ venerunt apud Windeleshore in festo Exaltationis sanctæ crucis. Dominus autem rex Franciæ, facta domino Papæ morosa confessione, et optenta omnium peccatorum remissione, cum benedictione recedens a curia Romana, versus Marsiliam lora direxit et vexilla. Et cum Avinioni appropinquaret, cives ex antiquo odio favillas adhuc accensas reservantes, ipsi regi, paratis insidiis, quæ poterant nocumenta machinabantur. Similiter, nacta occasione parva, cives Marsiliæ et conpatriotæ impedimenti repagula eidem maliciose procurabant; rex autem, vix sedato tumultu, ad mare progressus, in crastino sancti Bartholomæi, assumptis secum non omnibus qui eum sequebantur sed præelectis, navem ascendit, versus Ciprum vela dirigens sinuosa, ut in ea, veluti fertili et temperata, quietius hiemaret. Matt. Par. v. 22.

Mittuntur in Angliam magistri Albertus et socius ejus Paulus.

He sails to Cyprus, Aug. 28.

Capitur civitas Aquisgrani, et coronatur in regem Alemanniæ Willelmus comes Holandiæ.

Et dum brumalis frigiditas algenti mundo durius imineret, artabantur obsessi in civitate Aquisgrani vehemen- Matt. Par. v. 25.

---

[1] *pupillam*] pipullam, Ch.
[2] *quod*] quem, W.
[3] *magister*] magistri, MSS. exc. N.

Matt. Par. v. 25. ter; denegabatur enim illis undique exitus et introitus, et omnium collatio victualium, solaque eos sustentabat umbratilis Conradi consolatio. Cogebantur enim necessario se qualiquali conditione hostibus mancipare, et eorum arbitrio pertractari. Civitatem igitur jam captam victores læti ingrediuntur, et Willelmus comes Holandiæ in regem Alemanniæ per manum Conradi archiepiscopi Coloniensis die Omnium Sanctorum solempniter coronatur. A.D. 1248. Surrender of Aachen, and coronation of William of Holland.

Id. v. 27. Conrado ad succursum obsessorum properanti quidam magnates Alemanniæ, filii Ecclesiæ, potenter restiterunt, unde ille victus recessit et confusus. *Conrado resistitur.*

Sibilla nobilis civitas Hispaniæ capta est.

Id. v. 25. Eodemque anno in æstate capta est nobilis civitas Hispaniæ Sibilla a victoriosissimo rege Castellæ Andefulso, non sine multorum Christianorum admiratione dicentium, "Quid sibi vult istud? Plus adquisivit iste solus "rex ad opus et honorem ecclesiæ Christi quam "dominus Papa et[1] omnes sui cruce signati, a quibus "infinitam abradit pecuniam, omnesque Templarii et "Hospitalarii, qui innumerabiles undique a Christiani-"tate vindemiant redditus et thesauros." Et admiratæ sunt turbæ dicentes, "*O altitudo divitiarum,*" etc. Capture of Seville by [Ferdinand III.]. Rom. xi. 33.

Norwicensis episcopus pro ignotis causis transfretat.

Id. v. 35. Post[2] festum autem sancti Michaelis, Walterus de Bifeld[3] episcopus Norwicensis transfretavit; de quo transitu idem episcopus multos in Anglia suspectos reddidit et suspensos. The bp. of Norwich crosses.

Mittitur comes Legrecestriæ Simon in succursum Burdegalensium et Wasconensium fidelium domini regis.

Eodem tempore, misit dominus rex in Wasconiam comitem Legrecestriæ Simon, et cum ipso copiosam Simon de Montfort sent into Gascony.

[1] *et*] ut, Ch. Cl.; A. is altered to *et*, T. to vel; W. has vel.

[2] This and the next chapter om. N.

[3] Sic.

A.D. 1248. militaris manus multitudinem; sed tamen ad alleviationem sumptuum ipsorum eodem tempore exegit a civibus Londoniarum duo milia librarum, quæ et ipsi domino suo et regi in articulo necessitatis constituto licet gravati concesserunt.

Annalis conclusio.

Character of the year. Transiit igitur annus ille aere temperatus et serenus, horrea frugum replens habundantia, et torqunlaria reddens vinis redundantia, ita ut summa frumenti ad duorum descenderet precium solidorum. In pomeriorum vero fructibus, quod pro mirabili habebatur, per loca uberrimus, per loca sterilis, vermibus cucurbitinis,[1] ubi pestis se ingessit, omnia virentia in arbustis penitus demolientibus. Fluxit quoque annus iste Terræ Sanctæ hostilis, Ytaliæ inimicus, Franciæ lugubris, Germaniæ exicialis, Sabaudiæ horribilis, curiæ Romanæ infamis,[2] Angliæ vero deprædativus, multis quoque argumentis termini mundialis indicativus, iræque divinæ comminatorius. Matt. Par. v. 46.

Dominus rex Londoniis fuit ad Natale Domini.

Henry III. at Westminster at Christmas. Anno gratiæ MCCXLIX°, qui est annus regni domini regis Henrici tertii xxxiii., fuit idem dominus rex ad Natale Domini Londoniis, videlicet ad speciale sibi domicilium Westmonasterii, ubi cum dapsili valde convivio ut solet dies transegit[3] natalicios, cum multitudine nobilium copiosa, convocans tamen multo plures, ut festo sancti Ædwardi, quem præ ceteris sanctis præcordialius diligit et veneratur, secum gaudenter interessent. Qui libenter advenerunt tum pro sancti amore et veneratione, tum pro Christi sanguinis reverentia nuper, ut prædictum est, adepti, et venia peccatorum ibidem concessa atque fidelibus optinenda, tum pro domini regis ipsos vocantis auctoritate. Erant autem jam ibidem præsentes qui advocabantur cum rege et regina, comites Ricardus frater domini regis et Id. v. 47.

The feast of S. Edward kept splendidly.

[1] *cucurbitinis*] conturbicinis, T.
[2] *infamis*] imfamis, Ch.
[3] *transegit*] tranegit, Ch.

Matt. Par. v. 48. marescallus Rogerus cum quatuor aliis comitibus, et episcopi totidem congregati. A.D. 1249

Comes Legrecestriæ redit de Wasconia.

Et[1] dum apud Westmonasterium dominus rex moraretur, diebus videlicet Nataliciis, rediit comes Legrecestriæ a partibus Wasconiæ, cum quibusdam aliis magnatibus, militibus, et servientibus, qui illuc destinati domino regi fideliter militarunt. Quorum adventus ipsum dominum regem et totam ejus curiam non mediocriter exhilaravit. Coegerat enim dictus comes quendam domini regis proditorem nequissimum, videlicet Guastonem filium comitissæ Biarde, qui in illis partibus multa dampna fecerat, treugas invitum accipere; et quendam alium publicum prædonem et incendiarium et inimicum domini regis cruentissimum, videlicet Willelmum Bertram, dictus comes captum in turri Regulæ vinculis mancipatum tradidit arctissime custodiendum.

Return of Simon de Montfort from Gascony.

Gaston de Béarn compelled to submit and William Bertram imprisoned.

De particulari terræ motu in partibus Sabaudiæ.

Cf. Id. v. 30. Cum[2] autem rota fortunalis talibus mundi mutaretur voluminibus, rumores inauditi ac terribiles Angliæ climata pervolarunt, quod videlicet ut evangelicæ minæ verificentur, quod *erunt per loca terræ motus.* Quædam villæ in partibus Sabaudiæ non procul a communi strata quæ est per valles Moriani, circiter[3] xii. villæ cum duabus domibus religiosorum a vicinis montibus sese revolventibus et horribiliter corruentibus cum suis incolis, qui bene ad decem milia sunt recensiti, obrutæ perierunt.

Earthquake in Maurienne.

S. Matt. xxiv. 7.

Episcopus Dunelmensis sponte episcopatum suum resignavit.

Id. v. 53. Diebus[4] quoque sub eisdem episcopus Dunelmensis Nicholaus, jam valitudinarius, exemplo Karleolensis Walteri

Resignation of Nicholas

[1] This chapter om. N.

[2] This chapter om. A. N.

[3] *citer . . . cum*] over erasure in Ch.; Matt. Par. has quinque.

[4] This chapter om. A. N. Re.

A.D. 1249. of Farnham, bishop of Durham. plenius informatus,[1] episcopatum suum sponte resignavit, ut sibi liberius in orationibus et contemplationibus vacaret et pauperior moreretur. Verumtamen datis a domino Papa provisoribus archiepiscopo Eboracensi et Londoniensi et Wigornensi episcopis, assignata sunt eidem quædam maneria, Hovedene, Stoctone, et . . . . . ,[2] de ipso episcopatu, ut tanto viro status et honor pontificalis salvaretur. Matt. Par. v. 53.

Manors assigned to him.

De novis nundinis apud Westmonasterium inchoatis.

New fair established at Westminster. Festo[3] autem beati Ædwardi, quod de ejusdem gloriosi regis et confessoris depositione celebratur, dominus rex, juxta suam talem piam consuetudinem, vigiliam,[4] quæ diem præcedit, quæ vigilia est die tertia ante Epiphaniam Domini, in jejunio panis et aquæ et diligenti vigilia et continuis orationibus, necnon in elemosinarum transegit distributione. In die autem jussit missarum solempnia in ecclesia Westmonasterii, sollempniter in olosericis impreciabilibus et cereorum multitudine, et conventus sonora modulatione mirifice adornata, serenissime celebrari. Præcepit etiam in publico voce præconia acclamari, ut suspensis aliis nundinis et Londoniensibus mercaturis, ibi tenerentur nundinæ per quindenam duraturæ. Id. v. 48. Id. v. 29.

Dedita est nobilis civitas Vercellis Fretherico.

Surrender of Vercelli to Frederick II. Diebus quoque sub eisdem, nobilis civitas Ytaliæ Vercellis cum partibus circumjacentibus sedicione civium, qui sese odio intestino persequebantur, in Fretherici cessit dicionem. Quod cum audisset dominus Papa, doluit inconsolabiliter, et tota curia Romana; horribili igitur anathemate sollempniter et frequenter innodavit omnes illos, qui in dicta civitate sedicionem

[1] *informatus*] imformatus, Ch.

[2] Easingtone is omitted; there is no blank in the MSS.

[3] This chapter om. Re.

[4] *vigiliam*] in Gallia, T.

moverant aut prodicionem perpetraverant, per quam ipsa a fidelitate Ecclesiæ sequestrabatur, ut cæteri similia perpetrare formidarent. A.D. 1249.

Quomodo roboratus est Frethericus.

Matt. Par. v. 16. Et dum temporum istorum volumina prolaberentur, Frethericus, ut partem suam undique adversariis vallatam roboraret, per matrimonium sese [1] filiumque suum Conradum, qui filiam ducis [2] Baivariæ desponsavit, prudenter studuit communire, et fœdere matrimoniali multis mag Id. iv. 649. natibus indissolubili amicitia copulari; filiam [3] namque suam eisdem diebus nuptui dedit Thomæ de Sabaudia, quandoque comiti Flandriæ, custodiamque Vercellis et partium adjacentium commisit, et multas terras contulit et redditus opulentos, ut sic sibi totum genus suum [4] redderet gratum et in vicissitudine oportuna firmius obligatum. Conrad married to Elizabeth of Bavaria.

Quam prudenter dominus rex mundavit partes Wintoniæ a latronibus.

Cf. Id. v. 56. Quadragesimali [5] autem tempore jam propius iminente, dominus rex partes adiit Wintonienses, latronum et vispilionum replecione non mediocriter infames; ubi paulo ante justiciarii extiterant itinerantes, qui mundasse debuerant omnes partes illas a peste prænotata; sed ita confœderati erant fures memorati, quod idem justiciarii licet diligentes maliciam eorum nequaquam poterant detunicare, nec cessabant aut deprædationes violentæ ac manifestæ, resonabantque ascendentes clamores et querelæ; et ut injuriæ intolerabilius multiplicarentur, vina domini regis prædæ latronum deridentium paruerunt. Commotus est dominus rex usque ad spiritus amaritudinem, nec immerito, nec poterat Robbers in the neighbourhood of Winchester.

[1] See Matt. Par. v. p. 17, n[1].
[2] Otho II.
[3] See Matt. Par. iv. . 649, [2]
[4] MSS. repeat *sibi*.
[5] This chapter om. Re.

A.D. 1249. amplius ultionem dissimulare. Facto igitur subtili scrutinio et arguta inquisitione, quia sic oportuit, multiformium proditorum ars ut artem falleret, præ-

They are tried in the hall of Winchester castle.

cepit dominus rex coram ipso in aula castri Wintoniæ subito convocari xii., per quos certius credebat de rei veritate edoceri, et comminatus est eis terribiliter sub pœna suspendii, ut nomina exprimerent malefactorum quos sciebant. At ipsi semoti, longum super hoc tractatum habentes, nulla voluerunt ratione latronum reatus depalliare, nec nomina eorum, quorum tamen multos noverant, inquisitoribus revelare. Præcepit igitur dominus rex iratus valde, clausis castri januis, ipsos continuo comprehensos velut consentaneos incarcerari, et tanquam reos suspendii vinculis et compedibus coartari. Et statim advocatis aliis xii., fecit diligenter inquiri ab ipsis, petere et exhortari admixtis minis terribilibus, ut ipsi, non sequentes priorum vestigia, nomina malefactorum domino regi, cujus intentio summa fuit patriam mundare, expresse revelarent; qui sepositi et diffusum tractatum super his habentes, cœperunt vehementer formidare, ne et ipsi eadem qua primi xii. calamitate involverentur. Omnes igitur illius patriæ malefactores, qui partes illas furto macularunt, expresse nominando notaverunt, et notatos accusarunt. Comprehensi sunt igitur rei quamplures, tam de civitate quam de partibus finitimis, præcipue

Capture and execution of the guilty persons.

tamen de comitatu Suhamtoniæ, circiter viginti ad minus, quorum quidam potentes fuerant et habundantes, quibus dominus rex confidenter commiserat patriam illam a furibus arcendis[1] custodiendam. Quidam autem adeo nobiles habebantur, ut pares militibus reputarentur, et eorum terra ad precium quadraginta vel quinquaginta vel quaterviginti librarum recenseretur. Quidam autem de familia domini regis[2]

Matt. Par. v. 58.

[1] *arcendis*] arcendendis, Ch. A. Cl. N.; arcendam ac, T. W.

[2] *regis*] om. MSS.

infames accusati, sunt convicti, et ad mortem suspendii adjudicati. Sicque consummatum est in hac parte negocium, ut, accusantibus his alios et aliis hos, plus quam viginti suspendio perierunt, præter incarceratos, quorum sub incerto periculum dependebat; et ita sic volente Deo, Domino ultionum, patria Wintoniensis per quam crebro tum propter nundinas tum propter portum civitati propinquum, tum propter civitatis celebrem frequentiam, institores tam ultramarini quam cismarini transierunt, a latronum retiaculis, quibus habundavit, per Dei ultionem et domini regis cautelam liberata est. A.D. 1249.

Cernis completas hic nostro tempore metas,
Si plus forte petas, tibi postera nunciet ætas.

Matt. Par. v. 80. Tempore[1] quoque sub eodem die Omnium Sanctorum, cum magno honore intronizatus est Bonefacius Cantuariæ archiepiscopus, convocatis ad tantam sollempnitatem rege et Archbishop Boniface enthroned.

Id. v. 81. regina et omnibus fere Angliæ prælatis. Circa idem tempus convenerunt abbates nigri ordinis apud Beremundesheie, die sancti Calixti. De communi consilio provisum est inter cætera, quod dominus rex ab ipsis omnibus impetravit, ut pro ipso et regina dicatur cotidie in missa, quæ in veneratione beatæ Virginis canitur in eorum ecclesiis, collecta celebriter videlicet, "Deus in cujus "m[anu]." Meeting of Benedictine abbats at Bermondsey, Oct. 14.

De[2] *petra Christi apud Westmonasterium.*

Id. Eodem tempore fratres Prædicatores attulerunt quandam petram albi marmoris, quæ a tempore Christi in Terra Sancta vestigium Salvatoris protendebat. Ipsam impressionem asserunt incolæ Terræ Sanctæ fuisse Christi vesti- A marble stone with the impression of our Lord's foot

[1] Here the handwriting changes and is no longer of the St. Alban's type. The MS. used for this part must have been the C. C. MS. of Matt. Paris, as in the next line the words "cum magno honore" are substituted there for the old reading; see Matt. Par. v. 80, n[2].

[2] This rubrick is only in T. W.

A.D. 1249. brought to Westminster.

gium [1] in cælum ascensuri. Dominus autem rex illud ecclesiæ contulit Westmonasteriensi, sicut nuper sanguinem Christi,[1] nobile donativum. Matt. Par. v. 82.

Walter of Kirkham bishop of Durham.

Prima [2] autem Dominica Adventus Domini Walterus de Kirkeham, electus Dunelmensis, consecratus est apud Eboracum ab archiepiscopo Eboracensi Waltero, cujus idem episcopus est suffraganeus.[2] Id. v. 83.

Dedication of the church of Beaulieu abbey.

Eodem anno abbas de Bello loco ecclesiam suam, quam videlicet rex Johannes a fundamentis construxerat, præsentibus rege Henrico et Ricardo fratre suo et multis aliis magnatibus necnon prælatis, sollempniter valde fecit dedicari. Id. v. 86.

Monks sent thence to Hayles.

Abbas insuper memoratus viginti monachos electos et triginta fratres transmisit ad inhabitandum novam domum Cisterciensis ordinis, quam Ricardus comes non procul a Winchecumbe nuper fundaverat, votum quod in mari fecerat complendo.

Death of Alexander II. of Scotland.

Sub [3] ejusdem anni circulo, quinto nonas Julii, obiit Alexander rex Scotorum, vir sapiens et modestus; iram enim voluntariam, quærens sæviendi occasionem, exacuit in quendam de nobilioribus regni sui, nomine Oenum de Argethel, militem strenuum et elegantissimum. Et dum proponeret ipsum exhæredare, imposuit ei notam proditionis, quia anno proximo præterito homagium fecerat regi Norwagiæ, pro tenemento cujusdam insulæ,[4] quam pater ejusdem Oeni ab eodem rege tenuerat pro homagio suo in pace multis annis. Id. v. 88.

His quarrel with Owen of Argyle.

Oenus igitur nolens offendere regem Scotorum, supplicavit ei ut concederet ei inducias ut homagium suum simul cum insula memorata regi Norwagiæ resignaret; quod denegans idem rex, ipsum Oenum usque prope Argethel diffidatum navigando hostiliter insequebatur, stimulatus, ut dicitur, importunis instigationibus cujusdam [5] episcopi de Stratherne, fratris videlicet de ordine Prædicatorum. Rex igitur antequam exiens de navi equum valeret ascendere, quasi ultione, morbo subito et letali percussus est; et volens innocentem exhæredare, inter manus magnatum suorum ex improviso cum ipsa ambitione vitæ spiritum exalavit.

[1–1] *vestigium . . . Christi*] om. Re.

[2–2] *Prima . . . suffraganeus*] om. Re.

[3] This chapter om. A. N. Re.

[4] Stroma.

[5] Clement bishop of Dunblane. See note [5] on Matt. Par. v. 89.

Matt. Par. v. 89. Anno[1] quoque sub eodem Hugo cognomento le Brun, comes de Marchia, cum rex Francorum apud Damiatam applicuisset, rebus humanis [est] exemptus; qui iccirco minus meruit deplorari, quia privigno suo, regi Anglorum, in ipsum confidenti,[2] proditionis laqueos in Pictavia præ- Id. v. 92. paravit. Eodem anno circa Pentecosten, obiit quidam de nobilioribus baronibus Borealibus, Rogerus filius Johannis, puerum relinquens hæredem; cujus custodiam rex contulit Willelmo de Valencia. A.D. 1249. Death of Hugh le Brun, count de la Marche, at Damietta. Death of Roger Fitz-John.

Id. v. 93. Fluxit igitur annus ille minus fructifer, frugifer tamen abundanter; sed in fine æstatis messes oblatæ spem mentitæ in humani generis provocationem suffocabantur. Annus Romanæ curiæ infamis, Franciæ et Angliæ turbulentus. Character of the year.

De partu dominæ Cynciæ, uxoris comitis Ricardi.

Id. v. 94. Anno gratiæ MCCL°, qui est annus domini regis Henrici xxxiv., fuit idem rex apud Wintoniam ad Natale Domini, ubi festa Natalicia, ut moris est, magnifice celebravit. Eodemque tempore infra videlicet Natalicios comitissa Cornubiæ Cincia, uxor comitis Ricardi, peperit ei filium apud Berkamstede, ad quem baptizandum comes vocavit archiepiscopum Cantuariæ, infantis avunculum, et vocatum est nomen ejus Edmundus, ob honorem beati Edmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris. Henry III. at Winchester. Birth of Edmund, son of Richard of Cornwall.

Id. v. 96. Tempore[3] quoque sub eodem transfretarunt multi nobiles de regno Angliæ, nec patuit causa alicui de populo; videlicet comes Ricardus, comes Gloverniæ, Henricus de Hantinge, Rogerus de Thurkeby, et multi alii nobiles cum illis; præterea de prælatis Lincolniæ, Londoniæ, et Wigorniæ episcopi, et cum illis de episcopatu Lincolniæ, Oxoniensis[4] et Bedfordensis[5] archidiaconi, et alii. Comes vero Ricardus cum maximo apparatu et comitatus fastigio per regnum Franciæ transivit, quadraginta militibus de novo vestitis robis consimilibus et mannis deliciosis, auro micante recenter faleratis, et bigis multis, et quinquaginta summariis et familia numerosa nimis, concomitante comitissa uxore sua et Henrico primogenito suo, ita ut Francis Many English nobles cross. Array of Richard of Cornwall.

[1] This chapter om. A. N.
[2] *confidenti*] confidentem, MSS.
[3] *Tempore . . . inclinari* (p. 365)] om. Re.
[4] Robert de Marisco.
[5] John de Crachale.

A.D. 1250. admirantibus tam mirabile quam honorabile spectaculum præberet intuentibus. Sui adventui honorabilis domina Blanchia cum summa occurrit reverentia, applaudens et munera offerens preciosa, tanquam consanguinea consanguineo, immo potius velut mater filio singulari. Causa autem solius episcopi Lincolniæ, quare transfretavit, patuit universis, videlicet, ut eos quos vocarat ad curiam Romanam, qui propter inaudita eis inferenda gravamina et comminata ad sedem Apostolicam appellarunt, scilicet exempti Templarii, Hospitalarii, et alii multi, . . .[1] qui postea a domino Papa, pecunia interveniente, caute sibi pacem redimerunt, secundum illud ethici,

Matt. Par. v. 97.

Q. Blanche meets him.

The reason of Grosseteste's crossing the only one known.

Judicis auxilium sub iniqua lege rogato.

Cato. Distich. iii. 17.

He loses his cause.

Et sic episcopus proposito suo frustratus, confusus ad propria remeavit.

Comes[2] Ricardus cum maxima gloria et honore transfretavit, et comitante Henrico filio suo primogenito et familia multa nimis regaliter in equis faleratis et carissimis vestimentis adornata, Franciam pertransiens Lugdunum pervenit, ubi tunc Papa morabatur. Et venienti omnes fere cardinales reverenter occurrerunt. Episcopus autem Lincolniensis jam illuc advenerat, qui, cum multi sese versus Papam ut pacem haberent redemissent, querulus Papam redarguit, dicens, "Domine, credidi auxiliante præ-
"cepto vestro omnes de quibus conquestus sum[3] castigasse,
"et ab eorum errore potenter revocasse; et ecce novissi-
"mus error factus est pejor priore. Omnes enim se redi-
"munt, et panditis sinum omnibus præmia offerentibus,
"unde enervatur auctoritas mea, et propositum irritatur."
Cui Papa, "Frater, liberasti animam tuam. Quid ad te de
"gratia mea? Fecimus eis gratiam. *Nunquid oculus tuus*
"*nequam est, quia ego bonus sum?*" Et sic recessit episcopus, a suo proposito fraudatus, aliis tamen nimium vexatis propter hoc atque dampnificatis.

Earl Richard crosses with his son, and is received at Lyons.

Abbreviatio Chronicorum. iii. 342 (Madden).

Complaint of bp. Grosseteste to the Pope.

S. Matt. xx. 15.

---

[1] The conclusion of the sentence, "strictius suæ flecteret voluntati," is omitted.

[2] Here the handwriting in Ch. changes again, and the text is a copy of the Abbreviationes Chronicorum attributed by Sir F. Madden to Matthew Paris, and printed in the third volume of the Historia Anglorum.

[3] *sum*] interlined in Ch.

Abbreviatio Chronicorum, iii. 312.

Tempore sub eodem devicto et affligato Willelmo de Holandia, rege Alemaniæ, licet eum Papa multum ditaverit, Frethericus in multos sibi rebelles desævit triumphando, et ad tempus multos conterendo peremit, secundum illud, "*ante ruinam exaltabitur cor.*" Tempore sub eodem, cum venisset comes Ricardus Lugdunum, ut prædictum est, Papa ipsum cum summo honore suscepit, supplicans ut cum eo pranderet; et refecti sunt in una mensa Papa et comes Ricardus collateraliter. Hoc autem factum est ante dies Rogationum. Et eadem die cum soldanus Babiloniæ optimam pacem obtulisset, sed Francorum superbia ad pacem oblatam minime potuit inclinari, commissum est prælium infelicissimum inter Christianos et Sarracenos, et captus est rex Francorum ab infidelibus, quod nunquam antea contigit. Et[1] se reddiderunt Sarracenis multi nobiles Francorum sine conflictu vel vulnere, tanquam maledicti a Domino, et capti multi ultro apostatarunt, in ignominiam fidei Christianæ et totius universalis Ecclesiæ[2] obprobrium sempiternum. Et fugit frater regis Franciæ comes Atrabatensis, et submersus periit in quodam flumine, et dissipatus est totus Christianorum exercitus et confusus. Willelmus vero Longa spata pugnavit usque ad mortem, et alii quamplures nobiles, natione Anglici, exemplo Willelmi provocati et in Domino fideliter animati, videlicet Robertus de Vair et alii, quorum nomina[3] in libro vitæ indelebiliter annotantur. Quod autem æterna dignum arbitror memoria, videbatur in nocte præcedenti matri suæ, abbatissæ scilicet de Lacoc, quondam comitissæ Sarum, quod dictus Willelmus aperto cælo elevatus est totaliter armatus, cujus armaturam bene novit, et angelis eum gaudenter suscipientibus intravit; quo intrante, dixisse videbatur mater, "Quis est hic?" et responsum est ei, "Nonne cognoscis filium tuum Willelmum "et ejus armaturam?" Et mater, "Cognosco utique." "Ille est quem tu, mater, contemplaris." Abbatissa vero materna sedulitate tempus notavit et visionem. Elapso autem dimidio anno sequente, cum omnes qui casum sciebant et diu celabant, ne mater pro filii funere plus æquo doleret,

A.D. 1250. Triumph of Frederick II.

Prov. xvi. 18.

Earl Richard and the Pope dine together.

Defeat and capture of Louis IX. in Egypt.

The count of Artois drowned; William Longespée and others slain.

Vision of William Longespée seen by his mother, Ela, abbess of Lacock.

[1] *Et se . . præsignare* (p. 367)] om. Re.

[2] *et* was here, but is nearly erased in Ch. It is in the other MSS.

[3] *nomina*] interlined in Ch.

A.D. 1250. tandem proruperunt[1] in hæc verba, "Domina, non expedit "diutius celare casum qui accidit filio tuo Willelmo," et addentes[2] qua die in frusta, prœlians contra infideles pro Christo, martir gloriosus detruncatur. At illa comperiens diem et visionem memoratam rei gestæ respondere, elevatis manibus gratias egit Deo vultu alacri, dicens, "Gratias "refero tibi ego ancilla tua, Domine, quod de carne mea "peccatrice talem nasci præcepisti tuorum hostium expug-"natorem." Abbrev. Chron. iii. 313.

Visitation of London by abp. Boniface.

Archiepiscopus Cantuariensis Bonefacius, causa visitandi episcopum Londoniæ et religiosos in civitate Londoniæ, tam contra episcopum quam viros religiosos civitatis, sicut et contra quosdam alios, licet æquitatis ductus ratione, tanta dicitur austeritate processisse, ut, ipsis instanter resistentibus, multi eum præcollaudantes de ejus tunc mirarentur feritate. Tandem post multas hinc inde expensarum effusiones et laborum diversas vexationes determinatum est, ut suam archiepiscopus secundum jus commune rationabilius et tollerabilius exerceret jurisdictionem, et sic visitationem prosequeretur sub diffinita modificatione; et sic cessavit mota tempestas.

Chapter of the Dominicans held at their house in Holborn.

Diebus sub eisdem, videlicet circa festum nativitatis sancti Johannis Baptistæ, communi vocatione congregati sunt de universis terris totius Christianitatis, etiam de Terra Sancta, fratres de ordine Prædicatorum apud domum eorum de Holeburne, quæ est Londoniæ, ut ibidem de statu ordinis sui et eorum officio diligenter, invocata Spiritus Sancti gratia, contractarent, et si corrigenda cernerent reformarent. Et quia proprias non habebant facultates, magnates et prælati de partibus vicinis, ex mera liberalitate sua, eis per aliquot dies victualia invenerunt. Rex autem prima die capituli accessit illuc personaliter, orationum suffragia petiturus ab eisdem, procuransque eos pavit ut decuit regaliter. Sequenti die, regina, deinde episcopus Londoniensis, postea dominus Johannes Maunsel,[3] consequenter alii, utpote[4] abbas de Walt-

[1] *proruperunt*] altered from *prorupit* in Ch.; prorumpit, T. W.

[2] *addentes*] altered from *addens* in Ch.; addente, W.

[3] *Maunsel*] introduced in the margin in Ch.

[4] "Abbas Westmonasterii, abbas "sancti Albani," (Abb. Chron. p. 314) is omitted here.

Abbrev. Chron. iii. 314.

ham, et cives Londoniæ ut ipsi litteratorie supplicaverant. A.D. 1250.
Erant autem fratres quadringenti et amplius.

Eodemque[1] tempore commissum est sigillum regium magistro Willelmo de Kylkenni, viro prudenti et circumspecto ac juris perito. Eisdem temporibus quidam miles, quondam socius . . .[2] et ejusdem in officio custodiæ forestarum successor, Galfridus nomine de Langeleia, Boriales partes peragrans, et de forestarum ac venationum transgressionibus perscrutans, quoscunque poterat irretire, tam graviter multavit pecuniam extorquendo, ut quantitas thesauri ad opus regis collecti in auditorum cordibus stuporem generaret. The seal committed to William of Kilkenny. Extortions of Geoffrey of Langley for forest fines.

Die vero beati Kenermi pervenerunt rumores de captione regis Franciæ et totius exercitus Christiani confusione, quibus rumoribus nunquam, præcipue in Francia, auditi sunt flebiliores ad noticiam catholicorum; unde tota Christianitas mœrore tabuit et dolore. Eodem anno, mense Octobris, luna existente prima, die mensis primo cœpit mare densa caligine perturbari et perturbatum solitos fines pertransire, occupansque partes litoreas, quas nunquam se meminit aliquis prævidisse, damna finitimis maxima irrogavit. Anno quoque sub eodem, die videlicet sanctæ Luciæ, circa horam tertiam, factus est terræmotus in Anglia. Et quod in Ciltria evenit maxime constat admirandum, nec est hoc visum a tempore cujus non extat memoria. Ipsa enim patria solida est, et cretosa ac petrosa, et minime cavernosa Factus insuper cum ipso terræ motu tanquam terribilis tonitrus et mugitus subterraneus, quæ dicebantur vel futuram pestem non minimam, vel regnorum inmutationem, vel mortem famosi principis præsignare. Obiit igitur eodem die maximus principum, mundi stupor, Frethericus. Obiitque[3] eodem anno episcopus Wintoniensis Willelmus de Rale in partibus transmarinis, videlicet apud Turonim, ubi circiter xi. menses moram continuaverat; monachi Wintonienses coacti[4] sunt, ad instantiam domini regis Henrici, eligere sibi Æthelmarum fratrem

News of the capture of Louis IX., 1 Aug. Earthquake in the Chilterns, Dec. 13. Death of Frederick II. Death of bp. William de Raleigh.

---

[1] *Eodemque . . . . . generaret*] om. A. N.

[2] "Roberti Passelew" should fill the blank. See Matt. Par. v. 137. The name is also wanting in the Abbrev. Chron.; *et*, which is in the other MSS., has been erased in Ch.

[3] *Obiitque . . . retrocedit* (p. 370)] om. Re.

[4] *coacti sunt*] om. MSS.

A.D. 1250. Birth of John, son of Henry III. His early death.

suum uterinum, in suarum pastorem animarum. In[1] adventu Domini apud Wyntoniam natus est regi Henrico filius qui dictus est Johannes. Hic non duobus annis supervixit, et ultimo die mensis Augusti obiit atque in Westmonasterio sepulturam accepit. Hoc[2] anno obiit magister Ricardus de Wendene, episcopus Rofensis, circa festum sancti Michaelis; et quia sanctus habebatur, procurante rege, sepultum est corpus ejus apud Westmonasterium. Abbrev. Chron. iii. 315.

Bull of Innocent IV. to Rochester, ordering the convent to use the same customs as to their officers as are in use at Canterbury.

[Eodem anno concessa est quædam bulla monachis Roffensis ecclesiæ de sergantiis ab episcopo non donandis sub Innocentio Papa quarto in hunc modum: MS. N.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis priori et conventui Roffensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut ecclesiæ suffraganeæ metropolitanæ, cujus debent imitari vestigia, moribus et consuetudinibus se conforment. Cum igitur inter te, frater episcope ex parte una, et vos, filii prior et conventus ex altera, super sergentariis laicorum et obedientiariis Roffensis ecclesiæ ac aliis diversis articulis fuisset coram nobis aliquamdiu litigatum, nos volentes litigia in quantum possumus detruncare,[3] ut in eisdem sergentariis, videlicet custodibus maneriis et sergentibus officiis ejusdem Roffensis ecclesiæ deputandis, illo jure illaque consuetudine Roffensis episcopus, non obstante aliqua ecclesiæ vestræ consuetudine vel compositione super hoc habita, sit contentus, quam archiepiscopus Cantuariensis ex antiqua et approbata

---

[1] *In . . . Wendene*] over an erasure in Ch. Written by a hand of the XIVth century. The erased passage, "licet insufficiens multis "videretur. Qui onus suscipiens "cum honore, contra omnium præ- "decessorum suorum sanctorum "[exemplum] non pontifex, sed "esse electus et sic permanere co- "gitavit. Et hæc abusio incepit "primo in ipso, in his partibus occi- "dentalibus," (Abbrev. Chron. p. 315) is not in the MSS. of the Flores. A. N. om. to the end of the chapter.

[2] *Hoc . . . Wendene*] Obiit insuper, Cl. T. W., as the Abbrev. Chron., and no doubt Ch. originally.

[3] *detruncare*] deturcare, N.

MS. N. [consuetudine in deputandis hujusmodi custodibus et sergentibus in ecclesia Cantuariensi optinere dinoscitur, de fratrum nostrorum consilio ex providentia sedis Apostolicæ ordinamus, districtius inhibentes ne pinguiori jure vel consuetudine uti aliqua ratione de cætero præsumat idem episcopus in prædictis suo Marte articulis aliis decidendis. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. A.D. 1250.

Datum Lugduni, vii. idus Julii, pontificatus nostri anno viii.[1] Lyons, 9 July.

[Eodem etiam anno Ricardus de Wendene, Roffensis episcopus, obiit quarto idus Octobris apud Frakenham, et sepultus est apud Westmonasterium. In cujus loco electus est magister Laurentius de sancto Martino xiv. kal. Novembris, qui confirmatus est apud Lugdunum a Bonefacio Cantuariensi archiepiscopo in octavis Purificationis beatæ Mariæ. Arripuerunt etiam iter versus curiam Romanam Alexander de Glanevilla, Roffensis prior, et frater Osbernus de Stoke, et frater Adam de Essex pro causa electionis in die sancti Bricii, et steterunt in curia Romana per xxi. hebdomadas, ita quod venerunt ad ecclesiam suam cum gloriosa victoria in vigilia Palmarum, scilicet sexto idus Aprilis.] Death of bp. Richard de Wendene. Election of Laurence de S. Martino.

Abbrev. Chron. iii. 315. Eodem anno quarto kal. Junii, obiit Robertus de Lex[in]tona, domini regis clericus et consiliarius specialis, qui etiam in justiciariæ officio diu commorans amplas sibi cumulavit possessiones, et regis thesauros ampliavit. Death of Robert of Lexington.

Conclusio annalis.

Completo igitur hoc anno, jam fluxerant ex tempore gratiæ viginti quinque annorum quinquagenæ, id est mille ducenti et quinquaginta. Notandum autem est, nec est leviter attendendum quod in nulla viginti quatuor quinqua- Great importance of the last 50 years.

[1] viii. is inserted later.

A.D. 1250. Summary of the chief events of the last 50 years.

genarum antecedentium tot evenerunt mirabilia et insolitæ novitates, quot evenerunt in hac ultima quinquagena, videlicet vicesima quinta : et[1] sunt nonnulli historiographi, qui asserunt quod nec in omnibus aliis quinquagenis tot prodigia et novitates admirandæ evenerunt, sicut in hac jam terminata. Et si non omnia, aliqua tamen huic libello duximus annectenda. In hac enim quinquagena Tartari, de suis longinquis et investigabilibus sedibus erumpentes, climata Orientalium tam fidelium quam infidelium ferali exterminio vastaverunt. Admiralius Murmelinus quem Miramumeli vocant, Affricanorum et Hispanorum rex potentissimus incredulorum, fines Christianorum invadit, sed ipse cum universo exercitu suo victus retrocedit. Prædicante magistro Olivero in partibus Germaniæ, apparuit toti populo manifeste in aere dominus noster Jesus Christus crucifixus. Recessit Græca ecclesia a subjectione Romanæ, Babtizato[2] Græcorum potentissimo scismatizante.[3] Damiata, civitas in introitu Egipti opulentissima et munitissima atque famosissima, bis capta est a Christianis, et bis amissa. In Anglia plures facti sunt terræmotus, et pluries mare prodigialiter terminos suos consuetos transgrediens finitimis inaudita dampna irrogavit. Anglia insuper interdictum passa est per fere septennium, et per tantumdem temporis guerram intestinam tolleravit, tandemque per inertiam regis Johannis, tunc regnantis, facta est tributaria. Idem rex Jôhannes Normanniam et multas alias terras ultramarinas amisit; Angliam et Hiberniam Innocentio III. Papæ jure tributario subjugavit.[4] Privilegia autem sanctorum patrum Romanorum suo robore privantur et auctoritate per hanc adjectionem *Non obstante*, non sine eorum injuria et contemptu. Prohibitum est judicium quod fieri consuevit per ignem et

Abbrev. Chron. iii. 315.

[1] *et sunt*] from here to the end of the summary (quinquagesimo, p. 374) om. N.; much is also omitted in Re.

[2] *Babtizato*] baptizato, Re.; Babizato, T. W.; this is an error for *Battacio* (Abbrev. Chron.), i.e. Vatatzes.

[3] *scismatizante*] cismatizante, MSS.

[4] There is an erasure here in Ch. of the following words (*Abbreviatio Chronicorum*, iii. p. 316): "Facta est Ecclesiæ conditio æqua- "lis conditioni Judæorum, ut an- "nuatim tallietur; et hoc per ava- "ritiam papalis curiæ et regum "inertiam." They are not in the MSS. of the Flores. Cl. has *liberavit* for *subjugavit*.

Abbrev. Chron. iii. 316.

aquam.[1] Permissumque est[2] alicui, in episcopatum promoto, pristinos redditus retinere. Permissum est in Anglia jam quasi licite ut habitent Christiani usurarii inter Christianos, Papa protegente, cum sit usura in utroque Testamento condempnata; quos usurarios vulgus Caursinos[3] appellat, et ipsi se mercatores Papæ palam esse profitentur. Prohibitum est ne quis ecclesiæ rector[4] patri immediate succedat sine papali dispensatione, vel illegitimus ad dignitatem promoveatur. Moneta per tonsuram corrupta renovatur. Electus est in dominum et tanquam regem Ludowicus primogenitus Philippi regis Franciæ, propter intollerabiles regis[5] Johannis oppressiones; tandem idem Ludowicus, fidei transgressor et promissorum, mortuo læsore rege Johanne, inglorius ad patrem remeavit. Otto et Frethericus, Papæ rebelles imperatores,[6] confunduntur; quibus prostratis culmen emarcuit imperiale. Papa duos in apicem imperii promovere conabatur. Sed antequam elevarentur, elisit eos Dominus, videlicet andegravium de Duringe, qui[7] vocabatur Henricus Raspe, et Willelmum comitem de Holandia. Willelmus tamen cœpit infra memoratam quinquagenam elevari, sed cito post periit interfectus. Captus est, et totus exercitus ejus dissipatus, rex Franciæ Ludowicus, et multarum magnates regionum cum eo, et conventus Templi, Hospitalis, Theutonicorum, et sancti Lazari; et civitas Jerusalem cum suis ecclesiis et locis sanctis Christi præsentia consecratis bis destructa, nunc a Chorosminis, nunc a soldano Babiloniæ exterminata. Eclipsis solis bis contigit per triennium. Terræmotus in Anglia pluries, et maris insolita dilatatio. Rex Angliæ Johannes die sanctorum Septem Dormientium dupliciter victus, amotus fuit per Ludowicum ab obsidione Rupis monachorum violenter. Et imperator Otto et omnes, qui

A.D. 1250. Summary of the chief events of the last 50 years.

[1] The following words (Abb. Chron. u. s.) have been erased in Ch.: "Permissum est alicui personæ episcopatum habere et episcopum non esse, ut Athelmaro, fratri regis uterino, qui primus erat talis in episcopatu Wintoniensi;" they are not in the MSS. of the Flores.

[2] *est*] interlined in Ch.

[3] *Caursinos*] om. MSS., as Abbrev. Chron.

[4] *rector*] om. MSS., as the Abb. Chron.

[5] *regis Johannis*] in the margin in Ch.

[6] *imperatores*] impetratores, Ch. A. Cl. Re. T.

[7] *qui . . . Raspe*] in the margin in Ch.; qui vocatur Iaspe, W.; not in A. Cl. T.

A.D. 1250. Summary of the chief events of the last 50 years.

cum dicto rege Johanne erant, ad pontem de Bovines victi fuerant, capti vel per fugam elapsi. Concilium generale bis celebratum est, Romæ scilicet et Lugduni. In ultimo imperator Frethericus excommunicatus et cassatus. Non procul a Janua, videlicet in mari, multi prælati capti sunt, et nonnulli submersi. Wallia quoque Leolino principe suo viduata, et postea duobus filiis suis David et Griffino cito morte[1] præventis, legibus Angliæ et regis dominatui incurvantur. Wasconia per comitem Simonem edomatur; postea recalcitrans regi inclinatur, et a[2] vendicatione regis Hispaniæ liberatur. Maxima pars Hispaniæ Christiano cultui restituitur per regem Castellæ strenuissimum; et nobilissimæ civitates scilicet Corduba, Sibilla, et magna Valencia, et aliæ quamplures, et insulæ opulentissimæ dicto regi mancipantur, et fide Catholica fideliter illustrantur. Papa, velut exul et profugus, et ab Urbe expulsus, fugit a civitate in civitatem, locis plurimis latitando, persequente Fretherico ipsum Innocentium quartum, qui tandem Lugdunum veniens, ibi tutius latitavit. Iste tamen nullatenus flagellum Domini castigantis recognoscens, ecclesiam plus gravabat quam antecessores ejus universi. Tres apostolici sederunt infra duos annos; vacavit sedes papalis per annum et ix. menses. Suspenduntur prælati a collatione beneficiorum donec illis satisfiat, pro quibus scribit ut eis provideatur. Multiplicantur diatim provisiones, et scribit Papa ut aliquibus provideatur in quantum duxerint acceptandum. Fratres Prædicatores et Minores ex præcepto domini Papæ, urgente obedientia, fiunt domini Papæ thelonarii, nuncii, et quasi legati, seduli pecuniæ papalis collectores, prædicando, cruce signando, et iterum, facto fine, resumendo, infirmis morituris et testamenta condituris assistendo. Omnia ad commodum domini Papæ diligentes negotiatores, multimodis armati potestatibus, convertebant.

Abbrev. Chron. iii. 317.

Ordines multiplicantur in Anglia, præter ordines Prædicatorum et Minorum, videlicet fratres de Monte Carmeli, fratres Cruciferorum, et quidam qui se appellant fratres de ordine sancti Augustini, et multi alii. Item in Alemannia et Francia mulieres, quæ se Beguinas nominant. Multi sancti in Anglia florent, vel de Anglia; beatus scilicet Edmundus Cantuariensis archiepiscopus, apud Pontiniacum

[1] *morte*] om. MSS., as the Abb. Chron.

[2] *a*] ea, Ch.

Abbrev. Chron. iii. 318.

jacens, choruscat miraculis, ejusdemque frater magister Robertus. Sanctus Robertus heremita apud Knareburg virtutibus claret manifestis; episcopus quoque Londoniensis Rogerus, ad cujus tumbam signa appenduntur quamplurima, beneficiorum collatorum infirmis testimonialia; item in Alemannia sancta Elizabeth andegravia de Duringe, sanctus Augustinus in Norwegia, claris probatis et approbatis miraculis illustrantur. Et extra istam quinquagenam, cito tamen post, apud Lincolniam, sanctus ejusdem civitatis episcopus Robertus ii, examinatis miraculis gloriose nimis honoratur; unde in eadem ecclesia alii pristini sancti, scilicet sanctus Remigius et sanctus Hugo, quasi congaudentes et applaudentes novo confratri suo, sancto Roberto, licet non canonizato, sua Christi fidelibus beneficia miraculorum quasi certatim impenderunt, ut eorum testimonium canonizationi equipolleret. Et non post multos dies, quidam puer circiter annorum trium,[1] quem Judæi circumciderunt, crucifixerunt, et post excogitata tormenta in cruce occiderunt, in ecclesia Lincolniæ sepultus, multis sanitatis suffragia dicitur contulisse, ita ut ecclesia Lincolniensis beatissima prædicaretur, et a peregrinaliter eam adeuntibus honoraretur. Ipse quoque Cicestrensis Ricardus adeo claruit miraculis, ut viderentur Apostolorum tempora renovari. Reædificatur ecclesia Westmonasterialis sumptibus domini regis Henrici iii., et feretrum aureum ad opus sancti Edwardi de ejusdem regis thesauro fabricatur. Vasa insuper carissima, impreciabilia et admiratione digna, cum gemmis et[2] sericis, pannis[3] præelectis, et novis libertatibus, eidem domui a rege conferuntur, ædificavitque dominus rex capitulum incomparabile. Albigensium, Jovinianorum, Bugororum, et aliorum errantium hæreses diligentia prædicatorum exuflantur. In Terra Sancta pars Christianorum, Sarracenis ad votum sæpe triumphantibus, non mediocriter infirmatur; sed in Hispania jactura talis feliciter instauratur. Antiochia Turcis[4] insurgentibus artatur, et usque ad civium vineas et agriculturas et usque quandoque ad muros ab eisdem appetitur et impugnatur. Pascha hoc anno suo loco debito,

A.D. 1250. Summary of the chief events of the last 50 years.

[1] *trium*] interlined later in Ch.

[2] *et sericis*] altered in Ch. from *olosericis*.

[3] In Ch. *cam* precedes *pannis* (Abb. Chron. has *campanis*); but it is expuncted.

[4] *Turcis*] turris, MSS. exc. A. (altered).

A.D. 1250. Summary of the chief events of the last 50 years.

scilicet sexto kal. Aprilis, evenit, quod nunquam ea die evenit, anno videlicet quinquagesimo. Omnia vero elementa, quod est notabile et significativum, hac ultima annorum quinquagena insolitum et irregulare detrimentum tolerarunt. Ignis quasi [1] fulgur temporibus hyemalibus frequenter reboavit, et terribiliter cecidit et emicuit contra naturæ cursum consuetum. Aer quasi [1] prægnans prænotato tonitru, fulgure, et pluviarum inundatione caligavit perturbatum. Aqua quasi [1] mare solitas metas transgrediens, et in mari ubi profunditas esse consuevit, arida apparuit, loca contermina devastavit. Terra quasi [1] in Anglia, et in Ciltria terræmotus insolitus pluries perhorruit, et in Sabaudia civitatum, villarum, montium, castrorum, ecclesiarum, et multorum milium hominum absortio et terribilis et inaudita. Abbrev. Chron. iii. 319.

Easter on its own day (27 March) in no quinquagenary year till 1250.

Virginis a partu jam mille volumina Phœbus
Cum bis centenis et quinquaginta peregit
Annua; sed visum non est sub tempore tanto,
Aprilis sexto fuerit quod Pascha Kalendas,
Dum quinquagenus orbem percurreret annus;
Hoc tamen evenit anno, cui terminus hic est.
Nec quinquagenis aliis tot digna stupore,
Sicut in hac, vidit quis natus sive renatus.[2]

Matthew Paris purposes here to finish his history.

Hic [3] quoque proposuit frater Mathæus cronica sua terminare propter imminentia quædam pericula. Si enim de potentibus vera dicantur et scripturæ commendentur, bella parantur ei; si taceantur vel bona pro malis annotentur, mutilabitur et de blandimentis, adulationibus, et falsitatibus graviter opus totale condempnabitur et redarguetur. Libellus iste auctori suo ager sterilis potest merito appellari. Nam sudor in cultura laboriosus, in colligendæ messis tempore, commoditatis omnimodæ carentia, filex,[4] spinæ, et tribuli pro fructibus colliguntur. Et

Quid juvat in sterili spargere semen humo? Ovid. Epist. ex Ponto, 1. 5. 33, 8. 58.

[1] *quasi*] sic MSS.; quare, Abbrev. Chron.

[2] A later hand in Ch. adds, in the text, "Circa festum Natalis "sancti Johannis Baptistæ obiit "parvulus Ricardus regis Henrici "iii. filius, et sepultus est apud "Westmonasterium." This is not in the other MSS.

[3] From here to the end of the year om. A. N.

[4] *filex*] silex, Cl. T. W. The passage is not in Re.

Abbrev. Chron. iii. 319.

Sperandum tamen est quod bona, quæ homo non remunerat ingratus, Dei largitas plenius recompensabit. Bonum quippe est ad Dei laudem eventus rerum notabilium scribendo perpetuare, ut subsequentes legendo castigentur, mala quæ digna sunt ultione devitando, et bona quæ Dominus plene remunerat operando. Dictus autem frater Mathæus, dum in proposito fuisset historialem librum suum terminare, sic ait, A.D. 1250.

Terminantur hic Mathæi
Cronica, nam jubilei
Anni dispensatio
Tempus spondet requiei ;
Detur ergo quies ei
Hic et cæli solio.

Siste tui metas studii, Mathæe, quietas,
Nec ventura petas, quæ postera[1] proferet ætas.

De admirabili tonitru et coruscatione in vigilia Natalis Domini.

Anno gratiæ MCCLI°. Rex Henricus tertius, anno regni sui XXXV., fuit ad Natale Domini Wintoniæ. Nocte[2] autem Natalis Domini tonitrus est auditus et visa coruscatio. Rex quia speraverat in partes proficisci Orientalium peregrinus, ubi aurum cedit in monetam, aureos cœpit desiderare et colligere, ut qui negocia expedire in curia regis desideraret, aurum potius quam argentum ipsi regi largiretur. Mortuo, ut prædictum est, Fretherico, omnes captivos, quos idem Frethericus in vinculis tenuerat, fecit filius Conradus ad ulteriora terræ transferri, et ad Palermam vel alias Siciliæ civitates, ut securior esset de illis, transmitti ; aliqui tamen eorum concessi Henrico, filio imperatoris Fretherici et nepoti regis Anglorum, redimendi, vel aliter ad arbitrium suum tractandi. Diebus autem sub eisdem mota est discordia inter Saracenorum potentissimos soldanos, sed maxime inter Alapensium[3] et Babiloniorum[4] soldanos et magistratus.

Henry III. at Winchester.

Frederick II.'s prisoners sent to Sicily.

Discord between the soldans of Aleppo and Cairo.

[1] *postera*] postea, Ch.; *r* has been interlined by Matthew Paris.

[2] Re. om. from here to the end of the chapter.

[3] Malek-el-Nasser.

[4] Malek-el-Moadham-Turan-Schah.

A.D. 1251. Indignabantur et invidebant, eo quod ipse Babiloniorum soldanus acceperat in bello regem Francorum, Christianorum famosissimum ac potentissimum; immo plus commovebantur, eo quia ipsum jam redemptum liberum abire permiserat, et jam tutus apud Achon cum Christianis commorabatur. Summa autem redemptionis regis Francorum erat sexaginta milia librarum auri primi et purissimi, absque aliis denariis communibus, videlicet Esterlingis, Turonensibus, et Parisiensibus, qui ad infinitum numerum ascenderunt. Numerus autem interfectorum sexaginta milia, et viginti milia et amplius, exceptis submersis, fugitivis dispersis, et eis qui ultro hostibus se reddiderunt; et illi apostatarunt, qui plus aliis nobis nocuerunt. Prohibiti sunt Judæi per regem et regales sub magna pœna, ne carnes comederent sexta feria, vel in Quadragesima. Odiosiores enim facti sunt regi Anglorum, quia impropera-tum fuit regi Francorum, quasi pro obprobio et redargutione, quod Christiani sustinent Judæos habitare inter se, qui Dominum eorum et Deum tot lacessitum injuriis tandem crucifixerunt.

Abbrev. Chron. iii. 320.

Ransom paid by Louis IX.

The Jews forbidden to eat meat on Friday or in Lent.

[Eodem anno consecratus est magister Laurentius de sancto Martino in episcopum Roffensem apud Lugdunum a domino Bonefacio archiepiscopo Cantuariæ, die Palmarum, scilicet quinto idus Aprilis. Et recessit Papa a Lugduno feria quarta ebdomadæ Paschæ. Eodem anno obiit Alexander prior Roffensis ecclesiæ, videlicet tertio nonas Martii; obiit autem hoc modo. Cum prædictus Rofensis episcopus, quem idem Alexander unice diligebat, quippe qui eum creaverat, conventum Roffensem coadunasset et in eorum capitulo cum priore prænominato præsideret, cœpit ab eis institutiones officialium vendicare. Cœpit etiam districtissimis inquisitionibus a singulis perscrutari de ipsorum maneriis, et quibus munimentis et auctoritatibus essent super eisdem maneriis roborati. Ex quibus maneriis duo sibi vendicans, maximum scilicet et minimum, dicebat ea de jure non conventui, sed episcopo, debere competere. Cumque super hac quæstione priorem juberet sine dilatione respondere, prior ad tam gravis exactionis tonitruum stupefactus, substomachans etiam quod ab illo

MS. N.

Laurence de S. Martino consecrated bp. of Rochester.

Death of Alexander prior of Rochester.

MS. N. [tam celeriter impeteretur quem sic promoverat, tantis doloris et iracundiæ fluctibus est absorptus, quod nec unum verbum proferre valuit. Sed mox obmutescens et pallore nimio suffusus, ante vesperam viam universæ carnis ingrediens, successorem habuit virum pacificum et modestum, nomine Symonem de Clive, qui tunc sacristæ fungebatur officio.] A.D. 1251. Simon de Clive prior of Rochester.

Frethericales recalcitrant.

Abbrev. Chron. iii. 321. Memfredus, filius Fretherici imperatoris naturalis, respirans insurgit contra Papam. Nuchera civitas in qua plus quam triginta milia Sarracenorum habitant, quam construxit imperator, non destruitur, sed a Memfredo protegitur. Guido [1] frater regis, vocatus ut ditetur, venit in Angliam, aliis fratribus præditatis. Angli vilescunt et depauperantur, præcipue cives Londoniæ. Prælati et viri religiosi, Papa jubente et rege spoliante, in ultimam servitutem detruduntur. Papa [2] venit Perusium vix. Rediit comes Legrecestriæ Simon de Wasconia, sed multiplicatis viribus iterum remeavit. Hæc detestabilis adjectio [3] *Non obstante* enervat Sanctorum scripta et facta. Cedit episcopus Dunelmensis Nicholaus; assignatur ei portio competens, videlicet Stoctona, Hovedene, et Esentona. Henricus [4] de Bathonia, miles et domini regis [5] justiciarius,[6] graviter accusatus et diffamatus coram rege, vix mortem evadit. Comitissa Arundelliæ fundat unam ecclesiam sanctimonialium non procul a Len, quæ Marham dicitur. Rumor increbuit in partibus Occidentalibus, quod Fretherius imperator obierat die sancti Luciæ. Archiepiscopus Cantuariensis canonicos Londoniæ, eo quod eos visitare vellet, cum maximo gravamine potenter conatur confundere; tandem visitavit sed cum moderamine.[7] Obiit Willelmus de Cantelupo regis consiliarius; succedit Willelmus filius ejus. Wallia

Rebellion of Manfred against Innocent IV.

Guy de Lusignan comes to England.

Return and departure of Simon de Montfort.

Accusation of Henry of Bath.

Nunnery of Marham.

Rumoured death of Frederick II.

Visitation of the canons of London.

[1] *Guido . . . præditatis*] om. N.

[2] *Papa . . . Luciæ*] om. N.

[3] *adjectio*] abjectio, Ch. A. Cl.

[4] *Henricus . . . Luciæ*] om. A.

[5] *regis*] inserted in the margin in Ch.

[6] *justiciarius*] justiarius, Ch.

[7] Ch. inserts "Comes Legrecestriæ redit de Wasconia," but it is marked *vacat*.

A.D. 1251. incurvatur legibus Angliæ. Confirmantur[1] Wintoniensis et Rofensis electi. Papa recessit a Lugduno, venit sed vix Mediolanum. Obiit Paulinus Piper, regis dapifer et consiliarius. Obiit Galfridus Dispensator, miles strenuus. Mirabilis pestis oritur in Francia de quibusdam nebulonibus, videlicet pastoribus, ad triginta milia multiplicatis; omnes tamen evanuerunt. Damiata civitas a Sarracenis solo tenus complanatur. Papa novas condit decretales. Equinoctiali[2] tempore mare metas suas longo spatio transgressum est. Regina Scotiæ, scilicet relicta Alexandri, repatriat.[2] Acceptis torneamentis, apparet odium et invidia inter alienigenas et Anglos, et formidabile suscipit incrementum. Abbrev. Chron. iii. 321.

The Pope leaves Lyons.

Deaths.

The Pastoureaux.

Damietta destroyed.

New decretals.

Return of the Q. of Scotland.

[Hoc etiam anno dominus Robertus, abbas hujus loci, ii. idus Augusti ab hoc seculo ad Dominum migravit; cui successit Willelmus III. ii. idus Octobris, qui recepit benedictionem apud Stafforde a Waltero Norwicensi episcopo, cujus anno primo extitit pestilentia animalium et segetum.] MS. Re.

Abbats of S. Benet Holme.

Alexander rex Scotiæ desponsavit Margaretam, filiam Henrici regis Angliæ, apud Eboracum.

Anno gratiæ MCCLII°. Rex Henricus iii., anno regni sui xxxvi. fuit idem[3] rex apud Eboracum, ubi Alexander, jam rex Scotiæ, desponsavit filiam regis Angliæ Margaretam ad Natale Domini, et rex Angliæ regem Scotorum baltheo ibidem donavit militari. Et rex Scotiæ fecit homagium regi Anglorum. Committitur custodia regis Scotorum et reginæ ac regni Roberto de Ros et Johanni de Bailol. Judæi graviter talliantur. Accusatus[4] gravissime comes Legrecestriæ Simon resignat custodiam Wasconiæ regi. Ariditas quatuor mensibus maxima. Beneficiati in episcopatu Lincolniæ promoventur ad sacerdotium inviti.[4] Conradus[5] prosperatur in guerra contra Papam, nec prosunt Abbrev. Chronicorum, iii. 321.

Henry III. at York.

Marriage of Margaret to Alexander III.

Simon de Montfort resigns Gascony.

Success of Conrad.

[1] *Confirmantur . . . complanatur*] om. N.

[2–2] *Equinoctiali . . . repatriat*] om. N.

[3] Sic MSS.

[4–4] *Accusatus . . . inviti*] om. N. Re.

[5] *Conradus . . . possessionem* (p. 379)] om. Re.

Abbrev. Chron. iii. 322.

Papæ rapinæ consuetæ. Obiit [1] Robertus Passelewe, vetus Anglicus et inveteratus, quo machinante amiserat abbas [2] Ramesiæ potissimam partem nundinarum sancti Yvonis. Multorum autem sicut et ejus pacem perturbaverat, et minuit possessionem. De ipsius moribus non moralibus multa in hoc libro præscribuntur.[1] Sopita est discordia, quæ fuerat inter [3] abbatem Westmonasteriensem et ejus conventum, rege procurante. Obiit victoriosissimus rex Hispaniæ Andefulsus.[4] Dolet inde rex Angliæ, sed plus Blanchia. Confertur Wasconia Edwardo, nec fit mentio de comite, cui quondam fuerat concessa et incartata, et ipse in possessione constitutus. Æstus et ariditas maxima et diuturna in æstate. Factum est hastiludium quod tabula rotunda vocatur, ubi periit strenuissimus miles Hernaldus de Munteynni. Obiit Willelmus de Haverhulle, clericus regis et thesaurarius. Ecclesia [5] Elyensis nobiliter per episcopum Hugonem reparata dedicatur.[5] Obiit comitissa [6] Margareta de Ripariis. In festo sancti Edwardi fuit magnum consilium Londoniis, ubi rex auxilium pecuniare postulavit; episcopus autem Lincolniæ Robertus primo contradixit, postea alii animati per eum restiterunt. Talliantur cives Londonienses, quos barones consuevimus appellare, quasi servi ultimæ conditionis. Galfridus de Langeleia qui, miles et [7] justiciarius de foresta, supra modum nobiles Boreales fictis de causis pro captura ferinæ depauperarat, deponitur a balliva, et unus de custodibus reginæ Scotorum constitutus [8] ibi, tantum tirannizavit, ut ipsius impetus nobiles Scotiæ non poterant tollerare, et amoverunt eum. Ipse autem ad servitium Edwardi se transtulit, in quo servitio multos regi et Edwardo, sicut dicetur in sequentibus, suscitavit inimicos. Hunc nutrierat et exaltaverat Robertus Passelewe, sed postea, more cuculi, nutritus nutrientem supplantavit. Eodemque anno, venit magister Albertus, domini Papæ clericus specialis et notarius, offerre comiti Ricardo regnum Apuliæ. Sed cum comes exegisset [9] securitatem,

A.D. 1252.

Death of Robert Passelew.

Peace at Westminster.

Death of Ferdinand III.

Deaths.

Ely Cathedral dedicated.

Stand of bishop Grosseteste against the king's demands.

Geoffrey of Langley one of the guardians of the Q. of Scots.

Apulia offered to Richard of Cornwall.

[1–1] *Obiit . . . præscribuntur*] om. N.

[2] Ranulph.

[3] *inter*] interlined in Ch.

[4] Sic for Ferdinandus.

[5–5] *Ecclesia . . . dedicatur*] om. N.

[6] Ch. has *de Ripariis* here, run through with a pen.

[7] *et*] interlined in Ch.

[8] *et* has been erased in Ch.

[9] *exegisset*] exigisset, MSS.

A.D. 1252. videlicet quædam castra domini Papæ et obsides ut esset in possessione et aliqua saltem securitate de papali promisso, respondit Albertus, se Papam super hoc convenire. Albertus interim multa sibi beneficia adquisivit; quibus adquisitis transalpinavit. Et audita dominus Papa comitis responsione, noluit aliquod propositum continuare de præmissis. Eodem tempore venit in Angliam archiepiscopus Cantuariæ Bonefacius, cujus adventus paucos prælatos, et multo pauciores laicos, quod inviti dicimus, lætificavit. Ortum est grave scandalum et discordia hostilis inter archiepiscopum Cantuariensem et electum Wintoniæ, eo quod electus officialem archiepiscopi, magistrum videlicet Eustachium, fecit capi violenter in ecclesia de Lameth, cum quodam capellano, et indecenter nimis tractari et abduci; vigilanter igitur procurantibus rege pro fratre suo Athelmaro et regina pro avunculo suo archiepiscopo, vix tandem tanta est sedata perturbatio. Eodemque anno, prima dominica Adventus Domini, obiit dominarum domina secularium Blanchia, post multas quas pro filiis suis sustinuerat tribulationes. Johannes Mansel, domini regis clericus et consiliarius specialis, industria sua promerente, ad inestimabiles redditus provehitur et possessiones. Ipso quoque anno, episcopus Lincolniæ Robertus fecit diligenter computari alienorum redditus in Anglia, per istum Papam scilicet Innocentium IV. promotorum, et inventum est quod nunquam aliquis prædecessorum suorum in triplo aliquos sui generis vel patriæ tot ditaverit. Temporibus quoque sub eisdem permisit rex astute nimis viros religiosos affligi a nobilibus viris, qui canibus venaticis[1] utebantur, eorum vicinis, adeo ut eorum libertates enervarentur, et culturæ conculcarentur.

Abbrev. Chron. iii. 323.

Return of archbishop Boniface.

His quarrel with the elect of Winchester.

Death of Q. Blanche.

John Mansel.

Estimate by bishop Grosseteste of the revenues of foreigners in England.

Oppression of the monks.

[Eodem anno statuit Papa Innocentius, ut cardinales capellis rubeis uterentur.]

MS. Cl.

The Pope directs the cardinals to wear red hats.

De perturbatione convivii apud Wintoniam.

Anno gratiæ MCCLIII°. Rex Henricus tertius, anno regni sui xxxvii., fuit in Natali Domini apud Wyntoniam, cui juxta ritum tantæ solemnitatis cives fecerunt Wintoniæ exennium nobilissimum, quos idem rex nuper obligaverat ad ducentas marcas eidem in brevi persolvendas. Quod quidem

Abbrev. Chron. iii. 323.

Henry III. at Winchester.

[1] *venaticis*] venaciis, MSS.

Abbrev. Chron. iii. 324.

festum non modicum obscuraverat discordia præmota inter archiepiscopum Cantuariæ et electum Wyntoniæ, rege tunc procurante, pro injuria quadam magistro Eustachio de Leu, officiali suo, facta per eundem electum, et ob hoc excommunicationis sententia innodatum; quam tamen commotionem, rege et regina procurantibus, in brevi commutaverunt in pacem. Convocati tunc temporis in præsentia regis prælati Angliæ, et instanter petentes cartas suorum custodiri prædecessorum, regis super hoc quamcitius optinuerunt assensum. Et data super hoc sententia, candelis accensis hoc manifestarunt in publicum, unde gratanter annuerunt contributionem, quam ab eis rex petierat, non modicam. A.D. 1253. His promise to observe the ancient charters.

Frater[1] quidam de ordine Prædicatorum, Petrus nomine, a Mediolanensibus, pro assertione veritatis et fidei defensione, eorum vitia, errores, et hæreses redarguens, latenter interemptus est, quem dominus Papa, a[2] miraculorum indiciis manifestatum, martirem duxit magnifice canonizandum. Martyrdom of Peter the Dominican. His canonization.

Civis[3] quidam Bononiensis, Brancaleo nomine, creatus est in senatorem Romanum. Qui potestate suscepta, justiciam in omnibus terribilem exercuit, et suspensis malefactoribus commissam sibi urbem et populum laudabiliter gubernavit.[3] Brancaleone senator of Rome.

Judæi non pauci effugantur a Francia, transmisso super hoc a Terra Sancta regis Franciæ mandato. Improperabant enim eidem Sarraceni, quod injuste eos Christiani impugnant, cum falsos Judæos, Christi sui peremptores, inter se degere permittant; justum enim esset eos prius eicere, et postea ad alios sibi rebelles festinare. The Jews expelled from France.

Obiit[4] abbas[5] sancti Augustini, et eorum præcentor[6] eidem eligitur subrogari.[4] Death of the abbat of S. Augustine's.

Comitis vero Gloverniæ Ricardi filius primogenitus desponsavit neptem regis Angliæ, filiam scilicet Guidonis comitis Engolismi,[7] de Pictavia oriundam, ætate puerulam,[8] immo infantulam, procurante hoc rege et pro maritagio usque ad quinque milia marcarum regaliter largiente. Espousals of Alice of Angoulême to Gilbert de Clare.

Comes[9] Le-

---

[1] *Frater . . . confecit* (p. 383)] om. Re.

[2] *a*] A, Ch. A., probably supposing it the initial for Alexander. St. Peter Martyr was canonized by Innocent IV., 25 March 1253; Cl. N. T. W. have *a*.

[3–3] *Civis . . . guberuavit*] om. N.

[4–4] *Obiit . . . subrogari*] om. N.

[5] Robert of Battle.

[6] Roger of Chichester.

[7] *Engolismi*] Englorismi, Ch. A. N. T. W.

[8] *puerulam*] Ch. over an erasure; puerilem, Abb. Chron.; parvulam, A. N.

[9] *Comes . . . inflectere* (p. 382)] om. N.

A.D. 1253. Gascony claimed by the king of Spain.

grecestriæ Simon resignavit custodiam Wasconiæ, et eam sibi proposuit rex Hispaniarum vendicare, habens de donatione ejus antiquam cartam regis Henrici II. sufficientem, ac regum Ricardi et Johannis confirmationem. Hoc cum audisset rex, vehementer doluit prædictum comitem Simonem ab hujus custodia summotum, quippe quia vir potens est et martius, sapiens et defensor tutissimus, eumque studuit admotum[1] restituere; unde comes clam secessit in Franciam, onus hujusmodi declinans iterum resumendum; quem Franci non modice affectabant senescallum Franciæ habere, sed minime valuerunt eum ad consensum inflectere. Comes Gloverniæ Ricardus et Willelmus de Valence transfretarunt, principaliter ut matrimonium prædictum ad effectum perducerent; secundario ut in quodam hastiludio, tunc temporis acclamato,[2] trans mare se suasque vires et audaciam et equorum suorum ausu probarent temerario celeritatem; qui prostrati, spoliati, et baculati, fomentis et balneis indiguerunt diuturnis. Tunc[3] temporis, quarta die visa est Luna, antequam esset prima[4] pronunciata. Juvenes Londonienses statuto pavone pro bravio, ad quintenam vires suas et equorum cursus sunt experti. Quidam autem tirones de familia regis, super hoc indignantes, conviciabantur eisdem, eis se in certamine opponentes, quos ipsi Londonienses cum fracmentis hastarum rubricantes et laniantes[5] ab equis suis dederunt præcipites, et fugaverunt fugientes. Querelis igitur super hoc regi multiplicatis, rex ad solitam se convertens ultionem, magnam a Londoniensibus petivit pecuniam.[3] Post paucos dies auditum est, quod Regula in Vasconia cum Sancto Milione et multa alia castra capta sunt et amissa, et strages hominum est non minima. Rex igitur non mediocriter formidans, ne per tales amissiones tota Wasconia pateret discrimini, constituit ut missis brevibus per singulos comitatus clamaretur ut cujuslibet arma debita et consueta censerentur, et si sufficientia essent monstrarentur, ut scilicet, si necesse incumberet, quilibet[6] ad præ-

Abbrev. Chron. iii. 324.

Simon de Montfort goes into France.

Defeat of Richard le Clare and Will. de Valence in a tournament.

Riot in London.

The London citizens fined.

Loss of La Réole and St. Émilion.

All bearing arms summoned to help Gascony.

---

[1] *admotum restituere*] altered in Ch., probably from admonere restituendum, as Abbrev. Chron.; amotum, W. A. (altd.).

[2] *acclamato*] acclamatum, Ch. T.; A. Cl. have been altered; aclamato extra, W.

[3–3] *Tunc . . . pecuniam*] om. N.

[4] *prima*] introduced later in the margin in Ch.

[5] *laniantes*] altered from liventes in Ch.

[6] *quilibet*] quibus, MSS. exc. Cl. (altered).

Abbrev. Chron. iii. 325.

liandum paratus existeret. Videret[1] præterea ut quicunque xv. libratas terræ haberet, miles fieret. Similiter ut excubantes vigiles in qualibet civitate constituerentur, qui vicos et plateas, exitus et introitus, diligenter custodirent. Providit insuper ut si quis a latrone vel ab aliis obiter dampnificaretur, ipsi, quibus patriæ imminebat custodia, læso satisfacerent, et malefactores insequentes ab eisdem patriam mundarent. Quæ quia sine communi barnagii assensu provisa sunt, constitui generaliter minime valuerunt. Obiit magister Ricardus de Wix, episcopus Cicestriæ, quarto nonas Aprilis, vir eminentis scientiæ et eximiæ sanctitatis, et quandoque beati Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi clericus et consiliarius specialis. Hujus autem Ricardi assertionibus et fratris Roberti Bacun de ordine Prædicatorum certificatus, frater Mathæus Parisiensis memorati sancti Edmundi vitam a fide dignis sibi relatam diligenter perscripsit. Post recessum comitis Simonis de Wasconia, cœperunt Wasconenses bella ad invicem movere, alter alterius castra invadere, homines captivare, ædificia in favillas redigere. Ex quibus primus fuit Gasto, dominus Biarræ et Peregoti, qui se transtulit ad regem Hispaniarum, ut inde plus regem Angliæ infestaret. Et sic hostes regis in Wasconia animavit, ita ut Burdegalis, quæ toti Wasconiæ victualia consuevit ministrare, cœpit egere. Dominus rex concessit ecclesiæ de Wautham et confirmavit, ut quotienscunque domum illam contigerit vacare, conventus tam de baronia quam de possessionibus ecclesiæ liberam habeat pro voluntate sua disponendi facultatem; duo insuper mercata et alia bona eidem contulit, et super his cartam suam, licet prius optentam, iterum confecit. Cum ecclesia Romana sui præsulis et pastoris diutius viduaretur præsentia, rogatus est dominus Papa solempniter a Romanis ut Romam rediret, gregem suum more pastoris gubernaturus,[2] qui tamen retardans iterum vocatus est et solempnius,[3] hoc adjuncto, ut scilicet tunc veniret aut nunquam. Quo audito dominus Papa, de mora timens trahere periculum, a Perusio recedens, Romam usque properavit. Et licet in multa tenebatur pecunia eisdem, quam pro eo contra Frethericum expende-

A.D. 1253.

Death of bp. Richard de Wyche of Chichester.

The life of S. Edmund written by Matthew Paris.

Troubles in Gascony.

Privileges granted to Waltham.

Innocent IV. leaves Perugia for Rome.

[1] *Videret*] introduced later in the margin in Ch.

[2] *gubernaturus*] altered in Ch., probably from minaturus, as Abbrev. Chron.

[3] *solempnius*] solempniter, Re.

A.D. 1253. Parliament assembled, and the king promises to observe the charters.

rant, gaudenter tamen et reverenter ab omnibus susceptus est. In quindena Paschæ, adunato magno parlamento, petierunt prælati fere omnes, insimul congregati, ut dominus rex, cartas conservans et libertates quas sæpius promiserat, sanctam insuper Ecclesiam permitteret suis gaudere libertatibus, maxime de electionibus prælatorum, tam cathedralium ecclesiarum quam conventualium. Quæ omnia rex se indempniter observaturum protestans, eorundem una cum aliis magnatibus, ad suæ præcipue peregrinationis subsidium, postulatum de contributione reportavit assensum. Concessa est igitur regi decima pars proventuum ecclesiasticorum per triennium, a militibus vero scutagium illo anno, scilicet ad scutum tres marcæ. Rex autem bona fide promisit se omnia inviolabiliter observaturum, quæ et alias multociens juraverat, et pater suus Johannes primo affirmabat; et ut certiores fierent de promisso, præcepit super hoc in præsentia sua sententiam proferri in publicum, quod et factum est hoc modo.

Abbrev. Chron. iii. 326.

A tenth and scutage granted.

Sententia[1] *excommunicationis lata contra transgressores libertatis Ecclesiæ.*

Nobles assembled to excommunicate all who violate the charters.

Tertio igitur die Maii, in majori aula regia Westmonasterii sub præsentia et assensu domini Henrici iii., Dei gratia regis Angliæ illustris, et dominorum Ricardi comitis Cornubiæ fratris sui, et Rogeri comitis Norfolchiæ et Sufolchiæ marescalli Angliæ, Humfridi comitis Herefordiæ, Hugonis comitis Oxoniæ, Johannis comitis Warwiche, et aliorum optimatum regni Angliæ, Nos, Bonefacius divina miseratione Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, Fulco Londoniensis, Hugo Elyensis, Robertus Lincolniensis, Walterus Wygorniensis, Walterus Norwicensis, Petrus Herefordensis, Willelmus Sarum, Walterus Dunelmensis, Ricardus Exoniensis, Silvester Carleolensis, Willelmus Bathoniensis, Laurentius Rofensis, Thomas Menevensis, episcopi, pontificalibus induti, candelis accensis in transgressores libertatum et ecclesiasticarum libertatum seu liberarum consuetudinum regni Angliæ, et præcipue earum quæ continentur in carta libertatum regni

Abbrev. Chron. iii. 327. Hist. Anglor. iii. 137.

[1] This is collated with other copies by Madden. Hist. Anglor. iii. 137.

Abbrev. Chron. iii. 327.

Hist. Anglor. iii. 137.

Angliæ et carta de foresta, excommunicationis sententiam solenniter tulimus [1] hac forma : A.D. 1253.

Forma excommunicationis.

The sentence of excommunication.

Auctoritate Dei Omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti et gloriosæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum omniumque Apostolorum, et beati Thomæ archiepiscopi et martiris omniumque martirum, beati Edwardi regis Angliæ omniumque confessorum atque virginum, omniumque Sanctorum Dei, excommunicamus, anatematizamus, et liminibus sanctæ matris Ecclesiæ sequestramus omnes illos qui amodo scienter et maliciose ecclesias privaverint vel spoliaverint suo jure. Item omnes illos qui ecclesiasticas libertates vel antiquas regni consuetudines probatas et præcipue libertates et liberas consuetudines quæ in cartis omnium libertatum Angliæ et de foresta continentur, concessis a domino rege Angliæ archiepiscopis, episcopis, et ceteris Angliæ prælatis, comitibus, baronibus, militibus et libere tenentibus, qualicunque arte vel ingenio temere violaverint, diminuerint, seu inmutaverint, clam vel palam facto, verbo, vel consilio, contra illas vel earum aliquam in quocunque articulo temere veniendo. Item in illos qui contra illas vel earum aliquam statuta ediderint vel edita servaverint, consuetudines introduxerint vel servaverint introductas, scriptores statutorum necnon consiliarios et executores, et qui secundum ea præsumpserint judicare, qui omnes et singuli superius memorati hanc sententiam incursuros se noverint ipso facto qui scienter aliquid commiserint de prædictis. Qui vero ignoranter, nisi commoniti infra quindenam a tempore commonitionis se correxerint et arbitrio ordinariorum plenius satisfecerint de commissis, ex tunc sint hac sententia involuti. Eadem etiam sententia innodamus omnes illos qui pacem regis et regni præsumpserint perturbare. In cujus rei memoriam sempiternam nos sigilla nostra præsentibus duximus apponenda.

The king present, and assents to the ex-

Quo facto, prolata fuit in medium carta patris sui Johannis, in qua iterum concessit idem Johannes rex mera voluntate, unde recitari fecerunt libertates prædictas.

[1] *tulimus hac forma*] in hunc modum, Cl. Re.

A.D. 1253. communication.

Dum autem rex memoratam sententiam audisset, tenuit manum suam ad pectus suum sereno vultu et voluntario, et in fine, projectis candelis et fumigantibus, dixerunt singuli, "Sic extinguantur et fœteant in inferno omnes hujus "sententiæ incursores," et respondit rex cum omnibus astantibus, "Amen, Amen." Episcopus autem Lincolniæ Robertus, hujus rei suspicans instabilitatem, fecit ilico per totam diocesim Lincolniæ memoratam renovari sententiam. Abbrev. Chron. iii. 327.

Bp. Grosseteste has it read in his diocese.

The people of Bordeaux complain of Simon de Montfort.

Tunc[1] temporis Burdegalenses significarunt regi, quod nisi festinanter veniret in Wasconiam, omnia foret amissurus, addentes quod per tirannidem Symonis, comitis Legrecestriæ, multos subditos et amicos perdidisset; quod falsum est, quia multotiens[2] plures rebelles et fortiores edomitos regis subdiderat dominationi. Fecit igitur rex acclamari voce præconia in Wasconia, quod nullus ex tunc comiti Simoni intenderet vel obediret, addens quod propter oppressiones et querelas eorum deposuit prædictum comitem, et cartam, quam de optinenda Wasconia per triennium sequens præfecerat eidem, precio redemit. Quæ Wasconibus quamplurimum placuerat volentibus, ex quo sciebant ejus dominationem expirasse, seque regi inimicos facilius exhibere. Ernaldus[3] de Bosco, miles, constitutus est prothoforestarius loco Roberti Passelewe, scilicet in partibus Australibus Angliæ, usque ad fluvium qui dicitur Trenta; Johannes vero de Lexintona, miles, a dicto flumine usque ad regnum Scotiæ, loco Galfridi de Langeleia.[3] Miracula manifesta celebrantur ad tumbam Ricardi, episcopi Cicestrensis, cujus corpus exanimatum inventum est ciliciatum et circulis ferreis constrictum. Eligitur magister Johannes Clippinge in episcopum Cicestriæ, ejusdem ecclesiæ canonicus. Emanarunt Apostolica mandata per circuitum, ut quilibet episcopus, tam transmarinus quam cismarinus, districte visitaret monachos omnes, tam exemptos quam non exemptos, in sua diocesi constitutos, et eosdem compelleret ad quosdam articulos observandos, qui nec regulæ sancti Benedicti pertinent, nec de ejus substantia existunt; unde Franciæ monachi, pacem sibi cogitantes prævidere, datis quatuor milibus

The king deposes him from the government.

New grand foresters.

Miracles at the tomb of Richard bp. of Chichester.

John Clippinge elected bishop.

Papal mandate for a visitation of Benedictine monasteries.

---

[1] *Tunc . . verba* (p. 388)] om. Re.

[2] *multotiens*] altered in Ch., probably from multo, as Abb. Chron.

[3-3] *Ernaldus . . . Langeleia*] om. A. N.

Abbrev. Chron. iii. 328.

librarum Turonensium domino Papæ, hujusmodi impetum compescuerunt. Abbas similiter sancti Albani, cum cæteris paribus suis et eorum conventibus, ad præsentiam domini Papæ appellavit quam citius. Circa[1] kal. Junii, rex certificatus de desolatione Wasconiæ, milites omnes per Angliam, sibi servitium militare debentes, fecit summoneri, ut in octavis Trinitatis parati essent apud Portesmue, in Wasconiam cum rege transfretaturi, et eam ad dominium suum et pacem potenter revocaturi. Captis interim usque ad mille navibus, earum custodes, vento carentes, per tres ibi menses moram protraxerunt, et rex, thesauro pro magna parte jam consumpto, a proposito est præpeditus, ita quod transitus ille Dei videretur favore destitutus. Obiit episcopus Landavensis Willelmus, cujus obitum cæcitas septennis subarravit. Comes Rogerus Bigot, marescallus Angliæ, filiam regis Scotiæ, quam antea spreverat, judicio ecclesiæ salubriter eruditus, ad matrimonium libens accedens et tutus, reaccepit in uxorem. Rex autem, vento diu desiderato sibi prosperante, viii. idus Augusti, valedicens Angliæ, Neptuno se commisit, constitutis regni sui custodibus Ricardo comite fratre suo et regina; commissoque eorum custodiæ Edwardo primogenito suo. Circa Assumptionem vero beatæ Mariæ, applicuit rex in Wasconiam apud Burdegalim; occurrentes autem cives ipsum ut decuit reverenter susceperunt. Jussit igitur illico Regulam obsidione vallari, ubi quamplurimi hostium suorum Gasconensium latitabant, ipso Gastone ad regem Hispaniarum confugiente, cujus se fecit amicum, et Wasconiæ, eum[2] ut dicebant contingentis,[3] eidem promisit dominium. Audientes Franci quod rex Angliæ in Wasconiam adventasset, timentesque Pictavenses transfugium facere ad regem Angliæ dominum eorum, frugalem manum illuc militarem destinaverunt, non permittentes eos habere custodiam vel dominium castrorum vel civitatum; et sic licet inviti fideles effecti, nec Francis nocuerunt, nec Anglis prodesse potuerunt. Obiit[4] Thomas de Hertford, archidiaconus Norhumbriæ, in octavis sancti Laurentii, fine sancto et beato; hic quandoque beati Edmundi Cantuariensis archiepiscopi discipulus in scola,

A.D. 1253.

Those owing military service summoned to cross to Gascony.

Death of Will. bp. of Llandaff.

Roger Bigod takes back his wife, Isabella of Scotland.

Henry III. lands at Bordeaux.

La Réole besieged.

The French send forces to Poitou.

Death of Th. of Hertford, arch-

[1] *Circa kal. Junii rex*] Rex itaque, N.

[2] *eum*] om. W.

[3] *contingentis*] contingentes, Ch. Cl. N.; contingentem, T. W.; A. has been altered.

[4] *Obiit . . abundantem* (p. 391)] om. N.

A.D. 1253. deacon of Northumberland.

et socius extitit familiaris, unde factus ei usque ad mortem simillimus, sicut et magister Ricardus, postea factus episcopus Cicestriæ, ejusdem sequi nitebatur vestigia. Hic quia pauperum fuerat amator, cuidam pauperrimæ domui, fratrum scilicet de Monte Carmeli, corpus suum delegavit, Hunc sanctum archidiaconum Thomam, sicut et episcopum Cicestriæ Ricardum, licet non Romæ canonizentur, sancti Edmundi contubernio credimus indubitanter sociari. Hos igitur tres beatos, Edmundum, Ricardum, et Thomam, Dei confessores, Anglia in præsenti produxit gloriosos. Miles quidam de electioribus regis Franciæ, existentis tunc in Terra Sancta, non mediocriter accensus de filio suo milite strenuissimo, quem idem rex ipso nesciente fecit suspendi pro transgressione quadam, de quo etiam idem rex fideliter promisit patri suo præbere remedium, cuidam se soldano Christianis derelictis transtulit, et de amico factus est eis inimicus, et Paganis additus factus est apostata formidabilis.

Abbrev. Chron. iii. 328.

A French knight deserts to the Soldan.

Demands of Innocent IV. upon bp. Grosseteste.

Cum [1] dominus Papa Innocentius iv. significasset per Apostolica scripta episcopo Lincolniensi Roberto, sicut et multis aliis pluries fecerat, præcipiens ut aliquid faceret quod eidem episcopo videbatur injustum et rationi dissonum, rescripsit idem episcopus domino Papæ in hæc verba :

Rescribit domino Papæ Robertus Lincolniensis episcopus.

Letter of bp. Grosseteste [to the Papal Commissioners].

" Salutem.[2] Noverit discretio vestra quod mandatis Apostolicis affectione filiali devote et reverenter obedio. His quoque quæ mandatis Apostolicis adversantur, paternum zelans honorem, adversor et obsto. Ad utrumque enim teneor ex divino mandato. Apostolica [3] enim mandata non sunt nec esse possunt alia quam Apostolorum doctrinæ et Ipsius Domini nostri Jesu Christi, Apostolorum magistri et domini, Cujus tipum et personam maxime gerit in jerarchia ecclesiæ dominus Papa consona et conforma. Ait enim ipse Dominus noster Jesus Christus,

[1] *Cum . . . . abundantem* (p. 391)] om. A.

[2] This letter is collated with other copies in Matt. Par. Chron. Maj. v. 389, Hist. Anglor. iii. 140, Epistolæ Roberti Grosseteste, p. 432.

[3] *Apostolica enim mandata*] om. Cl.

Abbrev. Chron. iii. 329. Hist. Anglor. iii. 141.

A.D. 1253. Letter of bp. Grosseteste to the Papal Commissioners.

" *Qui non est mecum contra me est.* Contra Ipsum autem nec
" est nec esse potest Apostolicæ sedis sanctitas divinissima.
" Non est igitur prædictæ litteræ tenor Apostolicæ sancti-
" tati consonus, sed absonus plurimum et discors. Primo,
" quia de illius litteræ et ei consimilium longe lateque
" dispersarum super-accumulato *Non obstante,* non ex legis
" naturalis observàndæ necessitate inducto, scatet cathaclis-
" mus inconstanciæ, audaciæ, et procacitatis, invere-
" cundiæ mentiendi, fallendi, diffidentio[1] alicui credendi
" vel fidem adhibendi ; et ex his consequentium vitiorum
" quorum non est numerus, Christianæ religionis puri-
" tatem et socialis conversationis hominum tranquillitatem
" commovens et perturbans. Præterea post peccatum
" Luciferi, quod idem erit in fine temporum ipsius filii
" perditionis Antichristi, *quem interficiet Dominus spiritu* 2 Thess.
" *oris Sui,* non est nec esse potest alterum genus peccati ii. 8.
" tam adversum et contrarium Apostolorum doctrinæ et
" evangelicæ, et Ipsi Domino Jesu Christo tam odibile,
" detestabile, et abominabile quam animas curæ pastoralis
" officio[2] et ministerio vivificandas et salvandas pastoralis
" officii et ministerii[3] defraudatione mortificare et perdere.
" Quod peccatum evidentissime[4] scripturæ sacræ testi-
" moniis committere dinoscuntur, qui in potestate curæ
" pastoralis constituti de lacte et lana ovium Christi suis[5]
" carnalibus et temporalibus desideriis et necessitatibus
" prospiciunt, et pastoralia officia et ministeria in æternam
" ovium salutem operandam non administrant.[5] Ipsa enim
" ministeriorum pastoralium non administratio est, scrip-
" turæ testimonio, sed ovium occisio et perditio. Quod
" autem hæc duo genera peccatorum, licet dispariter, sint
" pessima et omne alterum genus peccati inæstimabiliter
" superexcedentia, manifestum est ex hoc, quod ipsa sunt
" duobus existentibus et dictis, licet dispariter et dissimi-
" liter, optimis directe contraria. Pessimum enim est quod
" optimo contrarium est; quantum autem est in dictis
" peccantibus, unum peccaminum est ipsius Deitatis super-

---

[1] *diffidentio*] so altered in Ch., probably from diffidenter; diffidentia, T. W.

[2] *officio . . . pastoralis*] in the margin (later) in Ch.

[3] *ministerii*] misterii, Ch.

[4] *evidentissime*] altered from evidentissimis in Ch.

[5–5] Over erasure in Ch.

A.D. 1253. Letter of bp. Grosseteste to the Papal Commissioners.

" essentialiter et supernaturaliter optimæ, alterum vero
" De[i]formitatis et Deificationis[1] ex divini radii gratifica
" participatione essentialiter et naturaliter optimæ, interemp-
" tio. Et quia sicut in bonis causa boni melior est suo
" causato, sic et in malis causa mali pejor est suo causato.
" Manifestum est quoniam talium pessimorum interemp-
" torum De[i]formitatis et Deificationis[1] in ovibus Christi
" in ecclesia Dei introductores ipsis pessimis interemptori-
" bus sunt pejores, Lucifero et Antichristo proximiores, et
" in hac pejoritate gradatim[2] magis super excellentes, qui
2 Cor. x. 8. " ex majore et diviniore potestate sibi divinitus *in ædificatio-*
" *nem, non in destructionem* tradita magis tenentur ab ecclesia
" Dei tales interemptores pessimos excludere et extirpare.
" Non potest igitur sanctissima sedes Apostolica, cui a
" sancto sanctorum Domino Jesu Christo tradita est potestas
" omnimoda, testante Apostolo *in ædificationem, non in des-*
" *tructionem*, aliquid vergens in hujusmodi peccatum, domino
" Jesu Christo tam odibile, detestabile, et abominabile, et
" humano generi summe perniciabile,[3] vel mandare vel
" præcipere vel quoque modo ad aliquid tale conari. Hoc
" enim esset suæ potestatis evidenter sanctissimæ et plenis-
" simæ vel defectio vel corruptio vel abusio, et a throno
" gloriæ Domini nostri Jesu Christi omnimodo elongatio,
" et in cathedra pestilentiæ pœnarum gehennalium duobus
" prædictis tenebrarum principibus proxima coassessio. Nec
" potest quis immaculata et sincera obedientia eidem sedi
" subditus et fidelis, et a corpore Christi et eadem sancta
" sede per scisma non abscisus,[4] [hujusmodi] mandatis vel
" præceptis vel quibuscumque conaminibus undecumque
" emanantibus, etiam si a supremo Angelorum ordine, optem-
" perare; sed necesse habet totis viribus contradicere et
" rebellare. Propter hoc, reverendi domini, ego ex debito
" obedientiæ et fidelitatis qua teneor utrique parenti Aposto-
" licæ sedis sanctissimæ, et ex amore unionis in corpore Christi
" cum ea, his quæ in prædicta littera continentur et maxime
" quæ[5] in prætactum peccatum Domino Jesu Christo

Abbrev. Chron. iii. 329. Hist. Anglor. id. 142.

[1] *Deificationis*] destructionis, T. W.

[2] Ch. has quanto, as Par. here, but it is expuncted.

[3] *perniciabile*] pervitabile, Ch. Cl. Re.

[4] *abscisus*] altered in Ch., probably from ab hujus, as in the C. C. MS. of Paris.

[5] *quæ in*] over erasure in Ch.

Abbrev. Chron. iii. 329. Hist. Anglor. iii. 143.

" abominabilissimum et humano generi perniciosissimum A.D. 1253.
" evidentissime vergunt, et Apostolicæ sedis sanctitati [1] Letter of bp. Grosseteste to the Papal Commissioners.
" omnino adversantur et contrariantur Catholicæ fidei
" unicæ, filialiter et obedienter non obedio, contradico, et
" rebello. Nec ob hoc potest inde vestra discretio quic-
" quam durum contra me statuere, quia omnis mea in hac
" parte et contradictio et actio nec contradictio est nec
" rebellio, sed filialis divino mandato debita patri et matri [2]
" honoratio. Breviter autem recolligens dico, Apostolicæ
" sedis sanctitas non potest nisi quæ *in ædificationem* sunt
" *et non destructionem;* hæc est enim potestatis plenitudo,
" omnia posse in ædificationem. Hæ autem quæ [3] vocantur
" provisiones non sunt in ædificationem, sed in manifestam
" destructionem. Non igitur eas potest beata sedes Apos-
" tolica attemptare, quia *caro et sanguis*, quæ regnum Dei S. Matt. xvi. 17.
" non possidebunt, *eas revelavit*, et non Pater Domini nostri
" Jesu Christi *Qui est in cælis.*"

Cum hæc epistola ad noticiam papalem pervenisset, ipse dominus Papa valde commotus ipsum proposuit mittentem in tantam præcipitare confusionem, ut toti mundo foret stupor et tremoris exemplum; tandem tamen consilio saniori emollitus, sub dissimulatione permisit transire, ne majorem videretur super hoc tumultum excitare. Anger of the Pope on receiving the letter.

In vigilia Assumptionis obiit venerabilis vir Ranulphus, abbas Rameseiæ, domum suam et gregem tam in spiritualibus quam temporalibus relinquens abundantem. Rex nuncios suos solempnes destinavit ad regem Hispaniæ, scilicet episcopum Bathoniensem et Johannem Mansel clericum suum specialem, postulans sororem suam Edwardo filio suo primogenito et hæredi regni Angliæ legitimo matrimonialiter copulari et ut ipse rex eundem Edwardum cingulo donaret militari. Death of the abbat of Ramsey. Alienora of Spain asked in marriage for Edward.

Episcopus Lincolniensis Robertus, ægritudinis lecto detentus, in spiritu cognoscens tribulationes Ecclesiæ in proximo imminere, recitansque coram clericis suis quædam facta Romanæ curiæ, graviter redarguit tam fratres Prædicatores quam Minores, dicens quod eorum ordo ideo in paupertate volun- Bp. Grosseteste's blame of the Friars.

---

[1] *sanctitati*] altered in Ch. from sanctitate, which the C. C. MS. of Paris has.

[2] *matri*] vestri, Ch.

[3] *quæ vocantur*] altered in Ch. from quas vocant.

A.D. 1253. taria, id est spiritus, constituitur, ut liberius magnatum error ab eisdem reprehendatur. Quia

Abbrev. Chron. iii. 330.

Juv. x. 22. Cantabit vacuus coram latrone viator.

In hoc autem quod ipsi peccata magnatum audacter non redarguunt, eosdem hæreticos dixit manifestos; et addidit:

Diffinitio hæresis extracta a Græco.

Grosseteste's definition of heresy.

"Hæresis est sententia humano sensu electa, scripturæ "sacræ contraria, palam edocta, pertinaciter defensa. Hære- "sis enim Græce electio est Latine. Dare autem curam "animarum parvulo, sententia est alicujus prælati, humano "sensu electa propter carnem vel teneritatem; et est scrip- "turæ sacræ contraria, quæ prohibet fieri pastores qui non "sunt idonei ad arcendum lupos, et est palam edocta quia "manifeste portatur carta sigillata vel bullata, vel est per- "tinaciter defensa, quia si quis voluerit contradicere, sus- "penditur et excommunicatur. Cui autem tota diffinitio "hæresis convenit, hæreticus est; sed quisque fidelis tene- "tur se opponere hæretico quantum potest. Qui ergo potest "contradicere et non contradicit, peccat, et videtur fautor "esse erroris, secundum illud Gregorii, 'Non[1] caret scrupulo "'societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.'"

Death of bp. Grosseteste, 9 Oct.

Cum hæc et alia multa lugubria querula voce de statu Ecclesiæ proposuisset episcopus memoratus, ab hujus mundi exilio, quem semper exosum habuit, in nocte sancti Dionisii, apud Bugedene, manerium suum, feliciter migravit. In eadem vero nocte, ut dicitur, episcopus Londoniensis Fulco, cum esset prope illud manerium, audivit signum dulcissimum in sullimi pulsari. Fratres etiam quidam Minores versus illum locum properantes, illius mortis ignari, classicum melicum in sullimi audierunt campanarum, inter quas unum signum dulcissimum articulatim audierunt præelectum. Tandem vero cognoverunt utrique illam visionis seu auditionis horam extitisse, in qua idem sanctus episcopus feliciter migravit a corpore.

Miraculous signs.

[1] Gratian. Dist. lxxxiii. 3, lxxxvi. 3.

Abbrev. Chron. iii. 330.

Obiit[1] Willelmus de Wescy, miles quidam de nobilioribus baronibus Borealium partium Angliæ, rege tunc in Wasconia existente, et eandem custodiam alienigenæ cuidam committente.[1] Defuncto, ut prædictum est, episcopo Lincolniæ Roberto, orta est discordia inter archiepiscopum Cantuariæ et canonicos Lincolniæ. Vendicabat enim archiepiscopus potestatem conferendi præbendas et redditus in eodem episcopatu tunc vacante. Canonici vero cum multis clericis jus hujusmodi non ignorantibus, contradixerunt, unde archiepiscopus eos et omnes contradictores excommunicavit; sed magister Willelmus Lupus ei in faciem contradicens, pro omnibus ad sedem Apostolicam appellavit. Alianora regina Angliæ peperit filiam Londoniis, die sanctæ Katerinæ, quæ, ab archiepiscopo Cantuariensi baptizata, a die nativitatis suæ nomen sortita est Katerina. Parisius orta est discordia sumptuosa inter scolares et fratres Prædicatores. Noluerunt enim ipsi fratres approbatis consuetudinibus et juribus universitatis subjacere, sed pro voluntate propria regere et cessare, aliaque communitati contraria perpetrare; unde utrobique Roma petita, consumpta pecunia et labore, vix est pax reformata. In ecclesia vero Lincolniæ cumulantur diatim miracula miraculis. Operante enim Domino pro prædicto sancto Roberto, alii sancti, qui in eadem requiescunt ecclesia, videlicet sancti Remigius et Hugo, ad beneficia fidelibus impendenda suscitantur. Hic[2] vero Robertus, bonum habens zelum ad Dominum et proximum, licet canonicos suos multum vexaverit, et in religiosos terribiliter, religiosas vero terribilius, fulguraverit, confidenter tamen dico quod plus Deo placuerunt ejus virtutes quam displicuerunt excessus; quod nunc per miracula ad tumbam ejus manifestatur choruscantia.[3]

A.D. 1253. Death of William de Vescy.

Quarrel between abp. Boniface and the Lincoln canons.

Katharine daughter of Henry III. born.

Disturbance at Paris between the scholars and the Dominicans.

Miracles in Lincoln Cathedral.

De perendinatione regis apud Besanciam.

Anno gratiæ MCCLIV°. Rex[4] Henricus iii., anno regni sui xxxviii., fuit ad Natale Domini in Wasconia apud Besaceam, ubi Wasconensibus in vestibus duplicibus et aliis rebus de-

Henry III. at Basaz.

[1–1] *Obiit . . . committente*] om. N. The *alienigena* was probably Peter of Savoy.

[2–3] *Hic . . . choruscantia*] om. N.

[3] The *Historia Anglorum* of Matthew Paris ends with this year.

[4] *Rex . . . reperire* (p. 395)] om. Re.

A.D. 1254. siderabilibus preciosa contulit donativa. Regina autem, surgens a puerperio, domino suo regi de suis redditibus quingentas marcas transmisit. In crastino vero beati Thomæ martiris, Lincolnienses canonici elegerunt sibi in episcopum magistrum Henricum de Lexintona, ejusdem ecclesiæ decanum, qui transfretans ut regi præsentaretur, coram eo formidabat apparere, quia ipsum et totum capitulum rex precibus sollicitaverat, ut episcopum Herefordensem eligerent, quod tamen omnes renuebant; veruntamen rex, non inveniens in dicto electo causam reprobationis, ipsum admisit. Circa idem tempus vocaverat rex reginam et primogenitum suum et hæredem Edwardum, ut ad eum venire quamtocius non omittant, ut ad effectum duceretur quod prælocutum est de matrimonio inter ipsum et regem Hispaniæ contrahendo. Venerunt in Franciam quidam Sarraceni ad fidem Christi conversi, quorum quidam erant baptizati, quidam vero baptizandi. Et hoc fuit eorum causa conversionis; viderant enim quondam regem miraculose a manibus potentissimi Babiloniæ soldani liberatum, maximam insuper regis in adversitate patientiam, in proposito inflexibilem constantiam, et quod post captionem suam moram continuavit, castra firmavit, civitates contra Dei sui hostes communivit; quod pro amore Dei sui regnum suum deseruerit, se maris, bellorum, et alienorum regnorum periculis expositurus, pro animabus infidelium lucrandis laboravit. Orthodoxorum insuper informatione didicerant, quod Machometi lex spurcissima animarum est intoxicativa. Attulerant autem regis Franciæ litteras patentes, ut de elemosinis regis sustentarentur donec ipse veniret in proprias partes, eis plenius provisurus. In[1] Septuagesima vero applicuerunt naves quædam barbarorum, rabie ventorum agitatæ, magnæ quidem et elegantes, quibus non sunt visæ penes nos consimiles, armamentis navalibus et bellicis victualibusque omnimodis communitæ, et appulsæ sunt non longe a Berewico. Et cum interrogarentur, quinam essent, noluerunt vel forte nescierunt intelligibiliter intimare, qui, cur, unde, vel qualiter advenissent; nec linguam eorum aliquis ex ballivis intellexit, unde permissæ sunt in pace recedere. Visæ sunt etiam aliæ tales naves supra mare. Gasto de Biarre, congregata hostium regis multitudine, temere attemptavit civitatem Baoniæ seditiose et hostiliter

Abbrev Chron. iii. 331.

Henry of Lexinton bp. of Lincoln.

Henry III. sends for his wife and son.

Converted Saracens in France.

Reason of their conversion.

Ships from an unknown country touch at Berwick, 8 Feb.

Attempt on Bayonne by Gaston de Béarn.

[1] *In . . . remaneret* (p. 395)] om. A. N.

Abbrev. Chron. iii. 332.

intrare, eamque sibi occupare. Est autem Baonia [civitas] sita supra mare, secunda in tota Wasconia. Sed plerique de civibus quosdam admittentes de hostibus regis, quia et ipsi eum oderant, comprehensi sunt per regis fideles, et cum aliis proditoribus puniti. Johannes Hansard, non ultimus inter partium Aquilonarium optimates, obiit in expeditione, funere geneali.[1] Cessante autem frigoris asperitate, quæ fere tota illa hyeme inhorruerat continuata, tanta ovium et ferarum pestis sequebatur mortifera, ut ovilia ovibus, forestæ feris vacuarentur; in copiosis autem gregibus vix pars dimidia remaneret.

A.D. 1254.

Death of John Hansard.

Murrain.

Dominus[2] Papa considerans liberales artes jam in mecanicas fuisse pæne conversas propter lucrum, adolescentesque ætate et scientia satis simplices cathedras ascendere indigne magistrales, ut elevati tumeant[3] et facti venerabiliores sine fundamento ad culmina scandant celsiora, scripsit elegantem super hoc epistolam ad omnes prælatos in regnis Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Walliæ, Hispaniæ, et Hungariæ constitutos, salubre[4] providens consilium et conve[niens][5] contra hujusmodi indiscretam præsumptionem, quam alibi[6] sedulus poterit indagator reperire.[2] Cogitante Papa Innocentio, ut generaliter dicitur, ossa episcopi Lincolniensis Roberti extra ecclesiam proicere, nocte sequenti apparuit ei idem episcopus, ut dicitur, pontificalibus redimitus; vultuque sereno[7] et intuitu austero ac voce terribili ipsum Papam affatur, pungens ipsum in latere cuspide baculi pastoralis, et dixit, "Senebalde Papa, proposuistine "ossa mea in mei et ecclesiæ Lincolniensis opprobrium "extra ecclesiam proicere? Unde hæc tibi temeritas? "Nullam potestatem in me habere te Dominus amodo pa-"tietur; scripsi tibi in spiritu humilitatis, ut errores "tuos corrigeres, sed tu monita salubria contempsisti; væ "qui spernis, nonne et tu sperneris?" Et sic recedens ipsum Papam quasi lancea transverberatum dereliquit, cum suspiriis ingemiscentem.

Letter of Innocent IV.

Vision of bp. Grosseteste by P. Innocent IV.

---

[1] *geneali*] generali, Cl. W.

[2–2] *Dominus . . . reperire*] om. N.

[3] *tumeant*] so Ch. originally; it is altered to *timeantur*, and so A. Cl.

[4] *salubre*] salubres, T.

[5] *et conveniens*] commune, T. W.; om. Cl.

[6] Matt. Par. Additamenta 146, vi. p. 293.

[7] *sereno*] sic MSS.; severo, Abb. Chron.

A.D. 1254. Confirmation of the bp. of Lincoln.

Quinto[1] kalendas Aprilis, confirmatus est electus Lincolniensis, videlicet dominus Henricus de Lexintona, decanus ejusdem ecclesiæ, ab archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio. Mense autem sub eodem, videlicet tertio idus Maii, obiit episcopus Karleolensis Silvester, supinus corruens de equo, et ossium dissolutis compagibus expirans. Eodem tempore, scilicet nono kalendas Aprilis, obiit comes de Ferrariis Willelmus, filius Willelmi, vir discretus et legum terræ peritus; hic in carpento vel lectica vehi solebat, et dum quadam die vehiculum suum super quendam pontem, scilicet apud sanctum Neotum, caderet evolutum, ipse contritis membris ad mortem tendebat velocius. Anno eodem confectum est crisma in ecclesia sancti Albani a venerabili episcopo Bangorensi Ricardo. Commissum est tunc temporis bellum cruentissimum in confinio Flandriæ et Braibantiæ inter Francos et Flandrenses ex una parte, et comitissam Flandriæ et ejus complices, videlicet Willelmum de Hoilande regem Alemanniæ, et multos alios magnates Braibantiæ et Alemanniæ ex altera, pro duobus filiis dictæ comitissæ de viris duobus progenitis. In quo certamine lamentabili ceciderunt bellatores strenuissimi, ita ut de una civitate Flandriæ jacuerunt[2] ad decem milia interempti. Tandem cessit victoria Willelmo de Hoilande regi memorato et Alemannis. Franci autem victi, vulnerati, et pro majori parte trucidati, deteriorem calculum subierunt. In abissum igitur desperationis et desolationis Franci præcipitati, significabant domino regi Franciæ, in partibus adhuc transmarinis commoranti post redemptionem suam, ut ad propria quamtocius redire properaret, addentes qualiter corona Franciæ titubaret[3] per superbiam muliebrem, comitissæ scilicet Flandriæ, quæ, duobus innitens filiis et duobus viris, totum regnum Galliæ replevit angustiis. Ipso tempore missus erat pro negociis regis Angliæ ad partes illas dominus Johannes prior de Neuburgo, qui super his casibus certificatus, hæc scripturæ plenius et processive commendabat. Captorum autem et occisorum magnatum, militum, servientium, et de communiis

Abbrev. Chron. iii. 333.

Deaths of the bp. of Carlisle and earl Ferrers.

Chrism at St. Alban's.

Battle in Flanders.

Louis IX. sent for by the French from the Holy Land.

Account of these things written by John prior of Newburgh.

---

[1] *Quinto . . . inficiendo* (p. 399)] om. Re.

[2] *jacuerunt*] so altered in Ch. from jacerunt, as the Abbrev. Chronic. has.

[3] *titubaret*] tutubaret, Ch. as the Abb. Chron.

Abbrev. Chron. iii. 334.

armatorum in illo prælio ad plus quam centum milia dicitur numerus ascendisse. A.D. 1254.

In quindena Paschæ congregati magnates Angliæ ad parlamentum Londoniæ per tres fere septimanas adventum comitis Ricardi inaniter expectarunt; quibus rex significavit, quod pecunia et viribus indigebat amplioribus. Responderunt autem omnes quod nequaquam ad succursum domini sui regis corporaliter venire omitterent, si de hostili adventu regis Hispaniæ, hoc comminantis ut dicebant, plenius certificarentur, mirabanturque quod idem rex nunquam tempore, quo comes Legrecestriæ Symon Wasconiæ præfuit, eam vendicavit. Unde argumentis hujusmodi, sed et per eundem comitem, qui tunc de partibus rediit transmarinis veritatem nuntians, super hoc magnates edocti, falsum intelligentes hujusmodi esse mandatum, cum indignatione redierunt. Exigente comite Ricardo non modicam pecuniam ab Judæis ad opus regis, quamplurimum indigentis, Helias de Londonia, pontifex Judæorum, respondit pro omnibus, "O domini, videmus quod "dominus rex nos delere proponit de sub cælo; det "nobis, petimus, licentiam, ecce parati sumus de regno "suo exire, et recedemus irredituri." Hæc cum singultibus et lacrimis dicebat amarissimis, unde magistratus, eorum miserti, eos [1] permiserunt recedere.

Parliament in London.

Earl Richard exacts money from the Jews.

They ask to leave the kingdom.

Irruptio [2] alia hostilis facta est inter Francos et Alemannos. Frisones, qui neutraliter se habebant, a Willelmo de Holande hostiliter impetuntur.[2] Tunc temporis, scilicet xvi. kalendas Junii, consecratus est in episcopum Lincolniensis electus Henricus de Lexintona ab archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio, in partibus transmarinis. Cum in exercitu regis in Wasconia Walenses quidam punirentur a fratribus regis et Pictavensibus, nulla prius mota querela super hoc coram comite Herefordiæ, qui secundum antiquum jus constabularius esse dinoscitur regii exercitus; et super hoc idem comes querimoniam [reponens] [3] coram rege nil nisi sannas reportaret, indignantes super hoc Angli proposuerunt in Pictavenses irruere. Rex autem pavescens, veniamque

Battle between the French and Germans.

Consecration of the bishop of Lincoln.

Troubles in Gascony from the punishment of some Welsh.

---

[1] *non* has been erased in Ch.; it is not in the other MSS.

[2–2] *Irruptio . . . impetuntur*] om. N.

[3] *reponens*] omitted also in Abb. Chron.

A.D. 1254. humiliter postulans, vix furorem eorum compescuit quin sanguis latius inundaret. Unde quidam magnatum videntes pacis firmitatem elongari, de regis tamen licentia quam citius redierunt ad propria. Revocatum est et cassatum judicium injustum, quo Henricus De la Mare, itinerans justiciarius, fecit amerciari domum sancti Albani ad centum libras, eo quod homines abbatis non venerunt coram eo extra libertatem sancti Albani, sicut nec debuerunt. Unde impetravit idem[1] abbas litteras regis super hoc, regina et comite Ricardo existentibus regni custodibus, regeque agente in Wasconia. Concessum est eodem anno a rege Henrico iii., quod monachi de Westmonasterio et eorum successores coram quibuscunque justiciariis regis habeant extractas rotulorum de amerceamentis et omnimodis finibus hominum suorum, et de catallis fugitivorum et dampnatorum eorundem. Inde autem fuit prius carta confecta et illis concessa anno gratiæ MCCLII°. Quo etiam anno concessum est eis, quod conventus habebit quæcumque eos contingunt tempore vacationis.

Abbrev. Chron. iii. 335.

The unjust fine on St. Alban's remitted.

The Westminster monks allowed to make extracts from the rolls.

Cum[2] Winchelienses reginæ transfretaturæ navem paravissent sufficientem, Jeremuenses vero Edwardo multo pulcriorem, mota est inter eos discordia, ita ut nave pulcriori confracta, nautas invadentes quosdam vulneraverunt, quosdam interemerunt. Unde querela super hoc reposita non modica, ad tantæ transgressionis ultionem unanimiter omnes intenderunt. Regina autem hujus[modi] perturbata contentione, cum ad transfretandum, paratis omnibus, et ipsa pararetur, ecce aliud mandatum regis, priori contrarium, advenit, ne regina transfretaret. Læsa igitur utrobique et angustiata, quid ageret excogitat. Ad se autem conversa, a proposito statuit non differre se, sed cum filiis suis et familia nobili, sub ducatu avunculi sui, Cantuariensis archiepiscopi, quarto kalendas Junii, apud Portesmue navem ascendit; pridie autem [nonas][3] Junii applicuit apud Burdegalim. Loco autem ipsius reginæ substitutus est regni custos Walterus de Gray, archiepiscopus Eboracensis. Illo[4] autem anno ventus Borealis continue perflans vernos flores et fructus per tres menses et amplius suffocavit. Circa kalendas Julii, tempore

Quarrel between Winchelsea and Yarmouth.

The queen embarks at Portsmouth, 29 May.

She lands at Bordeaux, 4 June.

Archbishop W. de Gray guardian of the kingdom.

[1] *idem*] illud, Ch. A. Cl.

[2] *Cum . . . inficiendo* (p. 399)] om. N.

[3] *nonas*] in the margin later Ch.; Cl. has kal. in the margin. It is omitted in the Abbrev. Chron.

[4] *Illo . . . inficiendo* (p. 399)] om. A.

Abbrev. Chron. iii. 335.

solsticiali, subita prorupit inundatio pluvialis cum grandine, qualem non prævidimus, durans per unam horam et amplius, abradens coopertoria domorum et ramos dilacerans arborum. A.D. 1254. Rain and hail.

Mense Mai obiit spes Anglorum et gloria, adolescens miræ speciei et desideriorum, Henricus filius imperatoris Fretherici. Interiit autem, ut asseritur, ipso rege Conrado procurante, quod non est credibile nec videtur, cum idem rex post prædictam mortem nunquam, ut ante, vultum ostendit serenum. Sed re vera quidam flagitiosus, Johannes Maurus, ipsum potionatum et adhuc sub morte palpitantem quodam manutergio suffocavit. Death of Henry, son of Frederick II.

Orta est gravissima dissensio inter dominum Papam et Conradum regem Siculorum. Accusavit enim eum Papa in multis, de hæresi scilicet et homicidio. Ille autem singulis respondit, constanter inficiendo. Quarrel between Innocent IV. and Conrad king of Sicily.

Missus est Edwardus filius regis primogenitus, in magna pompa et apparatu, ad regem Hispaniæ Amfulsum, ubi Alienoram juvenculam, sororem ipsius regis, apud Bures desponsavit, et ab eodem cingulo donatur militari. Rediens autem Edwardus cum nuru sua ad patrem, detulit secum cartam domini regis Hispaniæ, quod quietam clamavit totam Wasconiam pro se et hæredibus suis, auro bullatam. Edward sent to Spain for his marriage.

Contulit autem illico dominus rex Angliæ filio suo prædicto et ejus uxori Wasconiam, Hiberniam, Walliam, Bristoldum, Stanfordiam, Graham, cum aliis. Ex ipso tempore cœpit rex reditum in Angliam maturare. Gascony, Ireland, Wales, &c. granted to him.

Compertumque est certis ratiociniis regem per ipsam in Wasconiam transmigrationem consumpsisse in expensis vicesies et septies centum milia librarum et amplius, exceptis terris, gardis, et redditibus, quos contulit alienis, et triginta milibus marcarum in fratribus suis uterinis consumptis. Amount spent by Henry III. in Gascony.

In [1] translatione sancti Benedicti venit episcopus Norwicensis ad sanctum Albanum, ex præcepto tam Papæ quam regis, ut bona omnia ecclesiæ illius, excepta baronia, decimaret; secundum quod concessum fuit regi per triennium, conditionaliter tamen, ad Terræ Sanctæ subventionem peregrinanti. Convocavit igitur omnes ecclesiarum rectores et vicarios, et custodes ecclesiarum de terra sancti Albani, ut bona eorum præstito taxarentur sacramento. Omnesque Taxation of S. Alban's by the bishop of Norwich.

[1] *In . . . pacificaret* (p. 409)] om. Re.

A.D. 1254. obedientiarios ejusdem monasterii fecit bona sua districte et fideliter taxare, asserens quod postmodum fieret super eandem taxationem inquisitio cum diligenti et districta excussione. Monstraverat insuper autentica sua, tam papalia quam regalia, et quod invitus illa subierat gravamina. Unde novitas excrevit inaudita. Consueverunt hactenus populares prælatis decimas exhibere; nunc ordine retrogrado et perverso coguntur prælati decimas persolvere laicis et inviti. Abbrev. Chron. iii. 336.

Return of Louis IX., who lands at Marseilles.

Circa [1] translationem vero prædictam, scilicet sancti Benedicti, venit dominus rex Franciæ de Terra Sancta, vocantibus eum urgentissime magnatibus sui regni, ut prædictum est; qui cum prospere applicuisset in partibus Marsiliæ, quæ non multum distant a Monte Pessulano, ibidem paulisper quiescens commorabatur. Sed suis stimulantibus proceribus, ad Franciam venire festinabat, quia vix breves treugas rex Alemanniæ, Willelmus prædictus, Francis concessit seu tenuit. Veniens igitur rex memoratus in propria, illico tractavit qualiter præfatam dissensionem, advocationis suæ causam, mediante justicia, pacificaret. Quinto idus Augusti, obiit episcopus Eliensis Hugo, quandoque abbas sancti Edmundi, qui in utraque ecclesia circiter xl. annis Deo laudabiliter militaverat; cujus corpus cum magna sepultum est veneratione in Eliensi ecclesia, in presbiterio nobilissimo, quod a fundamentis sumptibus propriis magnifice construxerat. In cujus obitu flos nigrorum obiit monachorum, quia sicut abbas abbatum in Anglia extiterat, ita et episcopus episcoporum choruscavit.

Obiit flos nigrorum monachorum Hugo episcopus Eliensis.

Death of Hugh bishop of Ely, 9 Aug.

S. Peter's church at St. Alban's struck by lightning, 14 Aug.

In [2] vigilia Assumptionis circa horam primam, comitante inundatione pluviali, insonuit ictus tonitrui cum fulgure, quod cadens super turrim ecclesiæ sancti Petri in villa sancti Albani, et eam penetrans cum horribili fragore, materiem quernam quasi plectam contorsit, et quasi in fila minuta dissipando contrivit. Eligitur magister Thomas de Veteri Ponte in episcopum Karleolensem, licet dominus rex pro alio, scilicet priore de Neuburgo, urgentissime supplicasset.[1] Venerunt in æstate quidam nobiles de imperio Græcorum, examito vestiti, cum equis, summariis, et familia copiosa ad curiam Romanam, qui dominum Papam aggre-

Thomas Vipont bishop of Carlisle.

[1–1] *Circa . . . . supplicasset*] om. A. N.

[2–1] *In . . . supplicasset*] om Re.

Abbrev. Chron. iii. 337.

dientes, verbis asperrimis inposuerunt ei quod enormiter erravit in fide, et per eum omnes Latini, qui dicunt Spiritum [1] procedere a Patre et Filio, Qui tantum a Patre procedere asseritur secundum Græcorum probationem et approbationem; et hic est error antiquus Græcorum. Aliaque inconvenientia redarguebant, quæ curia eadem evidentius exercebat. Papa autem pretiosa eis munera contulit, et sane instructos remisit. A.D. 1254. Certain Greeks attack the Pope on the question of the Procession.

Cum [2] magister Albertus, ad Romam reversus, responsum comitis Ricardi domino Papæ nuntiasset, missis iterum Papa secretis nuntiis ad regem Angliæ optulit ei et concessit regnum Siciliæ et Apuliæ, ad opus Edmundi filii sui, ut videlicet ipse eas adquirere festinaret regaliter et [3] juvamen præstare, quale sine gravamine posset. Rex autem de promisso adeo exhilaratus est, ut prædictum Edmundum jam regem Siciliæ palam vocaret, credens profecto se jam subarratum de regno. Rex igitur, quicquid pecuniæ habere poterat, misit domino Papæ, ut Conradum et omnes suos Siculos et Appulos expugnaret. Papa autem non modicum congregavit [4] exercitum, et eis necessaria copiose distribuit; cumque defecissent expensæ, regi significavit, qui mittens ei litteras patentes obligatorias omnia promisit adquietare. Papa autem mandatis hujusmodi adquiescens, recepto ab usurariis infinito thesauro, innumeros ad exercitum suum congregavit, quorum multitudo parum papali commodo vel regali profecit. Rex igitur Conradus irruptiones perpessus hostiles, comminationes, obprobria, et diffamationes, gravi cœpit dolore contabescere, et letali lecto decumbere. Dicebatque, "Væ mihi misero, ut quid me "genuit pater meus? Imperium quod usque nunc floruit, "modo marcescit." Maledicens igitur diei nativitatis suæ, miser migravit a corpore. Papa autem hoc audiens, et ad ulteriores partes Apuliæ se transferens, totum fere regnum usurpavit. Quod videntes optimates regionis, indignati sunt; et suscitantes quendam filium Fretherici naturalem, nomine Memfredum, adhæserunt ei, facientes ei homagium; et sic factus est novissimus error pejor priore.

The Pope offers the kingdom of Sicily to Edmund, son of Henry III.

The Pope's army against Conrad.

Death of Conrad.

The Pope seizes on Apulia; the nobles adhere to Manfred.

---

[1] *Spiritum*] altered in Ch., probably from filium, which the Abbrev. Chron. has (p. 337, note [4]).

[2] *Cum . . . sublati* (p. 402)] om. Re.

[3] *et*] interlined in Ch.

[4] *congregavit*] congregans, MSS.

A.D. 1254. Appeal of St. Alban's to Rome, 16 Aug.

In crastino vero Assumptionis, arripuerunt iter duo monachi ecclesiæ sancti Albani versus Romam, ad repellendum insolentiam episcoporum, qui visitationem nitebantur facere in eadem ecclesia, secundum Apostolica mandata, contra suorum tenorem privilegiorum, videlicet dominus Willelmus de Huntedune, et dominus Johannes de Bolum. Eodem [1] anno, cum hyemali tempore mare omnes terras sibi vicinas occupasset, ita quod nec fruges poterant apparere, nec arbores virere aut frondescere, adveniente tempore autumnali, inventæ sunt omnes terræ illæ, licet diligenter cultæ, omni frugum genere carentes, salsugine maris debriatæ. Ligna quoque tam silvestria quam fructifera arefacta, solis patuerunt securibus excidenda. Unde nautæ in aquis operantes veraciter sunt experti quod mare in illa fluctuatione, quasi de alveo suo exiens, harenas in medio sui, ubi solet esse altitudo, patefecit. Abbrev. Chron. iii. 338.

Inundations of the sea.

English nobles seized at Pons.

Cum comes de Warewic, Johannes de Pleysiz, et Gilebertus de Segrave, et alii nobiles Angliæ cum eisdem per terram proposuissent a Wasconia repatriare, venissentque ad quandam civitatem in Pictavia, quæ Pontes dicitur, occurrentibus civibus et applaudentibus, honorifice suscepti sunt. Quibus in securitate, ut putabant, epulantibus, ecce currentes cives, celata proditione inter eos composita, dixerunt eisdem, "Ecce comites vestri et familia vestra "moverunt jam seditionem in civitate." Erant namque in civitate hospitati præter eos viri præclari de regno Angliæ quamplurimi. Et cum clamatum esset ad arma, reposcebant arma sua hospitibus prius tradita sibi liberari. Ipsi noluerunt, sed, ut provisum fuit, ipsa retinuerunt. Irruerunt igitur in eos cives armati, et inmisericorditer captos custodiæ manciparunt carcerali, nec eis valuerunt litteræ regis Franciæ de salvo progressu. Rex autem hoc audiens scripsit pro eis civibus eisdem, sed ejus contempserunt mandatum.[1] Obiit Willelmus de Cantilupo, juvenis elegans et dives, qui jam tertius fuit Canteluporum qui infra paucos annos de medio sunt sublati.

Death of William de Cantelupe.

Writs issued for an inquiry into the

In festo sancti Edwardi, emanavit breve inauditum a cancellaria regis, ut inquiratur in maneriis religiosorum quot sint carucæ propriæ et quot consuetudinariæ, et si possint unam carucam facere, vel majus vel minus; similiter

---

[1–1] *Eodem . . . mandatum*] om. N.

Abbrev. Chron. iii. 339.

de precariis; item cujus æstimationis sint quælibet per se communibus [1] annis, deductis expensis; item cujus æstimationis sint servitia rusticorum; item qui et quanti sint redditus eorum; et ut hæc inquisitio fiat per quatuor viros religiosorum fideles et præpositum loci in singulis maneriis. A.D. 1254. manors of the monasteries.

Supplevit autem tunc officium cancellarii magister Willelmus de Kylkenni modeste et laudabiliter, qui et cancellarius appellatus est. Non multo post, electus est idem magister Willelmus in episcopum Elyensem. William of Kilkenny, chancellor, elected bp. of Ely.

Circa [2] eosdem dies, obierunt tres abbates in Marisco, videlicet de Croylande,[3] de Thorney [4] et bonus abbas de Rameysey, scilicet Willelmus de Hacholt, xvi. kalend. Novembris. Death of three abbats.

Rex Francorum, ad propria reversus, nullam admittere voluit consolationem, sed, oculis in terram defixis, cum summa tristitia et crebris suspiriis imaginabatur captionem suam et per eam Christianitatis generalis confusionem. Tandem quidam episcopus sanctus, consolans eum, ait, "Cave, domine, ne in tale tædium et tristi-
"ciam præcipiteris; maximum est enim peccatum, quia
"Sancto Spiritui procedit in præjudicium. Reduc autem
"ad oculos patientiam Job, tolerantiam Eustachii, et sic
"de aliis;" cui rex, "Si solus obprobrium paterer et
"adversitatem, et non redundarent peccata mea in eccle-
"siam universalem, hæc æquanimiter [5] sustinerem." Decantata igitur missa in honore Sancti Spiritus, per Dei gratiam monita admisit rex consolationis.[2] Grief of Louis IX. after his return.

Rex [6] quoque Angliæ, omnimoda pace composita cum rege Hispaniæ, reditum suum in Angliam maturavit, qui licentia de rege Franciæ optenta, per terram magis elegit remeare. Cupiens insuper [7] regnum visitare Francorum, missis [8] nunciis ad regem, licentiam impetravit transeundi. Henry III. obtains leave to pass through France on his return.

Quod audiens comitissa Cornubiæ, quod rex Angliæ simul cum regina sorore sua foret transiturus per regnum Franciæ, et quod regina Franciæ, altera soror ejus, venientibus occursaret, ex indultu viri sui, scilicet comitis Ricardi, ut sorores visitaret, Sanchia, countess of Cornwall, crosses.

[1] *communibus*] quibus, MSS.; Cl. has *libet* in the margin later.

[2–2] *Circa . . consolationis*] om. N. Re.

[3] Thomas of Wells.

[4] David.

[5] Ch. repeats *quanimiter*.

[6] *Rex . . . fruebatur* (p. 404)] om. Re.

[7] *insuper*] om. N.

[8] *missis . . . fruebatur* (p. 404)] om. N.

A.D. 1254. Oppression of the Winchester monks by the bishop elect.

multo stipata comitatu transfretavit. Electus interim Wintoniensis Æthelmarus monachos suos miserabiliter oppressit, ita ut aliqui eorum, mentis amaritudine fatigati, nunquam postea respirarent. Conventus igitur diverticula quærens tutiora, dispersus est ad diversas domus nigri ordinis, gratia perendinandi; rex autem inproperans ei super hoc, quod ingratus dedecus reddidit pro honore, pro beneficio maliciam rependendo. Electus autem, mandatis hujusmodi non obtemperans, loco eorum qui recesserant, indignos cuculavit. Priore [1] autem Romam adeunte, prior [2] novus per electum intruditur, qui omni perturbatione in eos pro electi voluntate fruebatur. Abbrev. Chron. iii. 340.

Death of P. Innocent IV.

Circa festum sancti Nicholai obiit Papa Innocentius quartus apud Neopolim, duplici dolore sauciatus. Postquam enim eum episcopus Lincolniensis Robertus cuspide baculi pupugerat, languore continuo laborabat; et postquam exercitus suus dissipatus est et victus, ipse vix postea remanserat semivivus. Eadem vero septimana, facta est

Vision of his judgment.

visio quædam in sompnis cuidam cardinali de eo, quod coram quodam judice sedente pro tribunali incurvatus idem Papa, graviter accusatus est a quadam matrona nobilissima; unde ipse veniam super hoc deprecans, villicationis suæ mercedem sortitus est finalem. Hanc vero visionem [3] plenius narravit evigilans, et publica facta est in partibus illis.

Succession of P. Alexander IV.

Successit autem ei alius vir, satis benignus et bene religiosus, episcopus videlicet Hostiensis, nepos Gregorii papæ; vocatus est autem Alexander quartus. In principio autem creationis suæ scripsit cunctis ecclesiarum prælatis, postulans humiliter ut orarent pro ipso, ut Dominus daret ei potestatem, gratiam, et voluntatem, ecclesiam Dei congrue gubernare, et vicarius Dei et Petri successor competenter appellari.

The war with Manfred continued.

Hic nempe, quorundam consilio et persuasu, prædecessoris sui Innocentii guerram inchoatam contra Frethericales et præcipue Memfredum, filium Fretherici naturalem, continuavit, et ne rex Angliæ de [4] spe fraudaretur concepta de promissione sibi facta de regno Siciliæ.

---

[1] William of Taunton.

[2] Andrew of London.

[3] *visionem*] altered in Ch., probably from visitationem, as Abbrev. Chron.

[4] *de . . Angliæ*(p. 405)] om. Re.

De[1] *transitu regis Angliæ per Franciam.* A.D. 1254.

Abbrev. Chron. iii. 341.

Tunc temporis veniens rex Angliæ ad nobilem domum sanctimonialium, videlicet Fontem Ebraudi, fecit transferri corpus matris suæ Isabellæ in ecclesiam, et ibi sepeliri. Similiter veniens ad Pontiniacum infirmatus, ad feretrum beati Edmundi oravit, et sanitatem recepit. Quo[2] in Franciam properante, jussit rex Franciæ magnatibus terræ et civibus civitatum, per quas idem rex foret transiturus, ut, omnibus semotis offendiculis, omnia ornamentis redimirent, et ei obviantes et obsequentes reverenter susciperent. Rex autem idem occurrit ei apud Carnotum. Jussit insuper idem rex[3] omnia mensæ necessaria de sumptibus suis dicto regi, dum esset in regno suo, exhiberi; quod rex Angliæ in parte acceptavit. Habuit enim in comitatu suo mille equos pulcherrimos, exceptis bigis et summariis, et exceptis propriis assessoribus. Advenerunt etiam ei obviam regina Franciæ, et sorores[4] suæ, comitissæ Andegaviæ et Provinciæ, ut sororibus suis, scilicet reginæ Angliæ et comitissæ Cornubiæ, simul cum rege advenientibus, occursarent. Fuerat autem mater earundem ibi præsens, nomine Beatrix, quæ et Provinciæ comitissa vocatur. Scolares autem Parisienses maxime nationis Anglicanæ, suspensis ad horam lectionibus, cereos emerunt vestesque festivas, et diversa quæ gaudium poterant attestari; et præparatis cantantibus florigeris, cum sertis et coronis et musicis instrumentis processerunt obviam venientibus; sicque transegerunt totum diem illum et crastinum, civitate tota Parisius mirabiliter adornata, in gaudio et canticis, luminaribus et exultationibus. Rex autem Angliæ, oblato sibi palatio regis Franciæ ad hospitandum, apud vetus Templum hospitatus est, præcipiens ilico ut in crastino summo mane omnes domus ejusdem curiæ pauperibus replerentur reficiendis. Visitatis in crastino honorabilibus locis Parisius, epulabatur rex Franciæ cum rege Angliæ; post prandium vero transmisit idem rex Angliæ magnatibus Francigenis cuppas nobiles et alia preciosa donativa. Interfuerunt eidem convivio reges ii., reginæ ii., duces xxv., episcopi xii.,

Henry III. transfers the body of his mother Isabella to Fontevraud.

His illness and recovery at Pontigny.

Orders of Louis IX. for his reception in France.

His reception.

He is lodged at the old Temple.

His gifts to the French nobles.

[1] This rubr. only in Cl.

[2] *Quo . . . specialis* (p. 406)] om. N.

[3] Ch. ins. *ut*, as the Abbrev. Chron., but it is expuncted.

[4] See on this error the note on Paris, v. 477[1].

A.D. 1254. militum autem præclarorum numerus inæstimabilis, comitissæ vero xviii. Nocte vero illa hospitatus est rex Angliæ in palatio regis in medio civitatis; voluit enim ita rex Franciæ. Sicque fuerunt duo reges sese simul colloquiis recreantes per viii. dies. Quo recedente, compertum est eum mille libras exposuisse in expensis Parisius, exceptis donativis inprecialibilibus. Veniens autem rex ad mare, nec ventum habens prosperum, apud Boloniam moratus est invitus; ubi [1] obiit Petrus Chaceporc, Pictavensis natione, reginæ thesaurarius, et regis clericus et consiliarius specialis.[1] Abbrev. Chron. iii. 342.

His expenses in Paris.

His delay at Boulogne.

Death of Peter Chaceporc.

De gravi contribulatione Angliæ facta per Rostandum.

Anno gratiæ MCCLV°. Rex Henricus iii., cum rediret de Wasconia, fuit apud sanctam Mariam de Bolonia ad Natale Domini, anno videlicet regni sui xxxix., ventum [2] expectans prosperum ad transfretandum in Angliam, fecitque [3] honorifice sepeliri [4] corpus prædicti Petri Chaceporc, qui in vigilia Natalis Domini interiit. Hic sexcentas marcas legavit ad comparandam terram in Anglia, ut ibi ecclesia [5] religiosorum canonicorum de Mertuna electorum ædificetur, et pro anima ejus et omnium fidelium ibidem Deo in perpetuum serviatur.[4] Die vero Dominica,[3] rex transfretans apud Doveram prospere applicuit, cui adventanti occurrerunt comes Ricardus frater ejus, et alii nobiles, ad hoc de longe advocati, qui simul cum aliis prælatis munera ei optulerunt preciosa. Cum [6] dominus rex electionem de magistro Willelmo de Kilkenni acceptasset, de fidelitate domini Henrici de Wengham confisus, eidem commisit sigilli sui custodiam, quam dictus magister Willelmus electus præhabuit. Londonienses autem regi, quem sitienter desideraverant, adventanti optulerunt centum libras; nec tamen rex hoc pro gratuito reputavit, dicens hoc tanquam pensum sibi debitum persolvi. Qui cum hoc agnoscerent, vas quoddam preciosissimum ei superaddiderunt, et sic grates reportarunt.[6] Non diu post rex quæstionem movens de Londoniensibus pro quodam clerico, reo mortis et incarcerato apud Neugate et elapso, exegit ab

Henry III. at Boulogne at Christmas.

Legacy of Peter Chaceporc.

Henry III. lands at Dover.

Henry de Wengham keeper of the seal.

Gift of the citizens of London.

[1–1] *ubi . . . specialis*] om. A.

[2] *ventum . . . ditavit* (p. 407)] om. Re.

[3–3] *fecitque . . Dominica*] om. N.

[4–4] *sepeliri . . serviatur*] om. A.

[5] Ravenston.

[6–6] *Cum . . . reportarunt*] om. A. N.

Abbrev. Chron. iii. 343.

eisdem tria milia marcarum, nomine punitionis. Qui re- A.D. 1255.
sponderunt, quod rex ipsum incarceratum concesserat epi- They are fined for the escape of a prisoner from Newgate.
scopo, eo quod clericus esset; sed quia episcopus idoneum carcerem non habuit, supplicavit civibus, ut eidem carcerem prædictum accommodarent ad præfatum clericum, qui ibidem impositus evasit; "unde talis evasio, deceptis custodibus "episcopi, nobis non fuerat imputanda." Cumque sic se juste excusarent, remedium impetrare a rege non poterant.

Obiit [1] Hernaldus de Bosco, unus de prothoforestariis Angliæ, Death of Ernald de Bosco, 6 Feb.
viii. idus Februarii; sepultus est autem apud Bethelisdene, ante majus altare.[1] Exegit insuper rex a Judæis octo milia Money extorted from the Jews.
marcarum, sub pœna suspendii in brevi solvenda. Ipsi vero, petita a rege licentia, voluerunt, ut prius tactum est, exire de Anglia, irredituri. Quos tamen rex tradidit comiti Ricardo ad pecuniam extorquendam puniendos. Unde idem comes regi accommodavit non minimam pecuniam sub pignore auri precioso. A[2] festo vero sancti Valentini usque in men- Storms.
sem sequentem ventus vehemens cum pluviarum infusionibus diebus ac noctibus inauditam excitavit perturbationem; ejecitque mare in episcopatu Norwicensi quandam beluam, monstruosam nimis, turbinibus fluctuum exagitatam et interfectam. Quæ multo major balæna extitit, verunptamen non Marine monster.
balæna, sed monstrum dicebatur, quæ totam patriam vicinam ditavit.[2]

Missus [3] est in Angliam quidam elephas, quem rex Gift of an elephant by Louis IX.
Franciæ pro magno munere dedit regi Angliæ, cum in partibus esset Gallicanis; nec credimus alium unquam visum fuisse in Anglia. Dedit [4] insuper regina Franciæ regi An- Jewel given by his queen.
glorum unum pavonem, scilicet lavacrum lapideum mirabile, quod similitudinem pavonis in forma ostendebat; et erat lapis preciosus, qui perla dicitur, ex auro et argento et saphiris, sicut verus pavo, orbiculatus. Qui rex [5] ad sanctum Visit of Henry III. to St. Alban's.
Albanum veniens, per vi. dies moratus est ibidem, die qualibet et nocte cum magno luminari beatum visitans martirem, et pallas offerens preciosas et unam capam choralem.[3] Sub diebus autem Dominicæ passionis filius Execution of William de Scelforde for parricide.
cujusdam militis, Johannis nomine de Sceldforde, de militia sancti Albani, ut ejusdem patris sui hæreditatem citius

---

[1–1] *Obiit . . . altare*] om. A. N.

[2–2] *A . . . ditavit*] om. A. N.

[3–3] *Missus . . choralem*] om. N.

[4] *Dedit . . . celebrari* (p. 408)] om. Re.

[5] *rex*] introduced in Ch. in the margin; not in Abbrev. Chron.

A.D. 1255. consequeretur, illius mortem procuravit, nec canonicum quendam cum prædicto patre inventum vivum dimisit. Unde convictus super hoc, Londoniis equis[1] ad furcas tractus, cum alio consanguineo suo, sibi consentiente, suspensus est. Abbrev. Chron. iii. 344.

Vision of P. Innocent IV. by Alexander IV.

Eodem anno in Quadragesima, ut pro vero accepimus, visio quædam nocturna contigit papæ Alexandro de novo creato, eadem fere, quæ prius contigit cuidam cardinali, ut præscriptum est, de Innocentio Papa nuper defuncto. Jussit igitur pius Papa Alexander elemosinas pro ipso erogari et[2] missas celebrari.

Parliament in London.

Aid demanded by the king for his debts.

In quindena vero Paschæ convenerunt Londoniis ad parlamentum omnes nobiles Angliæ; ubi dominus rex multis se debitis conquestus est implicatum, nec se posse sine eorum auxilio liberari, postulans ut de baroniis, sine quibus decimæ sibi fuerant concessæ, plenam reciperet portionem. Inito igitur inter eos consilio, consensum est quod multum sese gravarent pro magnæ cartæ observatione, extunc et deinceps. Exigebant igitur ut de communi consilio regni sibi justiciarium, cancellarium, et thesaurarium eligerent, sicut ab antiquo consuetum est; qui etiam non amoverentur nisi de communi regni consilio et deliberatione. Quibus[3] responsum est, quod nullo modo hoc faceret. Tandem dilationem sumpsit negotium hoc usque ad festum sancti Michaelis, ut interim fidelitatem regis experirentur versus eos, in cartæ observatione, totiens promissæ et redemptæ, et ipsi pro possibilitate ei studerent subvenire.

The matter deferred.

Stormy spring.

Tunc[4] temporis tantum erat aer intempestivus per totum fere tempus vernale, floribus et arboribus inimicissimus, quod toto mense Aprili nec imber, nec ros, terram arentem imbuens vel modicum præstitit refrigerium.

Death of abp. Walter de Gray, at Fulham, 1 May.

Archiepiscopus Eborum Walterus de Gray, in prædicto parlamento cerebrum habens pro cotidianis jejuniis et sollicitudinibus infirmatum, ita ut, amisso penitus appetitu comedendi, supra modum debilitaretur, apud Fuleham, manerium episcopi Londoniensis, divertit, ubi tertia die post adventum suum feliciter expiravit. Hic xl. fere annis ecclesiam suam Eboracensem strenue rexit, exceptis tribus mensibus et tribus septimanis; et sic circa kal. Maii viam universæ carnis est ingressus. Cujus cor-

[1] *equis ad furcas*] introduced in the margin in Ch.; not in Abbrev. Chron.

[2] *et missas celebrari*] om. A. N.

[3] *Quibus . . . edoctus* (p. 410)] om. Re.

[4] *Tunc . . . sepulturæ* (p. 409)] om. N.

Abbrev. Chron. iii. 345.

pus honorifice delatum est Eboracum, in ducatu episcopi Dunelmensis Walteri, suffraganei [1] sui, et in ecclesia Eboracensi condignæ traditur sepulturæ. Significatum est capitulo Lincolniæ a magistro Hugone de Mortuo mari, domini Cantuariensis officiali, ut cassato Willelmo Lupo, quandoque archidiacono Lincolniensi, alium sine dilatione loco ipsius subrogarent; vel ipse magister Hugo, auctoritate Apostolica et domini sui Cantuariensis, illud faceret, et canonicos de inobedientia puniret. Canonici igitur novum sibi archidiaconum creaverunt, magistro Willelmo prædicto omnia hæc patienter tollerante, et pro ecclesiæ suæ libertate viriliter laborante. Dominus Papa Alexander Octovianum cardinalem destinavit cum maximo exercitu ad destruendam civitatem Nucheram, cum Menfredo rege, ibi latitante. Cum igitur Octovianus, dispositis agminibus, cum quodam [2] ingenioso et potente bellatore marchisio ad civitatem fere pervenisset, irruit terror super hos et illos, ita ut nec cives advenientes nec advenientes cives auderent hostiliter impetere. Tandem autem ille marchisius dixit Octoviano, "Domine, recedat tertia pars "nostri exercitus. Sunt enim quasi obsessi et inclusi "Memfredus et ejus exercitus; non enim audent exire." Iterum autem idem marchisius exercitum minuit, ita quod vix duodecim milia de lx. milibus remanerent. Quo facto, proditor ille marchisius prædictum Memfredum secrete adivit, et omnia hæc per se facta, quasi per amicum Fretherici fidelissimum, intimavit. Exiit igitur Memfredus et ejus exercitus, et exercitui papali appropinquantes, Octoviano vix evadente, omnes quasi aviculas illaqueaverunt, præter familiam marchisii omnibus trucidatis.

A.D. 1255.

His burial at York.

[Robert de Herfey] appointed archdeacon of Lincoln, in place of W. Lupus.

The Pope sends an army against Nocera.

Treacherous advice of a certain marquis.

The Papal army destroyed by Manfred.

Ut [3] *carta magna observetur.*

Acclamatum est in comitatibus et annunciatum est in ecclesiis, ut magna carta inviolabiliter teneretur, quam rex Johannes concessit et iste rex præsens multotiens confirmavit; et lata est sententia solempniter in omnes ejusdem violatores; quam tamen rex minime observat, bona ecclesiæ Eboracensis vacantis inhumane distrahens, dicensque, "Quare

Magna Carta proclaimed.

[1] *suffraganei*] altered in Ch. from suffranei, which Abbrev. Chron. has.

[2] Probably Berthold, Margrave of Hohenburg. Madden, Hist. Anglor. iii. p. 564.

[3] This rubr. only in Cl.

A.D. 1255. Accusation of Robert de Ros and John de Baillol for their conduct in Scotland.

" non observant ipsi episcopi et magnates erga subjectos " suos cartam illam quam tantum clamitant observari?" Cui responsum est, " Domine, deceret vos primitus ob- " servare, et alii vos sequerentur." Accusantur[1] Robertus de Ros et Johannes de Baillol, quod regnum Scotiæ, regem et reginam, quorum tutela eisdem fuit commissa, infideliter et inhoneste contrectarent. Seminarium autem hujus accusationis initium sumpsit a magistro Reginaldo de Bathonia, phisico, qui in Scotiam destinatus, ut regi et reginæ curam suam apponeret, eorundem cognoscens gravamina, regi Angliæ totum significavit; unde dictus magister eorundem custodes super hoc redarguens, ibidem, ut dicitur, non diu post potionatus, lectulo decubuit, quamcitius moriturus. Abbrev. Chron. iii. 346.

Debts of Canterbury, Rochester, Winchester, and St. Mary's, York.

Ecclesiæ quædam nobiles in Anglia debitis prægravantur innumeris, videlicet Cantuaria in quatuor milibus marcarum; unde tradiderunt sex maneria sua Johanni de Gatesdene militi, ut eos a debitis liberaret, et ea sub bonis conditionibus, donec debita evacuarentur, retineret. Similiter et Rofensis prioratus, inæstimabilibus debitis illaqueatus, se in manus prædicti Johannis et aliorum creditorum obligavit. Nobilis[2] insuper Wintoniensis prioratus, irrestaurabilibus jacturis prægravatus, suas merito sensit cicatrices, ut prædictum est. Quid ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum cœnobialis et aliarum nobilium ecclesiarum enarrarem confusionem? Sed ut hominibus manifestetur Dei indignatio, in statu corporum supracælestium fit discordiæ manifestatio. Luna etenim passa est eclipsim insolitam mense Julio, in nocte post festum sanctæ Margaretæ, quæ fere per quatuor horas perduravit. Obiit nobilis baro, et inter omnes Angliæ nobiles nobilissimus et sapientissimus, Warinus de Munchenesy,[3] cujus testamentum ad cc. milia marcarum dicitur ascendisse. Hæredis[4] autem illius custodiam contulit dominus rex fratri suo Willelmo de Valencia, qui filiam[5] ejusdem Warini desponsavit. Johannes Franciscus, domini regis clericus præcipuus, paralisi percussus, a monachis sanctæ Mariæ Eborum et de Selebi siccis est lacrimis deplorandus. Johannes de Grey, miles modestus et discretus, a curia se subtrahit regis, feliciter edoctus.[1] Dominus rex, convocato

Lunar eclipse, 20 July.

Death of Warin de Munchensi.

[1–1] *Accusantur . . . edoctus*] om. N.

[2–1] *Nobilis . . edoctus*] om. A.

[3] *Munchenesy*] this has been altered in Ch., probably from Muncheisil, as the Abbrev. Chron.

[4] William.

[5] Joanna.

Abbrev. Chron. iii. 347.

exercitu, versus Scotiam lora direxit et vexilla, gravem de Roberto de Ros et Johanne de Baillol movens quæstionem. Qui regno Scotiæ appropinquans, præmisit comitem Gloverniæ et Johannem Mansel, ut veritatem super præmissis inquirerent. Qui Castro Puellarum, quo rex et regina fuerant, appropinquantes, seposito comitatu sequente, caute intraverunt. Deinde eorum comitatus stillatim subsequitur. Accersita igitur a regina veritate super statu suo et præmissis gravaminibus, eam civiliter et modeste consolabantur, vocantes districte Robertum de Ros, ut veniret responsurus in curia regis Angliæ ad sibi objecta. Qui tandem veniens, sub certa forma spopondit domino suo regi Angliæ de omnibus respondere; veruntamen rex de consilio suorum fecit seisiri terras prædicti Roberti et arctæ custodiæ deputari. Johannes vero de Baillol, qui graviter, sicut et Robertus, accusabatur, de pecunia, qua habundavit, regi satisfaciendo, pacem sibi comparavit. Cunctis igitur pacificatis, cum dominus rex Angliæ et regina sufficienter cum rege Scotorum et regina, eorum filia, colloquium mutuum habuissent, rex versus partes australes Angliæ reditum maturavit. Et cum Dunelmum venisset, quorundam consilio susurronum est certificatus de pecunia non minima in ecclesia eadem deposita, videlicet episcopi Nicholai de Farnham et episcopi Elyensis, Willelmi de Kylkenny, et quorundam clericorum. Præcepit igitur rex ut, seris et sigillis confractis, licet invitis monachis, pecuniam inventam ad opus suum tollerent ministri sui, non quasi ablatam aut raptam, sed accomodatam, et bene eisdem persolvendam.

A.D. 1255. Henry III. advances towards Scotland. Robert de Ros summoned to answer the charges against him. John de Baillol obtains peace with money. Return of Henry III. He seizes money deposited at Durham.

Consecratus [1] est magister Willelmus de Kilkenny in episcopum Elyensem in partibus transmarinis, scilicet apud Belesium, die Assumptionis beatæ Mariæ, ab archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio. Episcopi vero cæteri Angliæ, similiter et conventus Cantuariæ, super hoc doluerunt, ne in consequentiam traheretur, quia semper in Anglia consueverunt episcopi consecrari. Infra octavas vero Nativitatis beatæ Mariæ, venit Londonias electus Tholetanus, frater regis Castellæ, Synchius nomine, ætate xx. annorum, et [2] cum eo quidam potens de Hispania, Garsias Martinus nomine, qua de causa nesciebatur, sed videndi causa terrarum et gentium diversi-

William of Kilkenny consecrated bp. of Ely at Belley, 15 Aug. Arrival of Sanchez, elect of Toledo, and Garcias Martin.

---

[1] *Consecratus . . . . opponi* (p. 412)] om. Re.

[2] *et*] om. Ch.

A.D. 1255. tatem. Quos dominus rex honorifice præcepit suscipi, et nullum eisdem vel suis offendiculum opponi. Audiens [1] rex Franciæ regem Angliæ prædictum fœdus matrimonii inisse cum rege Castellæ, suspectam habens hujus[modi] copulationem, postulavit filiam ejusdem regis Castellæ filio suo in uxorem exhiberi, ut tanto plus conditionem suam melioraret, quo ipse filiam, rex vero Angliæ sororem, optineret; quod ad votum impetravit. Episcopus Herefordensis, Petrus de Egeblanche, regis auribus instillavit, ut tria vel quatuor sigilla de aliquibus autenticis Angliæ prælatis habere se faceret, et ipse industria sua cæteros prælatos una cum eis ita obligaret, ut regis indigentia, quam noverat, quamcitius respiraret. Unde inclinato rege ad consensum, Romam adiens, dominum Papam invenit mœstum et debitis non modicis irretitum. Cui episcopus, "Pater sancte, ne "sollicitetur paternitas vestra de quantitate debitorum, "quia ante recessum nostrum ab Anglia de solutione "vestra forma providebatur certissima, dummodo de favore "et licentia vestra liceat mihi prosequi, quod corde "concepi," quo annuente [2] . . . .

Abbrev. Chron. iii. 348.

Louis IX. asks [Berengera] daughter of the king of Castile for his son [Louis].

Proposal of the bp. of Hereford to raise money.

His speech to the Pope.

De sententia lata in transgressores libertatum ecclesiæ Anglicanæ.

Anno gratiæ MCCLVI°. Lata [3] est sententia in omnes transgressores libertatum ecclesiæ Anglicanæ, necnon et magnæ cartæ de libertatibus et de foresta in hunc modum:

Sentence of excommunication upon all who violate the charters.

"Anno Domini MCCLVI°. In majori aula regis West- "monasterii sub præsentia et assensu domini Henrici Dei "gratia regis Angliæ, et dominorum Ricardi comitis Cor- "nubiæ fratris sui, Ricardi de Clare, comitis Gloucestriæ et "Hertfordiæ, Rogeri Bigod comitis Norfolk et Suthfolk "atque marescalli Angliæ, Hunfredi de Bohun comitis Here- "fordiæ et Eastsexiæ, Johannis de Warennia comitis "Susexiæ et Surreiæ, et aliorum optimatum regni Angliæ;

Matt. Par. v. 375. Hist. Anglor. iii. 137. (a. 1253.)

[1] *Audiens*] Audientes, Re.

[2] Here ends the Abbreviatio Chronicorum, Madden, iii. p. 348, in the same abrupt way as the above.

[3] This belongs to the year 1253. It is not in N., and Re. has only the first line with *etc.* It differs both from the copy given above, pp. 384, 385, and from that in the Chronica Majora. See Matt. Par. v. 375, n[1].

Matt. Par. v. 376.

A.D. 1256. Sentence of excommunication upon all who violate the charters.

" nos Bonefacius divina miseratione Cantuariensis archiepi-
" scopus, totius Angliæ primas, Fulco Londoniensis episcopus,
" Hugo Eliensis, Robertus Lincolniensis, Walterus Wygor-
" niensis,[1] Walterus Norwicensis, Petrus Herefordensis, Wil-
" lelmus Sarum, Walterus Dunelmensis, Silvester Carleolensis,
" Willelmus Bathoniensis, Laurentius Roffensis, [pontificali-
" bus] induti, candelis accensis, [in] transgressores libertatum
" ecclesiasticarum et libertatum seu liberarum consuetudinum
" regni Angliæ, et præcipue eorum quæ continentur in
" carta communi libertatum et carta de foresta, excommuni-
" cationis[2] sententiam sollempniter tulimus sub hac forma :
" Auctoritate Dei Patris[3] omnipotentis, Patris et Filii, et
" Spiritus Sancti, et gloriosæ Dei Genitricis semperque
" Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri et Pauli
" omniumque Apostolorum, beati Thomæ archiepiscopi et
" martiris omniumque Sanctorum martirum, beati Eadwardi
" regis Angliæ omniumque confessorum atque virginum,
" omniumque sanctorum Dei, excommunicamus, anathe-
" matizamus, et a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ seques-
" tramus omnes illos, qui amodo scienter et malitiose
" ecclesias et libertates privaverint suo jure. Item omnes
" illos qui ecclesiasticas libertates, vel antiquas regni con-
" suetudines approbatas, et præcipue libertates et liberas
" consuetudines, quæ in carta communi libertatum et de
" foresta continentur, concessarum a domino rege, archi-
" episcopis, episcopis, et cæteris ecclesiæ prælatis, comitibus,
" baronibus, militibus, et libere tenentibus, quacunque arte
" vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, seu
" mutaverint clam vel palam, facto vel verbo, vel consilio
" contra illas vel illarum[4] [aliquam[5] in quocunque articulo
" temere veniendo. Item, omnes illos qui contra illas vel
" earum aliquam] statuta ediderint, vel edita conservaverint,
" consuetudines[6] introduxerint, vel servaverint introductas,
" scriptores vero statutorum, necnon consiliarios, executores,
" et qui secundum ea præsumpserint judicare. Qui omnes et
" singuli superius memorati hanc sententiam se noverint

---

[1] *Wygorniensis*] Wygorum, Ch.

[2] *excommunicationis*] excommunicamus, Ch.

[3] *Patris*] Patris, etc., A., omitting the rest of the document.

[4] *illarum*] earum, T. W., as in the copy in Matt. Par.

[5] These words, omitted by the scribe, are from Matt. Par. v. 376.

[6] *consuetudines*] conservata, Ch.

A.D. 1256. " incursuros ipso facto, qui scienter aliquid commiserint de " prædictis; qui vero ignoranter, nisi commoniti infra xv. " dies a tempore monitionis se correxerint et arbitrio ordi- " nariorum plene satisfecerint de commissis, ex tunc sint " hac sententia involuti." Matt. Par. v. 377.

Henry III. with the king and queen of Scotland at Woodstock.

Ad Assumptionem beatæ Mariæ Virginis, celebravit rex Henricus splendide festivitatem apud Wodestoke, invitatis ad eundem Alexandro rege Scotiæ, cum sua regina, regis nostri filia, omnibus etiam Anglorum majoribus ibidem convocatis cum sollempnitate magna. Matt. Par. v. 574.

Sewal, abp. of York.

Sewallus[1] electus Eborum, in archiepiscopum consecratur ab episcopo Wygorniæ, et Henricus, prior Evesham, in abbatem loci intronizatur ab abbate Persorensi.[1] Id. v. 570.

Richard of Cornwall elected king of Germany.

In crastino Natalis Domini, electus est dictus Ricardus comes Cornubiæ, a Teutonicis in regem Alemanniæ; et[2] Elerius abbas de Persore baro factus est de scaccario regis, initio Quadragesimæ.[2] Id. v. 601.

Death of William abbat of S. Benet Holme.

[Eodem anno obiit Willelmus III., abbas hujus loci.] MS. Re.

Laurentius Roffensis episcopus transfretavit ad curiam Romanam.

[Eodem anno Laurentius de sancto Martino, Roffensis episcopus, transfretavit ad curiam Romanam, ubi impetravit canonizationem beati Willelmi martyris, qui in ecclesia Roffensi requiescit. Præterea impetravit appropriationem trium ecclesiarum ad episcopatum suum, scilicet ecclesiam de Yselham, quæ ad patronatum dicti episcopi spectabat, et[3] alias duas ecclesias, scilicet de Frendesbery et de Derteford, quæ fuerunt de patronatu monachorum Roffensium, quas quidem habuerunt olim in proprios usus, videlicet ecclesiam de Frendesbery quæ spectabat ad elemosinariam, et ecclesiam de Derteford ad cameram. Et hac de causa noluit summus pontifex dictas ecclesias sibi appropriare, antequam dicti monachi jus suum resignarunt, et ita dictæ ecclesiæ remanent annuatim pensionariæ per constitutionem dicti pontificis, videlicet ecclesia de Derteford x. marcarum, et ecclesia de Frendesbery i. MS. N.

Churches of Isleham, Frindsbury, Dartford, St. Warburgh Hoo, Sutton.

[1–1] *Sewallus . . . . Persorensi*] om. N.

[2–2] *et . . . Quadragesimæ*] om. N.

[3] *et*] om. N.

MS. N.

[marcæ. Ita quod dictus episcopus appropriavit dictis monachis duas ecclesias, videlicet ecclesiam sanctæ Wereburgæ de Ho cum pertinentiis et ecclesiam de Suttone cum adjacentiis, per resignationem magistri Willelmi de Lichesfeld. Quam dictam ecclesiam de Suttune bonæ memoriæ episcopus Gundulfus monachis prius dedit in proprios usus. Quam quidem ecclesiam Gilbertus de Glanevilla a prædictis monachis vi abstulit, et alia multa bona, sicut prænotatum est. Iste fuit primus qui dedit sergantiis litteras, quod nullus ante ipsum fecit, et permisit ipsas vendere. Iste vero Laurentius per multum tempus senator Romanorum fuisse dicitur.]

A.D. 1256. Churches appropriated to Rochester.

De[1] *coronatione Ricardi regis Romanorum.*

Cf. Matt. Par. v. 601.

Anno gratiæ MCCLVII°. Henricus rex Angliæ anno regni sui xli. curiam suam sollempnem tenuit apud Westmonasterium ad Pascha[2] generaliter cum omnibus regni majoribus, ubi interfuerunt nuncii proceres celeberrimi, mole corporea et cultuum splendoribus excellentes, ex parte magnatum Alemanniæ pro domino Ricardo comite Cornubiæ, germano ejusdem regis Angliæ, quem in regem, ut prædixi, elegerant Romanorum. Qui, acceptis obsidibus statuto tempore, tanto dignus[3] ministerio, pervenit Aquisgranum cum honore et gloria, die[4] Veneris proxima ante festum Ascensionis Dominicæ,[4] occurrentibus eidem ante civitatis ipsius introitum omnibus nobilibus et majoribus universaliter, clericis et laicis civitatis ejusdem, qui eum magnifice et honorifice, cum magno tripudio et jubilo susceperunt. Tandem in die Ascensionis Dominicæ, præsentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et ducibus, comitibus, baronibus, et nobilibus regni

Henry III. at Westminster.

Arrival of the messengers from Germany to Richard of Cornwall.

From the letter of Richard, Matt. Par. Additam. 189, vi. 367.

Coronation of Richard and Sanchia at Aachen.

[1] Cl. has for the rubrick, *De c. R. comitis Cornubiæ regis Francorum.* Re. om. the chapter, though it gives the heading.

[2] Sic, an error for "Natale "Domini."

[3] *dignus*] digno, A. N.

[4–4] *die . . . Dominicæ*] om. N.

A.D. 1257. 1 S. Joh. ii. 20.

innumerabilibus, in sede magni Karoli, *Sancti*[1] *unctionis* crismate more regio delibutus, sceptrum Romani regni suscepit et coronam, carissima consorte sua secum sollemp- niter, ut[2] decuit, coronata. Matt. Par. Additamenta, vi. 369.

Bishops of Norwich. Fulk de Sandford archbishop of Dublin.

Eodem[3] anno Walterus Norwicensis episcopus obiit; successit magister Symon de Wautone. Et Radulphus de Norwich, cancellarius Hyberniæ, a canonicis Dublinensibus in archiepiscopum loci canonice electus a suis procuratoribus in curia Romana nequiter proditus est et cassatus, et Fulconi de Saundford, qui a casu aderat, archiepiscopatus idem confertur.[3] Cf. Matt. Par. v. 638, 648. Id. v. 560, 591.

De gwerra Walliæ.

Welsh war.

Eodem anno guerra Walliæ detestabilis incepit. Nam Edwardus regis filius, cujus dono eam in magna parte nactus est, partes Cestriæ adiit. Ubi malo consilio circumventus, jugum servitutis insuetæ Walenses imponendo, singulorum corda a se prorsus alienaverat. Lewelinus igitur princeps Walliæ, collecto exercitu, viriliter patriam defendebat, et paternas libertates sustinendo, Anglis potenter resistebat, ad quem expugnandum missus est Stephanus Bausan, et alii multi milites strenuissimi, qui omnes fere uno die, una hora, per quendam proditorem Reys Vachan nomine seducti, miserabiliter jugulati, corruerunt. Pauci vero e multis evaserunt, coopertis cc^tis circiter equitaturis in hoc miserabili conflictu perditis, et a Walensibus adquisitis. Hæc autem occisio longo retroacto tempore crudelior et inmanior, heu proh dolor, extitit Anglorum gentis. Henricus ergo rex super hoc nimirum valde anxius, ingenti collecto[4] exercitu, partes Walliæ adiit in Septembri usque Cestriam et Gannok, ibi per mensem moram faciens, sine

Llewellyn-ap-Griffith defeats the English army.

Cf. Id. v. 645.

Cf. Additam. vi. 373.

The king goes to Chester and Gannoc.

Cf. Id. v. 647.

[1] *Sancti*] Sancte, T. W.
[2] *ut*] prout, N.
[3–3] *Eodem . . . confertur*] om. N. Re.
[4] *collecto*] collecta, Ch. W.; colecta, T.

congressu aliquo, Walensibus utpote retrahentibus se, prout semper moris est illis, et in montibus, paludibus, seu nemoribus se abscondentibus, nec unquam cum Anglis in plano dimicare audentibus, nihil tunc dignum magnificentia sua ibidem potuit exhibere. Scutagium tamen per Angliam colligere fecit. Et tunc temporis . . . .[1] A.D. 1257. Scutage.

De colloquio Oxoniis et Pictavensium expulsione.

Cf. Matt. Par. v. 673. Anno gratiæ MCCLVIII°. Quidam magister, Arlotus vocabulo, a Papa Alexandro missus, post Pascha venit in Angliam ad eam exscoriandam, a rege, ut putabatur, invitatus. Magnates igitur terræ videntes regnum undique desolatum[2] ex[3] exactionibus et taillagiis tam curiæ Romanæ[4] quam regis, quam etiam alienigenarum, et precipue Pictavensium elatione præsumptuosa, favore regio in regno nimium in sublimi provecta, tantas in Anglia dominationes sibi usurpantium et magisteria, post Pentecosten apud Oxonias colloquium generale celebraverunt, super his necnon et status regni melioratione efficaciter et exquisite tractaturi. Quo non sine armis et equis electissimis muniti venerunt, ut si rex et alienigenæ suis provisionibus et statutis sponte contempnerent assentire, rigore apposito cogerentur, aut ipsi alienigenæ universaliter sine mora regnum Angliæ penitus evacuarent. Quas quidem provisiones Oxoniæ et statuta, necnon et magnam cartam de libertatibus et de foresta . . .[5] Tandem domino rege ad suorum procerum observantiam statutorum . . .[6] et inclinato, per quendam de suis militibus tactis sacrosanctis juramentum præstante, xxiv. prudentum virorum

Arrival of Herlot.

Cf. Id. v. 696. Parliament at Oxford.

The barons go armed.

Provisions of Oxford.

[1] Sic MSS.; W. om. *Et tunc temporis;* Cl. places *tunc temporis* after *Angliam.*

[2] Ch. ins. *tamen;* T. W. *tam,* omitting it before *curiæ.*

[3] *ex*] tum, Cl.

[4] *Romanæ*] ratione, T.

[5] Sic MSS., the sentence being unfinished.

[6] A word seems missing; *et* is omitted in A. N. T. W., and expuncted in Re.

A.D. 1258. nationis Angligenæ, quos ad regni gubernationem sub eodem duxerint inter se eligendos, consilio se commendavit et considerationi. His[1] igitur peractis, fidelitate regi et regno, et ad considerationem suorum parium stare, omnes, quotquot in regno commorari vellent, fecerunt jurare. Fuerunt ergo nonnulli, qui ad id tempus pro fraterna cognitione regis confluxerant; quos occultabat Anglia, adeo ut pro multitudine sua et elatione onerosi Anglis viderentur, Adelmarus videlicet electus Wintoniensis, Willelmus de Valencia, Galfridus et Guido de Lezennun, fratres regis ex parte matris, cum quibusdam aliis, renitentes condescendere juratorum provisionibus aut jurare. Unde ab Oxoniis discedentes indignanter, secesserunt in partes Wintoniæ. Quos autem proceres regni, in iram vehementer compulsi, cum equis et armis viriliter sunt insecuti. Venientes demum dominus rex et magnates unanimiter Wintoniam, illic aliud tenuerunt parliamentum,[2] quod timentes præfati Pictavenses ac judicium expectare nolentes, per clandestinæ fugæ præsidium, una cum quibusdam eorum compatriotis, confestim a regno recedentes, Provinciam expetierunt.[3] Arlotus etiam domini Papæ nuncius Romam rediit, infecto negotio pro quo venerat. Nec[4] multum post comes Gloucestriæ Ricardus et Willelmus de Clare frater ejus virulento haustu involuti sunt. Consul vero celeri juvamine relevatus convaluit, sed alter mortis celeritate præventus est.[5]

Cf. Matt. Par. v. 696.

Flight of the king's Poitevin brothers.

Herlot returns to Rome.

Cf. Id. v. 713.

William de Clare poisoned.

The Severn in flood.

In vigilia beati Johannis Baptistæ, tempestas fuit valida pluviarum inundantium super rivos aquarum

[1] *His . . . intercepti* (p. 419)] om. Re.

[2] *parliamentum*] sic Ch.

[3] Here Lamb. introduces: "Eodem anno in Quadragesima duo "Romani binas præbendas in ecclesia sancti Pauli Londoniis "vendicantes et ausu temerario "alterutrum se installantes, circa "horam tertiam in Londoniis sunt "interfecti." This belongs to 1260. See p. 444.

[4–5] *Nec . . . est*] om. N.

[5] In the margin in Ch. later is written, "Hoc anno apud Wyn-"toniam obiit Ricardus ii. de "Krokle, abbas Westmonasterii."

Sabrinæ a Salopia versus Bristolliam, qualis non est visa nostris temporibus, ex cujus inundatione quasi ex abditis, ut dicebatur, inferi sinibus erumpente omnia prata juxta Sabrinam simul et sata perdita sunt penitus et violata. Dimersi sunt etiam in illis aquis vehementibus homines nonnulli et pueri innumeri, simul et animalia diversi generis innumerabilia. In eadem æstate obierunt multa milia hominum Londoniis et alibi per Angliam, fame attenuatorum. Tam tarda subsequebatur in autumpno frugum maturitas præ nimia pluviarum abundantia, quod in pluribus regni partibus ad festum Omnium Sanctorum messes reconderentur. Hoc[1] anno interfecti sunt proditorie juxta Karmerdin Patricius de Chaurcis, dominus de Kadewelly,[2] et Hugo de Vyun, milites egregii, et alii multi, tam equites quam pedites, a Walensibus intercepti.[1] Ad festum sancti Michaelis celebris illa Sarum ecclesia dedicata est, domino rege Henrico et multis nobilibus Angliæ illic tunc præsentibus. Circa Purificationem beatæ Virginis, Ricardus[3] rex Alemanniæ, frater regis Angliæ, rediens applicuit Dovoriæ cum sua regina, decimo se militum. Qui jurare fecit in animam suam unum de militibus coram rege nostro et suis novis consiliariis cæterisque magnatibus regni, apud Cantuariam, se ad honorem Dei et utilitatem regis Angliæ necnon et hæredum suorum pariturum ordinationi et stabilimentis consiliariorum regis nostri, ad hoc juxta provisiones Oxoniarum specialiter juratorum.[3]

A.D. 1258.

Cf. Matt. Par. v. 701.

Famine.

Cf. Id. v. 719.

Deaths of Patrick Chaworth and Hugh de Vivonia at Carmarthen.

Cf. Id. v. 735.

Dedication of Salisbury.

Richard king of Germany lands at Dover and swears to the provisions of Oxford at Canterbury.

MS. Cl. [Hoc anno renovatur sigillum capituli Norwycensis.]

New seal of the Norwich chapter.

Rex fuit Londoniis.

Matt. Par. v. 729. Anno gratiæ MCCLIX°, qui est annus[4] regni regis Henrici III. xliii., fuit idem rex ad Natale Domini Londoniis, ubi magna

Discussion as to the

[1–1] *Hoc . . . intercepti*] om. N.

[2] Kidwelly.

[3–3] *Ricardus . . . juratorum*] om. Re.

[4] *annus*] annis, Ch.

A.D. 1259. return of Richard king of Germany.

est tractatum sollicitudine de rege Alemanniæ Ricardo, qui sitienter desiderabat in Angliam venire. Fuit autem adventus ejus quibusdam valde suspectus; formidabant enim ne et ipse vindictam refunderet in barones de exilio fratrum suorum uterinorum, et totius regni proposito salubri et felici supponeret repagula contradictionis ordinationi. Matt. Par. v. 729.

Obiit Philippus Luvel apud Hameslepe.

Death of Philip Luvel, 29 Dec.

Dum[1] vero gaudia Natalicia agerentur, ne lætitia hujus vitæ eveniat tristicia impermixta, die sancti Thomæ martiris obiit Philippus Luvel, domini regis consiliarius specialissimus et thesaurarius, apud Hameslepe ecclesiam suam, præ dolore mentis, ut dicitur, annullatus, eo quod regi non reconciliandus accusabatur super injuria et transgressione in foresta. Quo defuncto, jussit rex omnia bona prædicti Philippi quam citius confiscari. Id. v. 731.

Henricus de Wengham eligitur in episcopum Wintoniæ.

Henry de Wengham elected bishop of Winchester, but refuses the see.

Eodem tempore monachi Wintonienses comperientes quod rex nullum quem sibi eligerent in episcopum, nisi sibi carissimum, acceptasset, elegerunt dominum Henricum de Wengam, regis cancellarium, in episcopum et pastorem suum. Ipse autem considerans rem esse litigiosam, noluit adhuc plene consentire, licet regem sibi favorabilem extemplo possit optinere. Id.

Mittuntur nuncii in occursu regis Alemanniæ.

Messengers sent to meet Richard king of Germany.

Simon de Montfort still stays abroad.

Circa festum sancti Hylarii habito diligenti consilio super adventu regis Alemanniæ, barones nuncios solempnes in occursum suum destinarunt, videlicet episcopum Wygorniæ, abbatem[2] sancti Edmundi, Johannem Mansel, et Petrum de Sabaudia, cum aliis, ut ipsos certificaret de causa adventus sui et mora in regno. Comes autem Leycestriæ non sine multorum admiratione in partibus adhuc morabatur Id. v. 732.

[1] This and the next five chapters om. Re.

[2] Simon of Luton.

transmarinis. Unde magna fuit in parte consilium barnagii mutilatum. A.D. 1259.

Rex occurrit regi Alemanniæ.

Matt. Par. v. 733. Rex autem, acclamante præcone, jussit civitatem Londoniarum mundatam incortinari, versus mare properando cum magnatum copia, equis et armis ad cautelam communita. Dictum enim fuerat quod idem rex Ricardus unum de fratribus vel plures secum adduceret, quod baronum communio ægre sustineret. The king goes to meet Richard.

Rex Alemanniæ venit in Angliam.

Id. v. 734. Idem[1] vero rex Ricardus, comitante regina, in Angliam velificans, die sancti Juliani applicuit apud Doveram; et sic remissa numerositate, quam congregaverat, cum privata familia et[2] castigata intravit. Cui[3] applicanti occurrit rex Angliæ, eidem vehementer applaudens, cum non modica multitudine. Convivantes autem cum archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio, dies festivos alacriter peregerunt congaudentes. Richard and Sanchia land at Dover, 27 Jan.

De ornatu civitatis Londoniarum.

Id. v. 736. Die vero Purificationis evenerunt reges et reginæ eorum, cum multitudine nobilium, Londonias, quæ in adventum tantorum principum mundata, multis honoribus et variis ornatibus splenduit serenata, occurrentibus eisdem adventantibus civibus gaudenter innumeris.[4] Entry of Henry and Richard and their queens into London.

Comes Legrecestriæ rediit in Angliam ad parlamentum.

Id. v. 737. In octavis vero Purificationis congregati sunt nobiles Angliæ ad parlamentum Londoniis, prout inter se prius condixerant. Comes autem Legrecestriæ, diutius ab eis Parliament in London. Arrival of Simon de Montfort.

[1] *Idem*] Deinde, A. (altered) N.; Item, W.
[2] *et castigata*] om. N.
[3–4] *Cui . . . innumeris*] om. N.
[4] *innumeris*] om. T.

A.D. 1259. absentatus, ibidem tunc convenerat una cum Bituricensi decano,[1] de secreto regis Francorum consilio transmisso.

Rediit Willelmus de Hortuna de Scotia.

Return of William de Horton from Scotland.

Circa [2] kal. Martii, dominus Willelmus de Hortuna, monachus sancti Albani, qui nuper in festo sanctæ Katerinæ ex præcepto regis et abbatis licentia versus Scotiam iter direxerat, completis negotiis incolumis remeavit. Cui cum rex Scotiæ et regina et magnates regni, ad parlamentum quoddam convenientes, secundum quod rex Angliæ per eum expetiit, consensissent,[3] considerantes quod grave esset principem regni de regno exire et se tantis viarum laboribus et periculis exponere, tandem miserunt solempnes nuncios ad regem Angliæ et suum consilium, scilicet comitem de Bochan, magistrum Willelmum [4] cancellarium, et dominum Alanum [5] hostiarium, qui regis et reginæ et magnatum Scotiæ in Angliam deferentes responsa, una cum carta prædictorum magnatum sigillis consignata, quam præfatus Willelmus de Hortuna secum prætulerat, completis negotiis in brevi remeabant. Matt. Par. v. 739.

Messengers sent from Scotland to Henry III.

Capti sunt Walterus de Scoteny et Willelmus de Bussay.

Imprisonment of Walter de Scoteny and William de Bussay.

Eodem anno cum inmineret introitus Martii, capti sunt Londoniis Walterus de Scoteny, principalissimus consiliarius comitis Gloverniæ et senescallus, suspectus de potione data eidem comiti et fratri suo Willelmo, de qua potione comes infectus vix est a portis mortis liberatus; frater vero ejus Willelmus interemptus. Similiter Willelmus de Bussay, senescallus et consiliarius principalis Willelmi de Valencia. Hi licet antea sub tuta fuerant custodia fidejussorum, nunc tamen capti et coram judicibus præsentati, viliori sunt carceri et vinculis mancipandi. Alter enim potione, et alius injuriæ convincebatur frequentatione. Id. v. 737.

---

[1] John de Soilli.

[2] This and the six next chapters om. Re.

[3] *consensissent*] consensisset, MSS.

[4] William Wisehart, afterwards bishop of Glasgow.

[5] Alan Dorwart.

Obiit Thomas comes Flandriæ. A.D. 1259.

Matt. Par. v. 741. Ipso tempore obiit Thomas quandoque comes Flandriæ, qui non pauca milia marcarum a simplicitate regis et reginæ optinuerat, ecclesiamque sancti Albani sine causa nuper lædebat, dum discordiam inter eam et regem impudenter seminabat. Death of Thomas of Savoy.

Mittuntur nuncii ad parlamentum in Franciam.

Id. Circa kal. vero Aprilis, ex præcepto regis et totius barnagii consilio, arripuerunt iter transmarinum ad parlamentum magnum domini regis Francorum, pro pluribus arduis negotiis regna Franciæ et Angliæ contingentibus, comites Gloverniæ et Legrecestræ, domini Johannes Mansel, Petrus de Sabaudia, et Robertus Walerand milites, habentes potestatem componendi et pacem inter eos firmiorem ineundi, si idem rex Franciæ pacta præcedentia, ut prælocutum fuerat inter speciales nuncios suos et regem Angliæ, inviolabilia satageret conservare. Embassy sent to France.

Fratres ceperunt habitare apud Dunstapelle.

Id. v. 742. Eodem tempore, accepta domo quadam cum mansione pertinente, cœperunt fratres Prædicatores habitare apud Dunstapelle; examplo edocti fratrum Minorum, qui nuper apud sanctum Edmundum mansionem, in non modicum abbatiæ nocumentum, construxerant. Memorati itaque fratres, privilegiis Romanæ sedis animati, aram erexerant, et solempniter divina, prout desideraverant, celebrabant. Settlement of the Dominicans at Dunstable.

Obiit comitissa Bononiæ et rex cepit comitatum.

Id. v. 743. Ipso quoque anno prima quindena Quadragesimæ, obiit[1] comitissa Bononiæ, per cujus tirannidem tot milia hominum, paucis annis jam elapsis, interfecta occubuerunt. Cum igitur nostri nuncii præfati in partes pervenissent Death of the countess of Boulogne.

[1] See on this the note to Matt. Par. v. 743[1].

A.D. 1259. transmarinas, rex Franciæ illuc pervenit, ut illos comitatus vacantes sive litigiosos, videlicet Bononiæ, Flandriæ, et Henhensem,[1] in suam reciperet potestatem.

Novi senatores creantur Romæ.

Two new senators created at Rome.

Prostratis turribus Urbis, congregati sunt tunc temporis Romani cum indignatione et furore, creantes sibi duos novos senatores,[2] qui conflantes copiosum exercitum insurrexerunt in senatorem nuper creatum, avunculum scilicet Branchaleonis, ipsum in castro quodam Romæ obsidentes. Ipse tamen confidens de juramento sibi facto fidelitatis et de obsidibus quos habuit in sua civitate, scilicet Bononiæ, unde erat oriundus, se strenue defendit, ne a nobilitate sui nepotis et prædecessoris deviaret. Et sic in se confusa est civitas et in magna parte consumpta. Matt. Par. v. 743.

The uncle of Brancaleone [Castellano di Andalò] besieged.

Discordia apud Oxonias et Cantebrigiam.

Disturbances at the universities of Oxford, Cambridge, and Paris.

Eadem Quadragesima orta est Oxoniis et Cantebrigiæ discordia gravissima inter scolares et burgenses; eo quod unum reum mortis, carceri addictum, effracto carcere, clerici violenter rapuerunt, in ecclesiam trahentes ab ea protegendum; similiter et Parisiaca universitas per Prædicatores et Minores non mediocriter est perturbata, qui sub universitatis consuetudine scolarium noluerunt communitati adhærere. Id.

Comes Legrecestriæ iratus recessit ab Anglia.

Quarrel between Richard de Clare and Simon de Montfort.

Ipsis quoque diebus, dum parlamento suspenso statuta salubria providerentur, orta sunt verba contumeliosa inter comites Gloverniæ et Legrecestriæ, ita quod comes Legrecestriæ, commotus in iram, transfretans secessit in Galliam. Quod cum comes Herefordiæ et alii nobiles de confinio Walliæ audierunt, significaverunt comiti Gloverniæ, quod, statuta communia firmius et fidelius servaturus, prædictum comitem revocaret placatum, nullatenus talibus Id. v. 744.

The latter leaves England.

[1] *i.e.* Hainault.

[2] See Matt. Par. v. 743, n[2].

Matt. Par. v. 744. controversiis lacessitum ; sin autem, ipsum comitem Gloverniæ unanimiter studerent impetere. Quo audito, ipse comes sibi timens, misit Herveum senescallum suum per totas terras suas jus tenere compromissum, et sic pro parte est hoc mitigatum. A.D. 1259. The former threatened by the nobles.

Comes Legrecestriæ ponit clamium in Normannia.

Id. v. 745. Pax[1] autem inter reges prælocuta, mediantibus nunciis solempnibus et multis, quorum nomina prænotantur, cum in promtu crederetur[2] finienda, ecce inopinatum cepit impedimentum. Comitissa enim Legrecestriæ, aliis quiete clamantibus partem suam in Normannia, pro filiis suis quietam non concessit. Unde subortis inter prædictos comites verbis honestati contrariis, ne Franci inde gauderent, communibus amicis sedati sunt. Claim of Alienor de Montfort on Normandy.

Rex Alemanniæ vocatur ad imperium recipiendum.

Id. v. 746. Interim dum rex Alemanniæ Ricardus in pace in Anglia moraretur, paratum est ei iter ad imperium libere recipiendum, domino Papa hoc, sed sub silentio, callide procurante, ne manifestus videretur adversarius regi Hispaniæ, ad hoc anelanti, existere. Rex autem Alemanniæ, ut se thesauris ad hoc sufficientibus præmuniret abundantius, adhuc in Anglia latitavit secretius. Richard king of Germany still in England.

Obiit episcopus Londoniensis Fulco.

Id. Eodem[3] tempore, ascendente sole Cancrum, facta est hominum pestilentia et mortalitas non modica. Oleum enim, vinum, et annona generaliter corrumpebantur per regna, et quia mortis rumphea, nulli parcens, nunc hunc nunc illum consumit, in illa peste obiit Fulco Basset, episcopus Londoniensis, et die sancti Urbani in ecclesia sancti Pauli Londoniensis solempniter est sepultus. Pestilence. Death of Fulk bp. of London. His burial, 25 May.

---

[1] Re. om. this chapter.

[2] *crederetur*] crederentur, Ch. Cl.

[3] This and the four next chapters om. Re.

A.D. 1259. *Walterus de Scoteny suspenditur.*

Execution of Walter de Scoteny.

Eadem septimana fuit Walterus de Scoteny, qui se in comitatu posuerat, convictus de potione fratri comitis Gloverniæ porrecta. Unde judicialiter est ad patibulum per civitatem tractus et Wintoniæ suspensus.[1] Matt. Par. v. 747.

Henricus de Wengham eligitur in episcopum Londoniensem.

Henry de Wengham elected bp. of London, 26 June.

Postea vero, scilicet die Jovis post Nativitatem sancti Johannis Baptistæ, congregatis canonicis sancti Pauli Londoniis ad eligendum sibi pastorem idoneum, tandemque, disponente Domino, unanimi assensu omnium attributo, eligitur dominus Henricus de Wengham, domini regis cancellarius, in episcopum Londoniensem, vir quidem curialis, sed quod melius est, moralis et discretus, prudens et circumspectus. Quod protinus ab[2] amicis exhortatus, urgente canonica electione, pro communi ecclesiæ gratanter suscepit utilitate. Licet enim prius fuerat electus ad episcopatum Wyntoniæ, tamen quia alius præelectus, frater scilicet regis, de terra judicialiter ejectus, in curia stetit Romana super hoc impetraturus, reliquit ut sapiens quod in arbitrio papali pendebat, pro eo quod pace gaudebat tranquilla.

De justiciariis itinerantibus.

Iter of the justices.

Diebus vero sub eisdem dominus Hugo Bigot, vir fidelissimus, totiusque Angliæ capitalis justiciarius, associatis sibi Rogero de Turkeby et Gilberto de Prestun, cœpit per Angliam circuire, a comitatu in

[1] Here ends the greater chronicle of Matthew Paris. From here to the end of 1265 the text is peculiar to the Chetham MS. and its followers. This is probably the addition to Matthew Paris's Chronica Majora spoken of in the passage written at the end of that work. See vol. v. p. 748, n[1].

[2] *ab*] om. Ch. Cl.

comitatum et a libertate in libertatem, omnibus pro meritis impensurus justiciam. Qui quidem Anglicanis in legibus periti, in exercendis judiciis justissimi, præ omnibus aliis a communitate terræ ad hoc deputantur idonei. Hi vero, ut prædictum est, præelecti ita constituti fuerant et conjurati, ut æquanimiter considerato divite et paupere, servo et libero, peregrino et cognito, in omnibus et singulis, donis omnimodis suspensis, interposita tamen misericordia, judicia exercerent condigna; si enim judicium non adhibita procederet misericordia, justissimi judicis nequaquam sequerentur exempla; sed ut Christi præambuli veri fierent sequaces, et misericordiam miscuerunt judicio et justiciam exercuerunt in publico. Inquisitiones siquidem nuper factas per quatuor milites in singulis comitatibus, ad hoc specialiter deputatos, viriliter ac instanter persequentes, quamplurimas renovaverunt transgressiones et injurias, hucusque a multis retroactis temporibus inultas et quasi oblitas, spretis omnibus jus propositum excæcantibus, strictissime vindicandas. Nec aliquorum, licet potentium, promissis cedentes aut precibus, inquisita instanter veritate, quam citius fungebantur ultionibus. Qui cum venissent ad Wares, comitatum Hertfordiæ [1] discussuri, fecerunt summoneri omnes homines de libertate sancti Albani; ut quicunque vellent de quibuscunque querimoniam aut aliquid hujusmodi reponere, ibidem venissent coram eis justiciam accipere et reportare. Quod cum abbati de sancto Albano et ejus consilio innotuit ecclesiæ suæ libertatibus et consuetudinibus existere contrarium, non adquieverunt. A.D. 1259

Qualiter rex Alemanniæ Ricardus vocatur ad imperium.

Eodem tempore applicuerunt in Angliam nuncii solempnes domini Papæ, duo scilicet fratres Minores, una Messengers sent from the

[1] *Hertfordiæ*] Herefordiæ, MSS.

A.D. 1259. Pope to Richard king of Germany.

cum duobus magistris, cancellario[1] scilicet regis Alemanniæ, qui in curia Romana diutius exstiterat præpeditus, alioque incognito, sed nobili et discreto; qui papali ex præcepto veneranter administrati regemque Alemanniæ tunc in Anglia commorantem specialiter allocuturi, litteras eidem papales tulerunt et mandata super imperii dignitate Romani, sibi sine contradictione concessa et conferenda. Consimilia vero super eodem negotio exhortatoria ad omnes Alemanniæ magnates habuerunt mandata, ut scilicet regem suum juxta beneplacitum Apostolicum ad promotionem imperialem festinare inducerent; et ne Memfredus princeps, ad hoc sitienter anhelans, eum præveniendo supplantaret,[2] ipse secundum Romanæ sedis favorem et auxilium se præferendo, imperio se oblato viriliter investigaret. Quibus honorifice a rege susceptis ac reverenter regratiando exauditis, remisit eos idem rex in regnum suum Alemanniæ, ut sibi injuncta uberius adimplentes, cum suis ibidem magnatibus super papali mandato diligenter tractarent, certificatis ipsomet ad tam laboriosum iter improviso arripiendum, et ob plura adversantia inconsulto fortunali se rotæ tradere supponendum. Adquievit tamen, prout potuit, Apostolico obtemperare mandato, et tam excellenti, maxime pro proprio honore, adhærere consilio.

Providetur ut rex transfretet in Galliam.

Return of the king's messengers from France.

Non[3] diu vero post redierunt nuncii illi solempnes regis Angliæ, videlicet comes de Clare, Johannes Mansel, Petrus de Sabaudia, et Robertus Walerant, comite tamen Legrecestriæ trans mare remanente. Qui quidem negotiorum sibi injunctorum expeditionem ad parla-

---

[1] Arnold, protonotary. *Liebermann.*

[2] *supplantaret*] suppleret, A. N.

[3] Re. om. this chapter.

mentum regis Franciæ exposituri, convocatis Angliæ magnatibus in præsentia regis apud Londonias, responsiones et voluntates Francorum super negotiis et articulis singulis in publico coram omnibus præsentarunt, pro quibus inter reges et eorum regna confirmandis specialiter transfretaverunt. De quibus articulis postea in ordine suo, cognita veritate, dicerent in publico. Habito igitur super auditis tractatu inter eos diligentiori, communiter et expedienter provisum est, ut quia alias prædictum vacillavit negotium ob utrorumque regum absentiam, subsequenti tunc autumpno dominus rex cum suis magnatibus quibuscunque, una cum domino Ricardo fratre suo, rege Alemanniæ, transfretaret, et ad parlamentum apud Abbeville præfixum, præsente rege Franciæ cum suo consilio, præsentialiter interesset. Quod et communiter est concessum, et in hoc parlamentum tunc terminatum. A.D. 1259.

Qualiter datæ sunt treugæ.

Quo facto, quia paulo ante summoniti fuerunt præmuniti omnes qui regi debebant servitium, ut ad festum sancti Petri ad Vincula proximo futurum parati essent cum equis et armis contra Walenses pugnaturi, regisque et regni injurias ut fideles vindicaturi, sullato tunc regis aditu et plurimorum sui potentium, qui cum eo debent, ut provisum est, transfretare, datæ sunt treugæ inter prædictos regem et Walenses usque ad idem festum anno revoluto. Quia sic oportuit ad hoc quod unum negotium perficeretur[1] ad commodum, alterum relinqueretur imperfectum. Truce with the Welsh.

[1] *perficeretur*] perficerentur, Ch.; proficeretur, T. W.

A.D. 1259. *De infortunata nece apud sanctum Dionisium in Francia.*

Accident in the church of S. Denis in France.

Circa[1] ejusdem anni curricula in partibus contigit Gallicanis infortunium lacrimabile, et maxime religiosis in æternum lamentabile. In ecclesia etenim sancti Dionisii, Francorum apostoli, fabrica quædam nova, sullevata in altum, lignis fuit convexis et insimul ligatis suffulta quamplurimis. Cumque die quadam plures de conventu, associatis sibi et secularibus, causa considerandi laborem subter ambularent, ecce tonitrus magnus irruit et horribilis, qui vehementer lignorum struem concutiens resoluta junctura ea funditus diruit, et multos tam religiosos quam seculares in terram conquassatos extinxit. Unde multorum relatu asseritur advenientium, quod monachi ejusdem monasterii usque ad xiv., seculares vero quamplurimi, illo solo ictu perempti sunt infortunato. Quare[2] magna, nec mirum, ex insolito suscitabatur in Francia lamentatio, cum vita mutatur in mortem, et gaudium convertitur in luctum.

De enormi facto Engerami de Curcy.

Crime and punishment of Engelram de Courcy.

Anno vero sub eodem aliud evenit in partibus ultramarinis horribile factum, sed in caput agentis comparabiliter conversum. Engeramus enim de Curcy, vir magnus et quasi nobilium Franciæ primus, crudelitate simul et pravitate patrissans, clericulos duos cum suo magistro, bestiam quandam usque in terminos ejus insequentes jocando, furibunde apprehendit, et nullo ulterius exquisito judicio innocentes suspendit. Qui cum regi Franciæ nunciaretur, advocato eo clam et super hoc facto publice convicto, licet plures nobiles pro eo supplicassent, nec contra eum senten-

[1] This and the next five chapters om. Re.

[2] *Quare . . . . procuravit* (p. 431)] om. N.

tiam proferre voluissent, ipse rex juramenti sui in coronatione recordans, proferens proprio ore suspensionis sententiam, eum fecit incarcerari, tempus expectans propositum perficiendi. Nec mirum si ipse, alios dampnans sine judicio, pœna dampnetur [1] consimili, cum patrem sequeretur, qui consimilia faciens, interitu truncabatur non dispari. Hic [2] bona temporalia relinquens, quæ præ omni tuebatur justicia, nec vitæ satisfecit, nec animæ ex eis remedium procuravit.[2] A.D. 1259.

De promissione orationum monachorum sancti Albani.

Sequenti autem mense, die scilicet Mercurii infra octavas Assumptionis sanctæ Mariæ, venit dominus rex ad sanctum Albanum, qui unius tantum noctis ibidem moram transegit, et in crastino Londonias remeavit. Qui mane, audito divino servitio, fecit extrahi feretrum, corpus gloriosi martiris continens Albani, et coram majore altari sullevatum reverenter collocari. Quo facto, conventuque ornanter redimito, venit rex cum suis nobilibus ibidem devotius oraturus. Quibus sub martire prostratis, cantatum est solempniter speciale canticum de martire, memoria itineris regis subsequente. Circumstante vero cum conventu populo non modico, factoque inter eos silentio, exposuit frater quidam ejusdem ecclesiæ causam adventus regis, videlicet quia princeps et caput est regni, et ob ejusdem regni negotia transfretaturus est expedienda, fortunæ ignarus penitus et reditus, iccirco huc venit devotus a præsenti martire glorioso licentiam et auxilium, et a præsenti conventu et populo orationum humiliter petiturus beneficium. Cui confestim conceditur ab omnibus et singulis, quoad usque prospera illius audiatur regressio, missarum ac orationum specialis et

Henry III. at St. Alban's, 20 August.

The prayers of the convent granted him during his absence.

[1] *dampnetur*] dempnetur, Ch.; condempnetur, Cl.

[2–2] *Hic . . . procuravit*] om. N.

A.D. 1259. His journey is hindered and the prayers stopped.

cotidiana devotio. Quibus rex cum suis vehementer regratians, iterum fecit collectos de itineratione supra se recitari, et sic devotior sub fiducia recessit hilariori. Qui cum Londonias venisset, nunciatum est ei quoddam secretum e partibus Gallicanis, quo præsens tunc transfretationis propositum cum aliis est obstantibus præpeditum, unde deficiente causa,[1] defecit et oratio repromissa. Willelmus,[2] filiolus et nepos Willelmi de Valence, obiit et sepultus est apud novum Templum.

De gratia Papæ quam concessit electo Wintoniensi.

Favour given to the elect of Winchester by the Pope.

Tempore[3] sub eodem cum sæpe dictus electus Wyntoniensis, de terra judicialiter elongatus, adhuc in curia Romana recursum staret impetraturus, falsasque sub simulatione veri et subdolas papali inferret audientiæ suggestiones, protestans et dicens quod vi et[4] injusticia quorundam invidorum, trium scilicet vel quatuor tantum inimicorum, thesauris suis spoliatus, ab episcopatu suo ejectus, et contra regis ac[5] communitatis Angliæ assensum de terra est violenter expulsus, adiciens quod dominus rex et quamplures Angliæ, exceptis illis prædictis, suum libenter pacificum paterentur ingressum. Tandem papalem deceptione subvertens intelligentiam, litteras suas impetravit ad plenariam omnium bonorum suorum in Anglia restitutionem. Unde frater quidam de ordine Minorum, nomine Walaschus, associatis sibi et aliis, specialiter est ad hoc a latere domini Papæ destinatus, habens super hoc præceptum et potestatem, prædictum electum in episcopatum et omnia alia ablata, si verum

[1] *causa*] eam, with *m* expuncted, Ch.; the original copied by the scribe was no doubt ca̅; ea, Cl.

[2] This is partly in the margin in Chet., having been written over part of the rubrick below, which is erased. It is not in the other MSS.

[3] *Tempore*] Temporibus, T. W.

[4] *et*] om. Ch.; Cl. has et justicia.

[5] *ac*] om. Ch. Cl.

est, ut asseruit, auctoritate papali instituere, et omnes contradictores et rerum suarum raptores et detentores excommunicationis et interdicti sententia innodare. Qui cum venisset ac, congregatis magnatibus terræ in præsentia regis, veritatem super hoc sollerter inquisisset, omnibus et singulis uniformiter consentientibus, nec in aliquo a primo proposito et suorum nunciorum contra prædictum electum præmissorum narratione discordantibus, veraciter cognovit præfatum electum, celata penitus veritate, papalem fraudulenter gratiam prævenisse. Unde proclamatum est ab omnibus una cum rege et appellatum, ne hujusmodi de jure proscriptus sua sit fraudulentia restitutus, et ne ulterius hujusmodi negotium in commune dampnum regni prosequeretur. Renovata nunciorum destinatio[1] super eodem negotio melius propalando promittitur. Quod audiens prædictus nuncius sponte secessit rediturus, remotiorque a proposito fit de jure electus. A.D. 1259.

De tricesima collecta per Angliam pro tribus episcopis subscriptis.

Sub eisdem diebus facta est quædam generalis collectio pecuniæ ab universo clero Angliæ, tam de exemptis quam non exemptis, videlicet tricesimarum omnium proventuum ecclesiasticorum, et arreragiorum, decimarum, et aliorum in scriptis episcoporum contentorum, ad solvendum in quindena sancti Michaelis proximo sequentis, tribus episcopis, Bathoniensi scilicet, Elyensi, et Rofensi, qui se nuper obligarunt in curia Romana in quinque milibus et quingentis marcis pro rege ad evitandam excommunicationis sententiam, in personam domini regis proferendam, et generale regni interdictum, ob debitum A thirtieth from all the clergy exacted.

[1] *destinatio*] destinatione, T. W.

A.D. 1259. regis non modicum et non persolutum. De cujus collectione litteras papales et episcopales, ab uno ad alterum transmissas,[1] qui[2] videre juraverit, in libro[3] Additamentorum ad hoc signum invenire prævalebit.

Ricardus de Gri[4] *remotus est a constabularia Doveræ.*

Richard de Gray, constable of Dover, deposed.

Postea vero prænotato fratre Walascho, audita causa adventus sui, redire licentiato, inquisitum est districtius qualiter et cujus auctoritate permissus fuit sine assensu communi Angliam introire. Cumque compertum esset, eum regia fuisse littera permissum, sigillumque magnum tempore illo in regis camera retentum, dominus Hugo Bigot, justiciarius, quamtocius versus Doveram properavit, Ricardumque de Gray, constabularium Doveræ ac portus custodem, ita aggressus est; "Cum tu, Ricarde, ab universitate terræ consti- " tutus sis quasi fidelissimus portuum custos intran- " tiumque et exeuntium perscrutator, sitque in tua " custodia omnium nostrorum fiducia, cur talem permi- " sisti, licet etiam regis fulciretur[5] concessione, nobis " non præmunitis, intrare, cum omnium nostrorum com- " muni contraveneris provisioni, necnon proprium " impudenter violaveris juramentum? Te susceptum

Hugh Bigod made guardian of the Cinque Ports and of Dover Castle.

" deponere judicamus officium, et de transgressione tua " in commune regni periculum condignum reportare " judicium." Quo deposito, capitur in manus dicti domini Hugonis justiciarii custodia Quinque Portuum Angliæ, una cum castello Doveræ.

---

[1] *transmissas*] transmissos, MSS. exc. N.

[2] *qui . . . prævalebit*] marked *vacat* in Ch. There is no "sign" in the MS.; om. A. N. T. W.

[3] *i.e.* MS. Cotton. Nero D. 1, f. 136*b*; see the Additamenta of Matt. Par. vi. p. 512. It is printed in Appendix II.

[4] *Gri*] Grey, T. W.

[5] *fulciretur*] Ch. has been altered to *fulciaret*.

Walenses mittunt ad regem Angliæ episcopum Bangorensem Ricardum. A.D. 1259.

Circa festum sancti Michaelis, destinatus est episcopus Bangorensis ad regem Angliæ ex parte Leolini principis Walliæ et omnium magnatum ad reformandam pacem inter eos et stabilitatem, adjungens quod ipsi communi assensu libenter conferent regi Angliæ xvi. milia librarum argenti, pro pace inter eos et eorum regna habenda et confirmanda, et ut apud Cestriam placitare possint, sicut antiquitus solebant, patriisque legibus et terræ consuetudinibus gaudere usitatis. Qui ad sanctum Albanum veniens, ibidem moram trium protraxit hebdomadarum; deinde regem adiens, injuncta distincte proposuit; sed quid responsionis reportavit, ignoratur.

The bp. of Bangor sent by the Welsh to make their peace with the king.

He stays three weeks at St. Alban's.

De[1] *adventu reginæ et cum ea episcopus Briacensum ad sanctum Albanum.*

Tempore[2] vero quo idem episcopus morabatur apud sanctum Albanum, venit domina regina ad sanctum Albanum, Londonias properans ad festum sancti Edwardi, associatis sibi episcopo Briacensi[3] a[4] Britannia, Johanne Mansel, et aliis utriusque sexus quam pluribus. Cui hora refectionis venienti, surgens conventus de mensa, completo tamen prandio, processionem fecerat obviam insollempnem,[5] factaque nobilissima scilicet sex pallarum oblatione. Licet eam ægritudo magna detinuit, in crastino tamen tempestate circumdata Londonias properavit. Episcopus vero prædictus

The queen at St. Alban's with the bishop of S. Brieuc.

---

[1] Re. om. to the end of the year.

[2] *Tempore . . . causa*] Eodem tempore episcopum Briacensis venit in Angliam. Causa vero adventus talis dicebatur, N.

[3] *i.e.* of S. Brieuc, province of Tours (now Rennes). Probably *Ralph.*

[4] *a*] ad, Ch.

[5] *insollempnem*] sollempnem, T. W.

A.D. 1259. lx. dies relaxationis caritative indulgens, cum eadem discessit. Adventus autem ejusdem in Angliam talis dicebatur causa; videlicet quod ipso mediante, efficaciter expetiit comes Britanniæ filiam regis filii sui primogeniti conjugio copulari, et ad negotium hujusmodi procurandum eundem decrevit episcopum transmitti. Hic vero super hoc de die in diem instanter prosequendo, nunc regem nunc reginam sequebatur, donec requisito super hoc saniori consilio, certior sibi fiat exinde responsio. Hujus autem copulationis exinde suspicatur oriri postulatio, quod per hoc idem comes comitatum et honorem de Richemund sibi et suis proposuit usurpare, cujus solebat antiquitus dominio gaudere. Habito autem rex super hoc consilio, et Angliæ valedicente episcopo sæpedicto, confestim nuncios in Britanniam destinavit, per[1] quos sui responsa beneplaciti transmisit.

Proposed marriage of Beatrice and John of Bretagne.

Decima de Ringeltone sequestratur.

The tithes of Ringeltone (Roding Margaret) sequestrated by abp. Boniface.

Eisdem[2] vero diebus archiepiscopus Cantuariensis, in ecclesiam sancti Albani vehementer commotus, decimas de Ringeltone, quæ ad elemosinarium[3] sancti Albani pertinent, sequestravit, et per unum fere quarterium[4] anni intactas retinuit.

Obiit Willelmus quondam senescallus sancti Albani.

Death of William of Westmill, steward of the liberty of St. Alban's.

Mense[5] eodem, octavo scilicet idus Novembris, obiit Willelmus de Westmilne,[6] quondam senescallus libertatis sancti Albani. Hic jamdudum wardam de Mikelsfeld a domino abbate Johanne ii. optinuit, et

[1] *per . . . transmisit*] om. T.W.
[2] This chapter om. N.
[3] *elemosinarium*] elemosinarum, Ch. T.; elemosinas, W.
[4] *quarterium*] quarterum, Ch.; quartarium, T.
[5] This chapter om. A. N.
[6] *Westmilne*] Westmilum, Ch.

pro ea persolvit centum marcas comiti Cornubiæ Ricardo, de quibus eandem terram a Judaismo liberavit; viginti insuper et quinque libras dedit eidem comiti pro stauro ejusdem loci. A.D. 1259.

Obiit comitissa Cantiæ.

Death of the countess of Kent.

Circa idem tempus, obiit comitissa Cantiæ,[1] dierum plena et matura morte dejecta. Hæc autem multum dapsilis et commendata uxor fuit quondam Huberti de Burgo, quandoque justiciarii Angliæ et comitis Kantiæ. Non quia hoc ab hæreditate possedit, sed quia dominus Henricus iii. rex illi comitatum eundem, tunc in manus regis devolutum, benigne concessit, unde dominium ejus optinens, nomen retinuit comitis, et per consequens uxor ejus comitissæ.

De justiciariis itinerantibus provisio.

The justices itinerant ordered to publish the provisions of Oxford.

Tunc[2] temporis provisum est Londoniis ad parlamentum generale baronum de justiciariis in proximo itineraturis, et qui in quibus ibunt comitatibus, ad eorundem provisiones publicandas et statuendas, transgressionesque contra eas quæ nuper provisæ fuerant discutiendas, ita scilicet quod infra Pascha proximo sequens tota circueatur Anglia, et de omnibus articulis jam renovatis plenum fiat scrutinium, quos Gallice scriptos per eosdem barones duximus alibi[3] scripturæ commendare.

Dominus rex transfretat in Franciam cum regina.

Henry III. goes to France

Circa festum sancti Martini, dominus rex una cum regina et multitudine etiam nobilium numerosa iter

[1] This must be Isabella, daughter of William second earl of Gloucester, third wife of Hubert de Burgh, as Margaret, the fourth wife, died in 1244 (above, p. 283).

[2] This chapter om. N.

[3] *i.e.* MS. Cotton. Nero D. 1, f. 137*b*. See Matt. Par. Additamenta, vi. p. 512. They will be found in French and Latin in the Burton Annals, Annal. Monast. i. pp. 471–484.

A.D. 1259. with Alienora.

arripuit versus Doveram, pro negotiis inter se et regem Franciæ eorumque regna expediendis in Franciam transfretaturus. Qui commissis, ut dicebatur, regni custodiis archiepiscopo Cantuariæ, domino Hugoni le Bigot, justiciario, aliisque suis fidelibus, die Veneris post prædictum festum navem apud Doveram ascendit, et apud Wytsand prospere applicuit. In cujus transitu narratum est quod nunquam, simul et semel, tanta virorum, equorum, aliorumque majorum nobilitas ab Anglia dicebatur exiisse, quanta tunc egrediebatur. Quod et multi, eisdem in partibus obviantes ultramarinis, asserebant, addentes quod non putabant regem tot secum habuisse homines, tam pedites quam equestres, quot solum habuit equos summarios, exceptis aliis regis et suorum nobilium palefridis formosissimis, reginæque et suarum curribus nobilissimis. Habito autem rex Angliæ Parisius cum rege Franciæ tractatu super negotio prædicto, illico destinavit in Angliam nuncios suos, scilicet capellanum suum principalem, quondam abbatem cujusdam domus Cisterciensis ordinis, cum aliis, præcipiens districtius, ut quicunque in Anglia jus aut clamium in partibus ultramarinis se credebant habere, ad eum quamtocius festinarent accedere, quod et factum est. Sed quid exinde sit actum, nobis est ambiguum.

His interview with Louis IX. at Paris.

Dominus Papa providet contra malos rectores ecclesiarum.

The Pope bids the abp. of Canterbury remove all immoral rectors or ministers from their churches.

Circa idem tempus cupiens dominus Papa sanctæ providere Ecclesiæ, indigne ab indignis ubicumque ministratæ, domino Cantuariensi archiepiscopo mandavit in scriptis, et sic aliis, ut dicitur, metropolitanis, districte præcipiens ut omnes et singulos rectores seu ministros ecclesiarum, sibi et suis suffraganeis subditarum, qui concubinas sive aliquid hujusmodi illicitum et inhonestum clam aut palam habent, et sic spiritu-

alibus inhoneste ministrant, ab administratione et spiritualium possessione de cætero penitus removeant, in locis eorum alios substituri[1] condignos, quorum tenorem sedulus poterit indagator alibi reperire. A.D. 1259.

Annalis conclusio.

Transiit autem annus ille parum frugifer, sed parcius fructifer, et ut apparuit in quampluribus anno præcedenti dispar[2] et contrarius; Anglia etenim, quæ diu languida diversis diversorum quasi regum potestatibus subjacebat et injuriis, hoc cœpit in anno nova succrescente justicia optatis respirare remediis, item cum tota tunc fuerit æstas et maxime in autumpno pluviosa, ita quod circa festum sancti Martini remaneret messis in agris colligenda. Hoc fuit in anno, et maxime autumpnali tempore, tanta aeris temperies et siccitas, ut fruges, licet tenuissimæ, pro voto tamen colligerentur in tempore. Item cum tanta tunc fuisset messis ut si tota salvaretur, duobus fere annis sufficeret, sed sic tota fuit corrupta, ut infra annum, multis exinde periclitantibus, deficeret annona. In hoc quidem anno tanta succrevit in modico abundantia, ut ob messis et temporis siccitatem præstaret ex insperato sufficientiam. Fuit insuper annus ille, sicut Anglis parcior in frugibus, ita et Francis in[3] vineis corruptus a potibus. Attamen Anglis in multis gratus extitit et desiderabilis, Francis[3] vero pacificus et concordabilis. Persistente enim Angliæ consilio in incepta viriliter emendatione, dominus rex, partibus petitis Gallicanis, pro pace inter reges et regna eorum confirmanda, mora detinebatur diutina.[4] Character of the year.

---

[1] *substituri*] substituturi, Ch. N. W.

[2] *dispar*] disper, Ch.

[3–3] *in . . . Francis*] om. T.

[4] A later hand in Ch. ins. in margin, "Obiit hoc anno Philippus "Levesham electus in abbatem "Westmonasterii."

A.D. 1260. *Rex fuit ad Natale Domini Parisius.*

Henry III. keeps Christmas at Paris.

Anno Domini MCCLX°, qui est annus regni regis Henrici tertii xliv., fuit idem rex in Natali Domini Parisius, cum pluribus comitatus sui nobilibus, qui solempnitatem tam sullimem celebriter peregit cum rege Francorum ac suis magnatibus; ipsis invicem convivantibus, ac super pace et aliis necessariis inter eos et eorum regna instanter pertractantibus. Fuerat enim ibi utriusque regni non modica sanioris consilii et discretionis multitudo; inter quos fuit dominus Henricus de Wengham, Londoniensis electus et domini regis cancellarius, qui hebdomada præcedenti ibidem fuerat in sacerdotem ordinatus.

Resignatur Normannia regi Franciæ.

Resignation by Henry III. of his claims on Normandy.

Tempore[1] eodem facta est pax et concordia finalis inter eosdem reges, Angliæ scilicet et Franciæ, super dominio et potestate Normanniæ, quam quidem rex Franciæ, sicut et ejus antecessores, diutius tenuerat, licet rex Angliæ eam ut jus suum semper exegisset. Unde tunc tandem habito inter eos tractatu diligentiori, et conventione super hoc firmata firmiori, reddidit rex Angliæ pro se et successoribus suis regi Franciæ et suis successoribus plenariam Normanniæ possessionem, resignando illi omne jus suum et dominium in eadem, quod patet per titulum brevium suorum in parte resecatum. Pro qua concessione recepit nomine mutationis quasdam terras, bonas et opulentas, cum summa pecuniæ de scaccario regis Francorum percipiendæ; hoc etiam adjecto quod Pictavia post decessum Lodovici, tunc regis Franciæ, ad regem Angliæ revolvetur sine contradictione. Conventio autem hæc et concordia, omni, quæ posset

Poitou to be restored after the death of Louis.

[1] This and the next four chapters om. Re.

excogitari, securitate firmata, quamplurium est utri- A.D. 1260.
usque[1] gentis magnatum sigillis ac testimoniis ratificata.

Comes Britanniæ desponsavit filiam regis Anglicæ Beatricem.

Beatrice married to John II. of Bretagne.

Sub eisdem vero diebus rege adhuc cum regina in partibus commorante transmarinis, maritata est Beatrix filia ejus comiti Britanniæ, secundum quod prius fuit prælocutum, et mediante episcopo Briacensi,[2] ob hoc nuper in Angliam destinato, procuratum. Terra autem, quam idem rex nomine mutationis pro Normannia recepit, eidem comiti in maritagio magna pro parte remansit.

Lis inter archiepiscopum Cantuariæ et capitulum Lincolniæ.

Quarrel between abp. Boniface and the Lincoln chapter.

Mota[3] est tunc temporis contentio quædam inter archiepiscopum Cantuariæ Bonefacium et capitulum Lincolniæ, ipso asserente se debere et velle jurisdictionem in ecclesia Lincolniæ sede vacante exercere, et etiam suos prædecessores libere exercuisse, cui omnes ecclesiæ filii resistendo contradicebant intrepidi, addentes quod mox cum vacaverit per archidiaconos et ordinarios ecclesiæ omnis debet jurisdictio, sicut et solet, procedere, et sine eorum assensu archiepiscopum ad hoc non prævalere. Unde archiepiscopus, ambigens super hæc, scripsit omnibus religiosis infra eandem diocesim habitantibus, rogans diligenter inquiri si quid in eorum scriptis aut libris inveniatur manifestum, quod, per quemcumque prædecessorum suorum factum, parti suæ possit in hoc articulo proficere et alterius

---

[1] *utriusque*] utrisque, MSS.
[2] See above, p. 435, n[3].
[3] *Mota*] Tota, T.

A.D. 1260. contradictionem refrænare. Facto autem apud sanctum Albanum scrutinio super hoc diligentiori, nihil inventum est ibidem pro una parte vel altera, aliorum responsione nobis ignota.

Lodovicus filius regis Franciæ moritur.

Death of Louis, son of Louis IX.

Sicut[1] aliquando solent mala se bonis, tristicia lætitiis admiscere, eisdem contigit Nataliciis dolor in Francia lamentabilis. Lodovicus etenim, regis Francorum filius et hæres, vir strenuus et procerus, universis et singulis amantissimus, qui proxima esset in æstate, patre disponente, uxorem, scilicet filiam[2] regis Castellæ, ducturus, et in regem Franciæ coronandus, viam est universæ carnis introgressus. Quod audiens rex Angliæ, adhuc trans mare perendinans, lora tamen convertens ad Angliam, dolore concepto, Parisius mox rediit, et se tam nobilis viri exequiis præsentavit.

Breve regis de malis passibus emendandis.

Brief sent out to the sheriffs for the safety of travellers.

Circa[3] Purificationem vero beatæ Virginis emanavit a cancellaria breve domini regis, eo tamen absente, ad omnes vicecomites, in quorum ballivis solebant viatoribus inminere pericula, ut omnes passus periculosos, tam nimis concavis et boscis et haiis quam aliis, pacis regiæ perturbationibus faciant videri, et incontinenti aut per dominos locorum aut per semetipsos emendari, cujus tenor videre desiderantibus alibi[4] inter brevia patebit apertius.[5]

---

[1] This chapter om. A. N.; the rubrick is in A.

[2] Berengera, daughter of Alfonso X.

[3] This chapter om. A. N.

[4] *i.e.* MS. Cotton. Nero D. 1, f. 139*b*; see Matt. Par. Additamenta, vi. p. 512. It is printed in Appendix II.

[5] *apertius*] apericius, Ch. T.

Comes Leycestriæ venit in Angliam. A.D. 1260.

Tunc[1] temporis, dominus Symon, comes Legrecestriæ, rediit in Angliam, [illius[2] præsentia diutius viduatam. Veniensque die sanctæ Scholasticæ virginis ad sanctum Albanum, visitandi causa martirem et conventum, tumbæ obtulit preciosum baldekinum; et[3] summo mane iter carpebat inceptum].[2] Return of Simon de Montfort, who goes to St. Alban's, 10 Feb.

Episcopus Lundoniæ consecratus est.

In[4] crastino vero sancti Valentini martiris, consecratus est electus[5] Londoniensis, dominus Henricus de Wengam, ab archiepiscopo Cantuariensi Bonefacio in ecclesia sanctæ Mariæ de Suthewerc, præsentibus ibidem episcopis Wigorniæ, Cestriæ, et Sarum, rege Alemanniæ Ricardo, et aliis tam clericis quam laicis infinitis, qui, ex consuetudine faciens professionem cum juramento, hujus[modi] verba exceptionis, audientibus cunctis, instanter proposuit, "Hoc juro " et promitto, salvis jure et libertate ecclesiæ Londoni- " ensis, quæ pro posse meo defendam et sustinebo ni " omnibus." Unde licet indignante archiepiscopo, et ab officio suo fere cessante, ad magnam sibi reputata sunt hæc fidelitatem, et tutissimum ejusdem ecclesiæ subsecuturum munimen. Hoc autem iccirco extra ipsum episcopatum dicitur factum, ne si fieret, videretur archiepiscopus sic in eundem habere ingressum, Consecration of Henry de Wengham, bp. of London, 15 Feb.

[1] This chapter om. N.

[2-2] *illius . . . inceptum*] This has been erased in Ch., and over the erasure is the following:

" Et hoc anno decimo die mensis " Octobris obiit Henricus filius " Henrici tertii, quem in Maio " præcedente domina Alianora " regina eidem cum gravi corporis " dolore fertur peperisse; et se- " pultus est in ecclesia beati Petri " Westmonasterii."

[3] *et*] in, W.

[4] This chapter om. Re.

[5] *electus*] episcopus, Cl. T. W.

A.D. 1260. quia lis inter archiepiscopum et capitulum Londoniensis sancti Pauli adhuc pendebat determinanda, super jurisdictione habenda in eis vel non habenda. Completo vero, licet cum indignatione, consecratoris officio, remanserunt cum consecrato omnes in mensa, videlicet præfatus rex Alemanniæ, archiepiscopus, et episcopi prænominati, cum multitudine infinita, unde computari nequibant hinc inde oblata exennia nobilissima.[1]

De Romanis interfectis Londoniæ.

Disturbance about a prebend in St. Paul's conferred by the Pope on a friend of his own, 25 Feb.

In crastino vero sancti Mathiæ apostoli, factum est Londoniis homicidium detestabile, et maxime Anglicis non mediocriter formidabile, tum propter temporis sacri Quadragesimalis violationem, tum propter Romanæ sedis stupendam nimis ultionem, necnon Ecclesiæ censuram et districtionem. Considerata tamen causa facti ejusdem, prout veraciter didici, processum linialiter transcripsi. Cum piæ recordationis dominus Fulco, quondam episcopus Londoniensis, præbendam[2] quandam in ecclesiam sancti Pauli Londoniensis jam dudum contulisset cuidam magistro Rustando, nuncio domini Papæ, in Anglia tunc moranti, eoque postea suscepto habitu fratrum Minorum, ingruente ægritudine, de medio sublato in partibus Transalpinis, dominus Papa præfatam præbendam cuidam alteri speciali[3] suo in instanti contulit, prædictum contigit episcopum de mundo transire, suumque episcopatum in regiam[4] custodiam venire. Unde rex de prædicti Rustandi morte certus, papalis tamen collationis ignarus, præ-

[1] *nobilissima*] nobilia, N.

[2] Rugmere. (Hardy's Le Neve, ii. p. 433.)

[3] Jordan, vice-chancellor of the Pope (id.).

[4] *regiam*] reginam, Ch.; regis, A. (altered) N.

fatam contulit præbendam domino Johanni de Crake- A.D. 1260.
hale thesaurario suo, et installari fecit in publico. Quo audito, destinatus est in Angliam procurator quidam, Johannes le Gras nomine, clericus nobilis, et scriptis papalibus munitus, ad prædictam domini Papæ collationem nomine procuratorio suscipiendam. Archiepiscopus vero Cantuariensis, hoc exequens, prout injunctum sibi fuerat, lite inter partes diutius agitata, comperto tandem quod papalis donatio regiam antecedebat donationem, eam sententialiter adjudicavit prædicto Romano, thesaurario excluso funditus, licet in ea diutius fuisset vestitus. Quo installato, mox capitale domicilium ejusdem præbendæ subintrari temptatur in civitate; negato tamen ingressu, præfatus clericus, viribus cedens et armis, archiepiscopo recessit conquesturus. Quod cognoscentes inclusi, mox eum insequuntur a tergo, et inter transeuntium densitatem caput ejus per oculos quidam abrasit; et sic a nemine deprehensus evasit.

Similiter et factum est alii ejus socio deprehenso fugiendo. Facta autem super hoc inquisitione per totam civitatem, et nullo reo reperto, prolata est sententia, tam ab archiepiscopo quam ab aliis episcopis, in omnes illius sceleris fautores; ita quod audientes indicibiliter fierent formidantes. Unde hoc licet a quibusdam suspiciosis putari posset per dictum thesaurarium procuratum, ipso tamen innoxio, per ribaldos est invidos perpetratum. Indignabantur enim Anglici Romanos tot et tam sæpe Anglicano ditari beneficio, per quos nec aliquis saltem indigena semel reficiebatur in anno. Et quia terram nimis sibi subjectam, ut eis videbatur, calcaverant, eos volebant hujusmodi facto exterrere a tam frequenti et regno inutili deinceps adventatione.[1]

[1] For the abridged account of this given in MS. Lamb. see above, p. 418, n[2].

A.D. 1260. *Obiit dominus Willelmus de Bello Campo.*

Death of William Beauchamp.

Eodem[1] quoque anno, obiit quidam baro magnus et in toto regno famosus, videlicet dominus Willelmus de Bello Campo. Hic cum in magnis crevisset possessionibus, Dei universa largientis nullatenus erat oblitus; suorum namque prædecessorum beneficia confirmans, et augmentando benigne defendens, domorum quarumdam extitit religiosarum patronus, quarum quædam de monachis, quædam de canonicis, et quædam de sanctimonialibus infra suum erant dominium constructæ; et sicut ab ipso, sic a suis successoribus, deinceps annuente Deo erunt defendendæ.

Seminata est discordia inter regem et Edwardum.

Discord between Henry III. and Edward.

Circa idem tempus cum rex, protracta in Galliis perendinatione diutina, in Angliam redire disponeret, instillata sunt ei non pauca sinistra de filio suo Edwardo, et aliis nobilibus suis eidem consentientibus. Quæ quia carebant, ut dicitur, veritate, nequaquam præsumo nominatim proferre. Rex tamen cum magna cordis amaritudine hæc audiens, et licet falsissima, pro veris tamen attendens, de non modica hostilium et armatorum numerositate sibi provideri præcepit uberrime. Quo facto, certificatus est tandem de falsitate, nec adhuc fidem voluit adhibere. Unde fluctuans sub ambiguo, partimque exercitum dimittens et partim retinens, assumptis ad minus trecentis militibus cum innumeris sequacibus, circa festum sancti Marci Evangelistæ, apud Doveram applicuit intrepidus. Occurrentibus autem ei magnatibus suis cum prædicto Edwardo, reverenter, prout decuit, ac honorifice susceptus est cum gaudio. Ipse tamen rex quibusdam eorum, licet

[1] This chapter om. A. N. Re.

sibi prius specialissimis, nec verba pacis et oscula præbuit, nec ab eis admisit. A.D. 1260.

Discordia generalis inter magnates terræ et de rege Alemanniæ.

Tunc temporis seminata fuerat letalis discordia inter quamplures regni principaliores, videlicet inter regem et Edwardum filium suum, ut prædictum est. Item inter regem et comitem Leycestriæ, Symonem ; inter Edwardum et comitem Gloverniæ, necnon inter eosdem comites prædictos et alios non paucos. Unde partibus hinc inde præmunitis, et viribus connexis, in proximo eminebat guerra formidabilis. Convenientes autem tunc temporis milites ad torneamentum apud Blye constitutum, illo hac de causa præpedito, omnes prout ibi convenerant, armis et equis communiri instantissime sunt cum aliis sibi connexis Londoniis convocati. Unde nisi dominus Ricardus rex Alemanniæ, tunc in Anglia perhendinans, se diligenter pro pace interposuisset, concussio non modica succrevisset ; sed semper expectato regis adventu, sic partes ad bonum commonuit, ut furore parumper minorato, rex, prout dimisit, regnum in pace reperiret.

Discord between various persons.

Tournament at Blyth.

Peace made by Richard king of Germany.

Rex hospitatus est ad sanctum Paulum per quindenam.

Veniens autem rex in vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi Londoniis, per quindenam fere moratus est ad sanctum Paulum in domo episcopi Londoniensis. Portæ namque et plateæ, sed et tota civitas ita fuerant sollicite conservatæ, letali pro guerra suspicata, quod vix aliquis, licet sullimior, liberum haberet exitum vel regressum, nec aliquis magnatum, ut dicebatur, præter regem et paucos alios infra muros haberet hospitium, neque rex proprium voluit apud Westmo-

Henry III. in the bp. of London's house at St. Paul's.

A.D. 1260. nasterium adire palatium, donec verius cognosceret qualem præseminata discordia sortietur effectum.

Rex iratus est abbati et ecclesiæ de Burgo.

Quarrel of Henry III. with the abbat of Peterborough.

Perdurante vero dissensione prædicta, sicut semper solet malum malo comitanter succedere, accusati sunt domino regi abbas[1] et conventus de Burgo, quod se in non modicum debitum nuper obligarunt pro domino Edwardo filio suo, ad virium suarum contra eum augmentationem, et paternam debellandam potestatem. Unde rex indignatione commotus, advocato abbate, præcipiendo rogavit, ut pro se simile mutuationis onus subiret; alioquin regiam indignationem incurrent. Cui cum abbas in propatulo responderet se nullatenus hoc audere, aut domum suam ad hoc sufficere, addens quod de facto suo in Edwardum securitate gauderet sufficienti, nec ex hoc injuriatum est regi. Licet eidem prius specialissimus, cum magna tamen regis indignatione recessit perterritus; formidabiliter enim minatus est eidem conventui et ecclesiæ, quod et postea monstravit cum executione.

Edwardus se purgans concordatus est regi.

Henry III. and Edward reconciled.

Postea[2] vero convocato in præsentia regis apud sanctum Paulum barnagio, habitoque prius tractatu de Edwardo super injuriis regi, ut dicebatur, illatis, paratus est idem Edwardus se omnium objectorum probare immunem, et ad duorum regum, scilicet patris sui et avunculi, provisionem in emendatione facienda se dare tractabilem; dicens omnes alios barones et comites sibi de jure non esse pares, nec suas in eum exercere discussiones. Unde discussa hinc inde veritate, omniumque relatorum falsitate probata, pacificato

[1] John de Caux.

[2] *Postea*] Postquam, W.

regi concordatus est filius, multiplicatis de jure inimicorum confusionibus. A.D. 1260.

De parlamento moto coram rege inter comites Gloverniæ et Leycestriæ.

Troubles with Richard de Clare and Simon de Montfort.

Concordato ergo Edwardo regi et reginæ ac aliis amicis, exceptis comite Gloverniæ suisque fautoribus, mox querela subsequitur de comite Leycestriæ, Symone, super pluribus injuriis, tam citra mare quam ultra contra regem, ut dicebatur, perpetratis. Præfixo igitur die ad respondendum et se de objectis expurgandum, idem comes ad dictum diem, licet breviorem, paratus est quamtocius petitis satisfacere, et ad discutiendam super oppositis veritatem, omnium tam transmarinorum quam cismarinorum arbitrio obtemperare, exceptis quinque tantum inimicis, tam suæ quam Edwardi discordiæ seminatoribus. Quo audito, comes Gloverniæ cum suis consentaneis, timens sibi post prædicti comitis purgationem gravissimas de se suscitari querelas, usque ad aliud parlamentum præfatum diem procuravit prorogandum. Unde tumultu ad tempus sedato, rex proprium adivit palatium cum gaudio.

The questions deferred to another parliament.

De seminatoribus discordiæ et ejus articulis.

Many sowers of discord.

Articuli [1] vero prætactarum culparum cum suis fabricatoribus plures sunt, et ultra modum transgressibiles, si veri essent. Sed quia incredibiles sunt, et nulla fulciuntur veritate, ne mendaciorum scriptor dicerer aut fabricator, eos huic paginæ non arbitror annotare. Immo qui eos sitienter audire desiderat, a mendacibus mendacia exhauriet, et me in hoc relinquens alium relatorem exquirat.[2]

[1] This and the next six chapters om. Re.

[2] *exquirat*] om. N.

A.D. 1260.

De morte comitis de Aubemare.

Death of William de Fortibus, earl of Albemarle, at Amiens.

Mense[1] vero Junii, comes de Aubemare, trans mare pro quodam placito perhendinans, apud Amiens vitam finivit, cujus corpus in Angliam honorifice delatum in quodam[2] monasterio ab eodem constructo sepulturam optinuit; cujus hæreditas mox comiti Gloverniæ tradebatur custodienda, per quindecim adhuc annos secundum ætatem hæredis duratura. Sed quia hoc contra communem regni provisionem est et juramentum, computatus est valor per annum, ut de tanta pecunia regi sit exinde annuatim satisfactum.

De morte Stephani de Longa Spata.

Death of Stephen Longespée.

Diebus sub eisdem dominus Stephanus de Longa Spata, miles peritissimus et totius Hyberniæ regis auctoritate justiciarius, cum diutius languore graviori tabesceret, ibidem morte præventus, viam est universæ carnis cum honore introgressus.[3]

De morte Rogeri de Turkebi.

Death of Roger de Thurkilby, Aug. 24.

Eodem mense, circa festum sancti Bartholomæi Apostoli, dominus Rogerus de Turkebi, regi præcipuus, et nulli in toto regno maxime in justicia et terræ legibus secundus, cum omnes præcelleret sensuum et rerum[4] nobilitate et gloria, morte quasi repentina præventus, omnibus his cum seculo Londoniis valedixit, et fructum totius nobilitatis et vitæ suæ collecturus transmigravit. Hic, ut communiter dicebatur, vespere lectum jocundus adiit, sed crastino diu expectatus ad bancum, sublato spiritu, cadaver extinctum permansit. Unde eodem mortuo, dictum est commu-

[1] This and the next three chapters om. A. N.

[2] Thornton on the Humber; v. Chron. de Melsa (Bond), ii. 106.

[3] *introgressus*] ingressus, W.

[4] *vel . . . bus*, interlined over sensuum and rerum in Ch.

niter, quod per totam quindenam præcedentem, licet semper bancum justiciarius tenuerit, tamen quasi in extasi positus et extra se fuit. Admonitusque a fratribus et aliis de salute animæ, ita respondit, "Nihil "vobis faciam, ite ad justiciarium." Sic enim solitus fuerat dicere, de clamore commotus et precibus se interpellantium. Fas tamen est credere, quod Deo dispensante, Qui neminem vult perire, omnia jura sua divinitus accepit. Unde dolorem de morte exultatio de salute animæ superavit. Nunciatus est itaque uno eodemque die obitus istorum trium regi, qui magno se consilio et exoneratione cognoscens destitutum, dolorem non immerito concepit non modicum. A.D. 1260.

De visione cujusdam militis.

Postea vero evenit quædam visio cuidam militi in quodam loco secreto in Anglia dormitanti. Venit enim ad eum, imperans ut ad dominum Henricum de Ba personaliter adiret, dicens ei quod dominus Rogerus de Turkelbi, justiciarius, eum vocat, habens unum placitum in quodam loco placitandum, et nullo modo sine ejus præsentia terminandum. Quod cum miles quasi negligendo implere dubitasset, secundo et iterum prædictum audivit præceptum, et nisi hoc faceret, malum in proximo sentiret inminendum. Tandem vero petito domino Henrico prædicto, nunciata est hæc visio, sed pro nihilo ab eo audita et habita, talem est, ut communiter dicitur, finem consecutus continuo. Nam infra proximum mensem subsequentem, idem Henricus de Ba mortem perpessus est corporalem. Vision of a soldier respecting Henry of Bath. Death of Henry of Bath.

De rumoribus Terræ Sanctæ et Tartarorum.

Templarius quidam, tunc temporis de Terra Sancta properanter accedens, in vigilia sancti Botulfi Lon-

A.D. 1260. News from the Holy Land, June 16.

donias advenit, deferens quamplures litteras domino regi et magistro Templi Londoniis et aliis, sed et plures detulit multis tam citra quam ultra montes magnatibus. Qui tanta velocitate tam spatiosam viam transcucurrit, quod intollerabili compulsus necessitate, die, quo a Terra Sancta recessit, eodem ad xiii. septimanas Londonias intravit, faciens unam dietam a Dovera in Londonias, sicut alibi se fecisse asseruit consimiles. Perlectis autem his litteris, tam rex et Templarii quam omnes alii hæc audientes in tantam se dederunt lamentationem et dolorem, qualem nullus præviderat de hujusmodi priorem. Nunciatum enim fuit quod Tartari, cum innumerabili procedentes potentia, Terram Sanctam jam fere usque ad Acram destructam occupaverant. Et quod mirum est auditu, durante eorum exercitu per xl. dietas totam illam terram occupare proponebant, ut sic devastata ibidem, quod absit, majori multitudine facilius possent suam ulterius vastationem dilatare. Adjunxitque idem nuncius, quod omnes ad se confugientes vel captos alienos in prima acie belli exponunt, et pugnantes, tam viri quam feminæ, sicut ante sic et retro bene sagittant. Nec valebit eis Christianitas resistere, nisi potenti manu Dei suffulciatur adjutrice. Vastatis etiam jam fere omnibus ibidem Templariis et Hospitalariis, nisi festinus interveniat succursus, in mundo quamcitius, quod absit, horribilis imminebit interitus. Hoc idem, ut dicebatur, significatum est omnibus aliis circa mare Græcorum potentibus.

De perhendinatione regis Alemanniæ in Anglia et de discordia quorundam magnatum.

Richard of Cornwall starts for Rome from Gravesend, 17 June.

Subsequenti vero die sancti Botulphi dominus Ricardus rex Alemanniæ, cum per annum et fere dimidium in pace perhendinasset in Anglia, quosdam ibidem prædiscordes concordans, quosdamque sub

certa forma pacis constituens, papali sæpius advocatione præmonitus, imperium recepturus Romam tetendit quamtocius. Qui Londoniis navem conscendens, usque ad Gravesende velificavit; deinde cum regina sua sibi occurrente et mediocri comitatu arreptum iter transcurrere properavit. Quo absente quamplures fluctuabant sub ambiguo, quippe cum ejus nuper præsentia inminentem guerram præpedisset, formidabant quod pax prælocuta, absente illo, nullius stabilitatis existeret. A.D. 1260.

De signis et portentis enormibus in aere.

Tempore[1] vero æstivali ejusdem anni, magna et enormia evenerunt portenta ab aere, ita quod nonnulli dicebant extremum Judicium in proximo imminere. Inventum namque fuit alicubi scriptum, et etiam a multis astrilogis et aliis frequenter prætestificatum, quod eodem anno tanta erit pestis, quod vix inter sex unus evadet indempnis, juxta quod, ingruente fame intollerabili, tanta et tam assidua choruscabant tonitrua, quod vix audente aliquo domum exire, necatis non paucis, domos, blada, et nemora consumpsit, aliaque ubique pericula inaudita ingessit. Tantæ etiam tempestates erant grandinum, ut non tantum lapilli ut pisæ, sed et lapides grossitudinis trium digitorum, et in quibusdam locis xv. necnon et in quibusdam, ut juramento asserebatur, magni lapides, ad sullevamen trium hominum ponderantes, inveniuntur cecidisse. Aliis vero in locis fruges, quæ sperabantur fertiliores, ita adnihilabantur quod vix sufficiebant messores suos remunerare. Unde his et hujusmodi ubique dispersis, processiones indicuntur et jejunia, orationesque funduntur devote, cum delictorum emendatione creberrima.

Signs and portents in the air.

Famine and

Tempests.

[1] This chapter om. A. N.

A.D. 1260. *De treuga inter regem Henricum et Walenses.*

Simon de Montfort sent against the Welsh.

Non multum siquidem post, suspicatum est bellum in brevi succrescere, mortiferum Angliæ maxime et Walliæ formidandum. Exiit namque regium, ut dicebatur, edictum, ad omnes sibi servitium debentes, ut quamcitius sibi providerent necessaria, in Walliam ituris pro regis injuria vindicanda. Et quia prædicti Wallenses hostiles sunt ad bellum instructi, mortem non timentes, constitutus est contra eos dominus Simon comes Legrecestriæ, tanquam prudentior bellator Angliæ et validior, Anglorum exercitus dux et gubernator. Qui si invicem sibi occurrerent cum hostilitate, occisio putaretur utrobique. Hoc tamen, emergentibus postea impedimentis, petita treuga differebatur ulterius.

De morte Walteri Dunelmensis episcopi.

Death of Walter of Kirkham, bp. of Durham, at Hoveden, 9 Aug.

In[1] vigilia quidem sancti Laurentii, dominus Walterus de Kircham, episcopus Dunelmensis, maturus moribus et plenus diebus, cum ecclesiam Dunelmensem per xii. annos laudabiliter rexisset, seculo valedicens et corpori, apud Hovedene felicem animam suo reddidit Creatori. Qui illinc reverenter asportatus, die Lunæ sequente, honorifice, ut decuit, in ecclesia sua Dunelmi est sepultus. Hic licet de mediocribus educatus, per totum fuit regnum famosus, et maxime dapsilis et mitis erga omnes comprobatus. Inter alia etiam sui beneficia, ubique diffusa, duas ecclesias ad valentiam ccc. marcarum annuatim, scilicet de Herteburne et Egelingham, in episcopatu Dunelmensi, ecclesiæ sancti Albani appropriavit, et litem inter easdem ecclesias de Dunelmo et de sancto Albano diu agitatam ad pacem

He had given Hartburn and Eglingham to St. Alban's.

[1] This and the next two chapters om. A. N. Re.

finalem usque perduxit. Sed dum hæc instrumenta conficerentur, expectato tempore congruo partes ponere in saisinam rerum, utrobique concessarum nomine mutationis et pacis, idem episcopus est interim de medio sublatus, et sic de necessitate eidem negotio finis non imponebatur. Confestim autem prædicti episcopatus custodia magistro Johanni Maunsel est a rege contra communem provisionem collata. A.D. 1260. The guardianship of the see given to John Mansel.

De morte Johannis de Crakehale.

Postea vero die Veneris post Nativitatem beatæ Mariæ, dominus Johannes de Crakehale, thesaurarius Angliæ, et archidiaconus Bedefordensis, cum undique sibi arrideret seculum, eidem valedicens, Londoniis diem clausit extremum. Hic, non modica, ut dicebatur, abundans pecunia, xviii. milia librarum post se reliquit intacta. Ecclesiæ etiam de Wautham non parvam pecuniam sibi debitam dimisit, collatisque eidem aliis beneficiis, corpus suum ibidem tumulandum legavit. Death of John de Crachale, treasurer, archdeacon of Bedford, 10 Sept.

De electione domini Roberti monachi in episcopum Dunelmensem.[1]

Felicis siquidem recordationis domino Willelmo de Kircham, episcopo Dunelmensi, de medio sublato, capitulum Dunelmense cavens ne ecclesia sua diutius viduaretur pastore, præfixo die eligendi, dominum Robertum de Stichil, commonachum suum et priorem de Finchale, in crastino sancti Michaelis unanimi elegit assensu in episcopum sibi et pastorem, virum quidem elegantem, discretum, et commendabilem; licet enim regia interpellatione requisiti essent pro secularibus, habentes tamen Deum præ oculis, nullius favore vel metu a legitima declinabant electione in semetipsis. Election of Robert de Stichill bp. of Durham.

[1] *Dunelmensem*] Dulmonum, Ch.

A.D. 1260. Electus autem oblatum sibi divinitus obtemperanter amplectens honorem, ductus a priore[1] suo Dunelmensi, confestim regiam adivit præsentiam. Veniens itaque Londonias, circa festum sancti Edwardi, tempore parlamenti, resistentibus sibi quibusdam, regem invenit primo aliquantulum sibi contrarium, sed tandem protracta ibidem mora per quindenam, eundem pro libito habebat propitium. Susceptus itaque a rege,[2] et homagium ei de baronia perficiens, destinatis litteris regiis ad prædictum custodem, in plenariam episcopatus sui instituitur temporalitatem; pro spiritualitate vero archiepiscopi Eborum adivit præsentiam.

Dominus rex dedit arma Johanni de Britannia.

John of Bretagne knighted.

Die[3] vero sancti Edwardi, confluentibus ad tam nobile regis convivium tam transmarinorum quam cismarinorum magnatum et aliorum innumeris, dominus rex cingulo dedit militari Johannem de Britannia, filium comitis Britanniæ, qui nuper filiam ejus Beatricem duxerat in uxorem. Cum qua et totam terram habuit quam pro Normannia optinuit mutuandam. Fecit insuper rex et alios novos milites usque ad quater viginti, cinctis prius ab Edwardo filio suo duobus filiis comitis Legrecestriæ baltheo militari. Qui omnes, statuto ultra mare torneamento, cum prædictis Edwardo, Johanne, et Henrico filio regis Alemanniæ, quamcitius transfretaverunt, ut uniuscujusque vires, ut moris est novis militibus, ibidem experiantur.

De mutatione justiciarii, thesaurarii, et cancellarii.

Changes in the offices of justiciary, treasurer, and chancellor.

Tractatum[4] est quidem ad prædictum parlamentum de justiciario Angliæ, cancellario, et thesaurario, qui anno deberent dominari secuturo. Dominus enim Hugo

[1] Hugh of Darlington.
[2] *rege*] gere, Ch.
[3] This chapter om. Re.
[4] *Tractatum*] Tractum, W. This chapter om. A. N. Re.

Bigot, prius justiciarius, tunc secessit. Dominus Henricus de Wengam, prius cancellarius, episcopatum tunc Londoniarum optinuit. Et dominus Johannes de Crakhale, prius thesaurarius,[1] paulo ante, ut prædictum est, expiravit. Habito itaque super hoc tractatu non parvo, tandem concordantibus cunctis commissum est sigillum regium magistro Nicholao archidiacono Eliensi, abbatique[2] de Burgo officium thesaurarii, et domino Hugoni le Despenser potestas justiciarii. A.D. 1260.

De reditu regis Alemanniæ in Angliam et adventu magistri Alberti nuncii domini Papæ.

Mense[3] vero Octobris, dominus Ricardus rex Alemanniæ, papali frequenter advocatione ad imperium invitatus, cum nuper ab Anglia Romam petiturus secessisset, clandestino[4] et inopinato recursu mox rediit; ita quod, minoratis clientela et pompa, omnibus tam citra mare quam ultra admirationem ingessit. Dictum est enim eum cum paucis hominibus equisque pauciori-bus, prolongatis dietis depositisque regalibus pompis, applicuisse, sed postea, cito subsequentibus hominibus suis, solito circumdari[5] honore, unde quamplures asserebant eum a Menfredo principe Romano[6] et aliis anhelantibus ad imperium, præcluso itinere, spoliatis thesauris, et effugatis fuisse servientibus præpeditum. Hoc adjecto, quod si ulterius præsumeret Alpes transcendere, quamcitius posset cum sequela periculo subjacere. Nec est mirum quod super hoc non provisus nec præmunitus, inimicos declinans, lora retraxit quamcitius. Alii vero dixerunt quod magnatum suorum de Alemannia consilio prænonitus et præpeditus, nec vult nec expedit hoc instanti tempore hyemali tam

Return of Richard king of Germany.

Conjectures as to his intentions and objects.

[1] *thesaurarius*] thesaurus, Ch.
[2] John de Caux.
[3] *Mense . . . tollerabilis* (p. 461)] om. Re.
[4] *clandestino*] clam destino, Ch.
[5] *circumdari*] circumdati, A. N.
[6] *Romano*] Rome, W.

A.D. 1260. periculosum iter et longum transcurrere; sed poterit, transacto hyeme, sub diebus serenioribus securius pertransire. Hoc adjecto, quod regnum suum Alemanniæ et omnes incolas habet et habebit in pace, et sibi coadjutores in prædicto negotio sine omni sentiet fictione. Ille vero adquiescens mox Angliam rediit, ut prædictum est, ut terras suas et possessiones, ibidem minus rite dispositas, prout sibi et Henrico filio suo expediret, disponeret; et sic, adveniente tempore congruo, minime rediturus transfretaret. Item dixerunt alii, quod papali est admonitione reversus, ut scilicet magister Albertus, nuncius suus, multas ob causas in Angliam destinatus, secretius contra baronum provisionem[1] intraret, tam magnum sequens ductorem; et sic, expedito papali negotio, idem rex eum sentiret sibi in prædicto negotio suo favorabiliorem.[2]

De discordia clericorum Cantebrigiæ.

Quarrel at Cambridge between Northerners and Southerners.

Sub eodem vero tempore, orta est discordia intollerabilis in universitate Cantebrugiæ; facta enim prius quadam contumelia inter duos garciones, unum Australem et alterum Aquilonarem, mox eis succurrunt compatriotæ, ita quod aliis in alios insurgentibus, quamplures verberati redduntur et vulnerati utrobique. Sicque tandem tota villa perturbatur, quod omnes tam clerici quam laici a vacuatis domibus glomeratim ad pugnam convolarunt. Absentibus itaque clericis, quidam de laicis domos eorum clam intrarunt, et bona diversimoda abinde asportaverunt. Cancellarius enim villæ laicos advocaverat in auxilium ad perturbatorum rabiem mitigandam, unde et raptores alii rapiendi habuerunt fiduciam. Deposita igitur super hoc querela coram rege, Laurentius de Brok mox illuc jubetur

---

[1] *provisionem*] provisiones, A.

[2] *favorabiliorem*] favorabilem, N.

adire, habitoque super hoc districtiori examine, data sententia, spoliatores usque ad sexdecim de eadem villa suspendebantur una die. Alii etiam quamplures, tam clerici quam laici, vel ad ecclesias fugiebant, vel carceri districto mancipati permanebant. A.D. 1260. Laurence de Broc sent there by the king.

De[1] *adventu regis Scotiæ Londoniis.*

Istis etiam diebus et mense, venit rex Scotiæ Londonias, causa ductus multiplici, scilicet visitandi regem Angliæ et reginam, et comitatus sui Huntingdone dominium exercendi et potestatem. Causam insuper adventus sui declarans principaliorem, petivit a rege quatuor milia marcarum sibi reddi, quas dixit sibi quondam in desponsatione uxoris suæ ab eodem rege[2] promitti; item totam terram inter Tynam et Twendam, quam asserebat suis quondam antecessoribus fuisse donatam; item virile auxilium a rege et terræ magnatibus contra inimicos suos, sicut eis quondam compromisit cum majoribus Scotiæ per scriptum suum signatum, et per fratrem Willelmum de Hortune procuratum et transmissum. Interfuerant autem tunc Londoniis reges Angliæ et Alemanniæ, quare tanta fuit et esse oportuit ibidem sumptuosa pompositas, quod tota circumjacens patria intollerabiles sustinebat expensas. Quem post paucos dies sequebatur regina sua, partui proxima, causa veniens visitandi regem, reginam, et Angliam, et volente Deo, ibidem prope illos pariendi. Ducta vero a venerabili viro episcopo[3] de Candida Casa, occurrente sibi fratre suo juniore Edmundo, vespertinali hora apud sanctum Albanum solempni cum processione suscipitur, et honorabiliter hospitata. Mane Londonias proficiscitur. Qua recepta, tunc simul fuerant ibi tres

Alexander III. of Scotland comes to London. He claims his marriage portion. Q. Margaret also comes. Her reception at St. Alban's.

---

[1] The rubr. in Cl. is *Rex iste venit in Angliam.*

[2] *rege promitti*] so T.; repromitti, the other MSS.

[3] Henry, bp. of Whitherne.

A.D. 1260. Margaret of Scotland, Alienora, and Sanchia together. Alexander III. at St. Alban's. Amount of his expenses paid by Henry III.

reges totidemque reginæ, de quorum apparatu et nobilitate quis poterit sine admiratione cogitare? Episcopus vero, præsentata regina parentibus, oneratus pretiosis donis et variis, Scotiam redibat quamcitius. Rex etiam, expletis utrumque[1] negotiis, post ipsum rediit, et apud sanctum Albanum in redeundo hospitatus, pallam ibi quandam donavit. Narratum vero tunc fuit, quod idem rex centum solidos percipiebat cotidie citra Humbram de bursa regia, tam in veniendo quam in redeundo, sicut et antecessores sui petere consueverant, regio advocati mandato. Sed licet hoc fuerit pluries quasi de jure petitum, nunquam tamen fuit, secundum plurium assertionem, nisi de liberalitate exhibitum.

De morte electi Wintoniensis in Francia.

Death of Æthelmar de Valence, elect of Winchester, soon after his consecration.

Subsequenti[2] vero mense Decembri Ælmarus, quondam Wyntoniensis electus et frater regis Henrici iii. uterinus, cum per tres ferme annos in curia Romana stetisset, gratiam rehabendi episcopatum suum inpetraturus, tandem papali optenta benedictione, ab eodem est, ut dicitur, in episcopum consecratus. Tendens itaque cum plena potestate festinanter in Angliam, volente Domino vitam in Francia finivit, et Parisius apud sanctam Genovefam honorabilem, ut decuit, sepulturam optinuit. Cujus mors licet quibusdam lugubris, pluribus tamen et maxime Anglicis, scilicet provisoribus Oxoniæ,[3] videbatur salutaris. Quod et pro miraculo magno illis habetur, quia si episcopatum Wyntoniæ reacciperet pacifice, revocatis omnibus præejectis, prædicta baronum provisio tenderet in nihilum, et sæviente ultione in inimicos, novissimus error fieret pejor priore quam plurimum.

---

[1] *utrumque*] sic MSS.

[2] This chapter om. A. N.

[3] *Oxoniæ*] Oxorn̄, Ch. This and the previous two words are in the margin.

Conclusio anni. A.D. 1260.

Transiit autem annus iste parum frugifer, sed fructuosus abundanter. Nam pomeria, orti, et nemora ita fuerunt in generibus variis fertilia, quod frugum viderentur paucitatem suppletura, quod bene patebat ad oculum. Nam pretium bladi, quod fuit in fine autumpni, dicebatur circa Natale Domini hac de causa minorari. Annus etiam iste licet Terræ Sanctæ fuerit maxime pro Tartarorum incursione, ut minabantur, formidabilis, Anglis tamen et Francis, mortalitate excepta, bene dinoscitur tollerabilis. Character of the year.

Expiraverant[1] autem hoc anno Walterus episcopus Dunelmensis, Almarus electus Wintoniensis, comes de Albemare, Willelmus de Bello Campo de Bedeforde, Rogerus de Turkelby, Henricus de Ba, domini regis justiciarius, Johannes de Crakehale, ejusdem thesaurarius et Stephanus de Longa Spata, justiciarius Hyberniæ, adjunctis et aliis quam plurimis, quorum memoria et numerus Deo est soli retinendus.[1] Obituary.

De amœnitate aeris circa Natale Domini.

Anno Domini MCCLXI°. Regis vero Henrici iii. xlv., tenuit idem rex Natale suum apud Wyndesore una cum regina sua, et filia sua regina Scotiæ, ibidem partum expectando perhendinante. Fuerat etiam ibidem tunc rex Alemanniæ Ricardus, qui nuper inperata velocitate redierat in Angliam; sed regina ejus continuam simpliciter tenuit tunc apud Berchanstede perhendinationem. Henry III. keeps Christmas at Windsor.

Quo tempore tanta fuit serenitas aeris et continua blandicies, quod æstivales magis quam hyemales iminere diceres amænitates. Fine weather.

[1–1] *Expiraverant . . . retinendus*] This, which is in Re., om. A. N.

A.D. 1261. *De evasione Rogeri de Clere sociorumque ejus.*

Escape of Roger de Clere and John Ealriche from Newgate.

Contigit[1] autem sub eisdem diebus quoddam mirum et cunctis audientibus magis magisque admirandum. Duo etenim perpetuo carceri non inmerito mancipati, Rogerus scilicet de Clere et Johannes Ealriche, cum unus per annos xviii. et alius x. et amplius, ferro onerati, apud Neugate Londoniis incarcerarentur, de nocte[2] evaserunt, abductis et aliis secum, qui omnes vincula non pauca etiam in exeundo sustinebant. Rogerus vero cum quibusdam eorum fugit ad ecclesiam, et Johannes cum aliis clam ut potuit se transtulit extra civitatem.

De asperitate temporis.

Frost and snow about Feb. 2.

Aliud vero insolitum hic est auditoribus enucleandum. Nam circa Purificationem beatæ Virginis, cum tempus deberet vernum serenari, tanta fuit nivis et gelu continuatio per quindenam, quod nunquam per quamplurimos annos talem videres temporis et aeris contrarietatem.

De consecratione episcopi Dulmonensis Roberti de Stichille.

Robert de Stichill consecrated bp. of Durham at Southwell, Feb. 13.

Dominica vero post festum sanctæ Scolasticæ, scilicet idus Februarii, consecratus fuit electus Dunelmensis Robertus de Stichille in episcopum ab archiepiscopo Eborum apud Suthewelle, qui celebrato ibidem laudabili convivio, sedem petiit episcopalem cum festinatione, quam nunquam post electionem dicebatur revisisse.

---

[1] This and the next two chapters om. A. N. Re.

[2] MS. Lamb. adds (under 1260) "Sanctorum Innocentium."

De partu reginæ Scotiæ apud Wyndlesoram. A.D. 1261.

Birth of Margaret, daughter of Alexander III. and Margaret.

Sub eisdem diebus regina Scotiæ Margareta filiam peperit primogenitam in castello de Wyndesore, ubi moram una cum matre sua traxerat diuturnam. Quod Scoti cognoscentes, nimis moleste ferebant reginam suam extra regnum proprium peperisse, quam penitus ignorabant partui tam proximam in recedendo extitisse. Ipsa enim eisdem hoc et regi caute occultaverat, ut sic, natali solo repetito, liberius ibidem pariendi desiderium adimpleret.

De[1] *voluntate domini regis*[2] *qualiter cogitavit resistere providentiis baronum suorum.*

Henry III. determines to be absolved from his oath to keep the provisions of Oxford.

Eodem[3] tempore Februarii[4] dominus rex Angliæ, cum ex toto tempore suo haberetur maxime erga alienos largissimus, habito secum cogitatu secretiori, qualiter, provisioni baronum subpositus, ex insolito cogebatur manum retrahere et eorum custodiæ ac dispositioni licet utili adhærere, vehementer doluit, et se hujusmodi mutaturum corde firmiori decrevit. Convocatis itaque magnatibus dixit, "Vos omnes pro communi et "regis utilitate, ut asseruistis, et commodo, necnon "pro thesauro meo ampliando et debito perstitistis "minuendo. Provisumque inter vos universaliter de-"crevistis, præstitis juramentis, observari, cui et me "una cum filio meo juramento alligastis consimili. "Nunc autem indubitanter expertus sum vos non "tantum regis et regni, quantum propriis inhiantes "emolumentis, penitus a pacto resilire, et me non

[1] The rubr. in Cl. is *Rex contra juramentum suum ivit.* Re. om. all to *subrogare* (p. 471).

[2] *regis*] om. Ch. A. T.

[3] A portion of what follows in this year, 1261, has been copied into the "Opus Chronicorum," inserted among the works of Rishanger, MS. Cott. Claud. D. vi., printed by Riley in the same volume with Trokelowe, pp. 4–9.

[4] *Februarii*] om. A. N.

A.D. 1261. " quasi dominum, sed quasi ministrum, vestræ subju-
" gasse custodiæ. Thesauro insuper ex insolito mino-
" rato, debitum ubique succrescit, liberalitasque regis
" et potestas fere prostrata succumbit. Unde non
" miremini si vestro non amplius consensurus consilio,
" vos vobis relinquam de cætero, et super hoc remedio
" indulgeam perquirendo." Quo dicto, destinatis rex
He sends messengers to Rome. ministris Romam pro absolutione, specialiter scripsit regi Franciæ et filio suo Edwardo, pro subministrando sibi auxilio. Cui rex infinitos promisit milites per vii. annos, si necesse fuerit, propriis sumptibus sustinendos, et Edwardus in congregandis ut dicebatur viribus labores adhibuit omnimodos,[1] studentes eundem non juvenem, sed jam emeritum, a custodia eruere, et more solito regni sui dominum stabilire.

De mora domini regis in Turrim Londoniarum et juramento Londoniensium fidelitatis sibi facto.

Henry III. fortifies the tower. Interim rex, statuto magnatum neglecto et consilio deceptus adulatorio, in Turrim se Londoniarum intrusit, et thesaurum ibidem depositum, diruptis seris, consumendum dispersit. Conductis insuper operariis, eandem fecit Turrim ubique firmari, civitatemque Londoniarum, reformatis seris et clausuris, mandavit per girum communiri. Convocatisque singulis de civitate
He compels all to swear fealty. a xii. annis et supra, fecit omnes jurare de fidelitate sibi servanda, clamante hoc præcone, ut quotquot vellent regi[2] militare, illius veniant suscipiendi pecunia.[3] Quo audito, magnates undique confluebant cum viribus, hospitati extra muros, hospitiis sibi intra omnino negatis. Sicque letalis ubique suspicabatur guerra, nunquam per multos retro annos tam proxima.

---

[1] *omnimodos*] omnimodis, MSS.

[2] *regi . . . . suscipiendi*] suscipierent, T.; suscipere, W.

[3] *pecunia*] pecuniam, A. Cl. N. T. W.

De minis episcoporum contra religiosos de ecclesiis quas habent in proprios usus.

A.D. 1261.

Threats of the bishops to take away appropriated churches from the monasteries.

Eodem tempore devulgatum est per circuitum, quod omnes Angliæ episcopi moliuntur a religiosis et maxime exemptis ecclesias sibi appropriatas revocare, et ad hoc impetrandum procuratores sollicitos Romana in curia generaliter sustinere. Quod et bene putabant impetrare, quia causas petitionis suæ varias et rationabiles assignabant, ut dicebant, nec pro ulla expensarum numerositate se retrahebant. Unde vehementer formidabatur, ne sicut inter laicos tunc corporalis imminet guerra, sic et inter litteratos, minoratis quorumdam substantiis, spiritualis oriretur discordia.

De concilio Papæ Romæ celebrato.

The Pope issues summonses for a council at Rome.

Walter of Reigate sent to England for this.

Circa idem tempus, dominus Papa cum nuper decrevisset concilium suum generale in quindena Paschæ Romæ celebrare, archiepiscopo super hoc Cantuariensi, ut dicebatur, præmunito, audito tandem viciniore incursu Tartarorum in Christianos, prædictum tunc distulit decretum, et fratrem Walterum de Reigate in Angliam misit, super hoc et alia salubriter provisurum. Postea vero audiens idem Papa prædictos Tartaros usque ad lii. milia in Hungaria trucidatos, timensque residuos sibi cæterisque Christianis in brevi nocituros, summoneri[1] fecit omnes prælatos transalpinos et viciniores, ut citra festum Apostolorum Petri et Pauli Romæ conveniant, provisuri qualiter prædictis cautius inimicis resistant. Veniens itaque prædictus frater Walterus, fecit summoneri omnes Angliæ prælatos ut in quindena Paschæ coram ipso Londoniis conveniant, et mandatis auditis papalibus, de responsis salutaribus tractare non omittant.

The English bishops summoned.

[1] See this letter in the Burton Annals. Annal. Monast. i. pp. 495–499.

A.D. 1261. *Littera papalis de absolutione regis et domini Edwardi.*

Henry III. absolved from his oath. Edward renews it. Tunc temporis, circa Pascha, impetrata fuit littera papalis super absolutione regis et Edwardi filii sui de prædictis juramentis ; sed, rege hoc acceptante, Edwardus se sponte iteratis innodavit sacramentis. Audientes hoc magnates, firmiter in proposito persistentes, destinatis ad regem mediatoribus, obnixe rogabant ut communiter præstitum inviolabiliter teneret juramentum, et si quid sibi displicuerit, eisdem ostenderet ad emendandum. Qui non adquiescens, sed eorum ingressus vix patiens, dure, minanter, ac proterve respondit, dicens, quod ipsis a conventione deficientibus non amplius adquiesceret, sed unusquisque deinceps propriis defensionibus provideret. Tandem tamen mediantibus quibusdam discretis, ad hoc vix mitigatus, inducitur ut duo eligerentur, unus ex parte una et alius ex altera, qui duo tertium sibi assumerent et, auditis querelis regis et aliorum responsis, stabilem utrobique pacem providerent. Quod hinc inde concessum usque ad adventum Edwardi conceditur differendum. Audiens autem hoc Edwardus, scilicet prædictam in Anglia discordiam per suum citius adventum pacem sortituram, adepta de hastiludio victoria, confestim repatriavit, adductis secum Johanne de Braynes sororio suo et Willelmo de Valencia, de terra nuper elongato.

Edward returns to England, with John of Bretagne and William de Valence.

Willelmus de Valencia redit in Angliam.

William de Valence is admitted only on swearing to obey the barons' provisions. Edward adheres to the barons Qui tunc ingressum vix optinuit, ita tamen ut, præstito in ingressu sacramento, baronum provisioni in omnibus obediret, et singulis contra eum depositis querelis et deponendis, si necesse fuerit, responderet. Edwardus vero super vanis regis consiliis et consiliariis edoctus, eisdem valde iratus, sponte se a patris absentavit obtutibus, et fideliter, ut præjuraverat, assensit

baronibus. Inquisitis itaque diligenter prædictæ contentionis fautoribus et cognitis, unanimiter omnes cum Edwardo conjurarunt, quod nunquam regi consentirent in uno, donec quosdam non nominandos a suo amoveret consilio, addentes quod per talium pacis perturbatorum suggestiones rex sæpe decipitur, et in prætacta papali absolutione provisio regi et regno salubris infirmatur; unde revelato eorum secreto, nunquam rex, talium consilio intermediante, suo poterit barnagio prout decet consentire. Rex vero hoc renuens confestim se infra Turrim Londoniarum cum eis recepit. Et Edwardo foris cum magnatibus remanente, concursus in proximo formidolosus excrevit. Comites autem Gloverniæ et Legrecestriæ, prius per verba indecentia discordes, pace sunt tunc firmissima confœderati, simul cum Edwardo et aliis contestantes quod aut prædictorum perturbatorum a rege removerent consortium, aut guerra viciniore suscitanda alterutros se darent in interitum.

A.D. 1261. against his father. The king required to remove some of his counsellors. Richard de Clare and Simon de Montfort reconciled.

De consiliariis domini regis infra turrim Londoniarum.

Timentes itaque non mediocriter prædicti consiliarii, se infra Turrim et custodiam diutius receperunt, armis viribusque circumquaque communiti. Qui tandem interveniente regina, vix quibusdam concordati magnatibus, circa Pascha invicem suscepti sunt in pacis amplexibus. Quo facto, dominus rex audacius se extra Turrim exposuit, domino Johanne Maunsel infra dimisso, versusque Doveram itineravit continuo. Venienti autem cum mediocri familia liberum patefecit castellum introitum, cum nec eidem ablatum nec vetitum, sed tanquam clavis totius regni, custodiæ esset diligentiori a baronibus deputatum. Quo rex statim se sentiebat de falsis suggestoribus deceptum, et baronum suorum fidelitate ubique, licet ignoranter, suffultum; commendansque illius custodiam domino

The obnoxious counsellors go to the Tower for safety. The king goes to Dover castle,

A.D. 1261. then to Rochester. Roberto Waleran, mox castellum Rofense adiit et quædam alia, et ubique liberum invenit introitum et exitum ad commoda.

Qualiter justiciarii itinerantes destinati fuerunt per Angliam.

Justices itinerant sent through England, May 2. Eodem tempore, destinati sunt justiciarii itinerantes per Angliam rege præcipiente, sed hoc contra communem provisionem, et barnagio minime consentiente. Quibus venientibus apud Hereforde, et comitatu convocato die Lunæ ante le Hokeday sedere volentibus, confestim se ingesserunt quidam ex parte barnagii, districtius prohibentes ne ipsi hoc præsumerent, nec eis alii in aliquo responderent, tum quia rationabiles per dies scilicet xl. non præcesserunt summonitiones, tum quia secundum generalem provisionem non nisi semel in uno comitatu de septennio in septennium sessuri erunt itinerantes. Unde placito eorum silenter suspenso, mox a rege consilium petierunt super hoc et responsum, et accepto mandato ut desisterent, ad Norhamtunam iter arripuerunt celerrimum.

De summonitione prælatorum Angliæ.

The English prelates meet to hear the Pope's mandates; the Southerners in London, May 16, the Northerners at Beverley, May 23. Mense insuper Maii summonitis omnibus Angliæ prælatis, ut prædictum est, scilicet archiepiscopis, episcopis, abbatibus, tam exemptis quam non exemptis, prioribus, archidiaconis, et aliis ecclesiarum ordinariis, ut scilicet, auditis domini Papæ mandatis, certis eidem satisfacerent in responsis, die Lunæ ante festum sancti Dunstani convenerunt omnes Australes Londoniis coram archiepiscopo Cantuariæ Bonefacio et prædicto fratre Waltero, nuncio domini Papæ, die vero Lunæ subsequente Norenses apud Beverleiam coram archiepiscopo Eborum negotium idem exequente; celebratoque hinc inde consilio super prædictis articulis, statuta

quædam tunc nova providerunt, hic et ibi, super statu ecclesiæ Anglicanæ, quæ una cum aliis quondam apud Oxoniam provisis sanxerunt custodiri. Super his autem et aliis maxime ad resistendum Tartaris communiter provisis, nuncios discretos et generales providerunt Romam dirigere, qui, communi eorum bursa victuri, dominum Papam possent super eorum responsis in concilio prædicto, Romæ celebrando, certificare. Hi, ut communiter dicitur, tunc juraverunt coram prædictis episcopis, quod nihil contra ipsos procurabunt aut patientur pertransire, sed contra religiosos et maxime exemptos studebunt contendere. Unde ipsi exempti, omnibus aliis certa responsa donantibus, ita tunc omni voce responderunt, "Vos pro "vobis tantum et contra nos legatos mittitis ad "curiam, et ad hoc nos cogitis vobis contribuere; si "nuntios velitis generales pro communi nostrum utili-"tate transmittere, vobiscum libenter contribuemus, "sin autem, non consentimus." Quo audito, episcopi suam exinde sumserunt excusationem rescribentes Papæ, se propter divisionem exemptorum certam dare non posse responsionem. Ipsi igitur exempti timentes nuntios post ipsos quamcitius destinarunt speciales, qui contra prædictos procurarent, aut eorum contradicendo annullarent impetrationes.

A.D. 1261.

Messengers appointed to go to Rome,

who are to oppose the exempt monasteries.

Remonstrance from these.

The bishops make this an excuse to send no answer.

Qualiter dominus rex circuivit civitates et castella.

Tunc temporis volens dominus rex a juramento prius præstito tanquam absolutus resilire, audacter circuit per civitates et castella, volens eorum et totius regni sui plene possidere dominia, animatus ex hoc, quod rex Franciæ una cum magnatibus suis nuper sibi promisit viriliter succurrere. Unde et comes[1] sancti Pauli et Gerardus de Rodes cum ingenti ad-

The king goes through the country.

Louis IX. promises aid.

[1] Guy III.

A.D. 1261. venerunt in succursum suum numerositate. Hic comes, ut dicebatur, eidem fecit regi fidelitatem de servitio, et ob hoc qualibet septimana decem recipiebat marcas de fisco; similiter faciebat prædictus Gerardus, sed cæteri omnes plenam habuerunt ante adventum suum mercedem de xl. diebus. Veniens itaque prædictus rex apud Wyntoniam, ibidem castellum suum, ut alibi, liber introivit, ac festum Pentecostes ibidem cum suis celebravit. Vocatisque ibidem ad se justiciario[1] et cancellario,[2] nuper institutis a barnagio, sigillum suum sibi reddi et rotulos de justiciaria sibi mandavit restitui. Quibus respondentibus se nullatenus hoc facere sine baronum, una cum rege, assensu et voluntate, confestim rex commotus, barnagio inconsulto, dominum Walterum de Mertone sibi præfecit cancellarium, et dominum Philippum Basset capitalem sibi et regno justiciarium. Quo audito magnates, considerantes hoc sibi et provisionibus suis contrarium, timentesque ne rex ita præsumeret eorum funditus eradicare statutum, communiti armis et viribus illuc properabant quamtocius. Johannes vero Maunsel hoc audiens, timensque regi, sibi, suisque consentaneis suscitari exinde periculum, licet vehementer formidans, Wintoniam clam adiit, et, ut clandestino Londonias rediret, regem secretius consulendo admonuit. Quo reverso, rex silenter de castello, ut dicebatur, se emisit, et cum pauca sequela subsequendo Londonias alacriter properavit.

Henry III. at Winchester.

He deprives the new justiciary and chancellor,

and appoints Walter de Merton and Philip Basset in their place.

The barons arm against them in consequence.

Advice of John Mansel.

De electione abbatis de Middeltone in episcopum Wintoniæ.

William of Taunton elected bp. of Winchester.

Eodem anno cum sedes Wintoniæ per tempus non breve vacaverit, ipsi Wintonienses abbatem de Middeltone, quondam priorem suum, elegerunt in episcopum,

[1] Hugh le Despenser. | [2] Nicholas, archdeacon of Ely.

licet alium[1] prius elegerint, qui, vivente Heymero et in curia stante Romana, contra ipsum impetraturus, ecclesiam suam infinita ibidem obligavit pecunia. Hic quia primus electus Almerus adhuc vivebat, per quem et ipse quondam in priorem Wintoniæ creatus fuerat, merito videbatur episcopatum non debere tenere; unde ipso Almaro mortuo, ipsum abbatem voluerunt contra alium subrogare. A.D. 1261.

De absolutione juramenti a domino Papa pro rege impetratam.

Mense vero Maii,[2] cum papalis indulgentia, de qua prædicitur, super regis et aliorum conjuratorum absolutione impetraretur, fecit eam dominus rex coram omnibus publicari.[2] Anno vero sub eodem[3] gravis discordia oritur inter regem Henricum et suos barones, eo quod eorum provisionibus, prout in colloquio Oxoniensi hinc inde præstito juramento fuerat stabilitum, ulterius assensum præbere renuit. Horum ergo spreto penitus consilio, seisivit castra quæ in eorum fuerant commissa custodia. Officiales etiam regios utpote justiciarium et cancellarium, et alios constitutos per barones amovit, in quorum loco, propria fretus voluntate, alios ad placitum subrogavit. The papal absolution published. Discord between the king and the barons.

Consilium Londoniis de Tartaris.

Post[4] Pascha Bonefacius archiepiscopus Cantuariæ, auctoritate fretus Apostolica, concilium celebravit pro- Council at Lambeth respecting

[1] Andrew of London.

[2–2] *Maii . . . . publicari*] This with the previous rubrick has been erased in Chet., and over it written, "Augusti, quinto die ejusdem, "apud Wynchelseiam obiit Ri- "cardus nepos regis Henrici, cog- "nominatus de Paris, eo quod "Parisius natus erat, et sepultus "est apud Boloniam." This was a son of Richard of Cornwall.

[2–3] *Mense . . . eodem*] Anno vero sub eodem postquam rex indulgentiam a domino Papa de juramento suo, ut prædictum est, impetraverat, oritur, N.

[4] *Post . . . liberandos* (p. 472)] om. N.

A.D. 1261. the Pope's mandate as to the Tartars.

vinciale apud Lamhethe Londoniis, decimo se præsulum provinciæ suæ, super executione[1] præfati mandati Apostolici contra Tartaros, qui jam orbem terræ maxima ex parte graviter oppresserant, prout superius plenius demonstratur. Ad quod quidem divinæ indignationis flagellum Deo duce eruendum sanxerunt sancti patres, concilio huic assistentes, ad processiones et jejunia ac alia hujuscemodi pietatis opera recurrendum, per quæ, si in spiritu humilitatis et in animo contrito Domino offerentur, divina cessante iracundia, propter peccata populi ad vindictam succensa, fideles populos fore confiderent misericorditer liberandos. Circa[2] quindenam Paschæ comes de sancto Paulo venit in hanc terram, a rege nostro, ut dicebatur, invitatus, lxxx. circiter militibus totidemque satellitibus balistariis concomitatus, sed non multum post, infecto proposito, rediit cum suis ad propria.[2]

Arrival of Guy, count de S. Pol.

Justices itinerant at Gloucester and Worcester.

Et eo tempore justiciarii itinerantes sederunt apud Gloucestriam; deinde volentes sedere apud Wygorniam in octavis beati Johannis Baptistæ, non invenerunt qui coram eis ad placitandum convenirent aut quicquam tanquam justiciariis responderent, eo quod suam fecerant itinerationem citra septimum annum, ante cujus completionem juxta provisionem regni hujuscemodi non licet exercere judicia. Calumpniabantur etiam compatriotæ brevitatem summonitionis, plenarium nec rationabile continentem in se tempus, secundum quod in lege Anglicana salubriter est ab antiquo determinatum.

Storms on July 27. Injuries done to the tower of the church at Evesham.

Sexto[3] kal. Augusti, choruscationes fulgurum, violentiæ fulminum, partes Occidentales exterruere. Denique apud Evesham ictus e cælo emissus ingentem lapidem, in confinio anguli altioris maceriæ turris locatum, impulit tanta vi ut in chorum caderet vio-

[1] *executione*] excommunicatione, MSS.

[2–2] *Circa . . propria*] om. Re.

[3] *Sexto . . . . . Dei* (p. 473)] om. Re.

lenter effractus, humum penetrando, ferme monopedali longitudine. Mox etiam tecto[1] turris ex fulmine desursum in summitate incenso, comburitur per decensum longitudine circiter xxx. pedum, sive, ut quidam asserunt, l., computato ventilogio; secutus est fætor teterrimus, hominum importabilis naribus. Tandem monachi cum plebe accurrentes, et in turrim ausu admirando irrumpentes, aquarum aspergine ignem extinguere conantur. Sed ad extinguendum et effugandum inimici præstigias quasi frustra elaboratum est, donec, ut aiunt, radio Phæbi super ignem fulmineum illucescente, illud deleret omnino et extingueret nutu Dei. A.D. 1261.

Eodem anno, in festo scilicet sancti Urbani Papæ et martiris, quod fuit viii. kalend. Junii, obiit Papa Alexander iv., et cessavit Romanorum pontificatus tribus mensibus et binis circiter hebdomadis. Cui tandem successit patriarcha Jerosolimitanus, et vocatus est Urbanus. Et[2] hoc anno tumultus et seditio fit in populo per comitatus Angliæ pro novorum vicecomitum institutione, singulis in pagis per regem positorum, prioribus videlicet, quibus per barones et communam terræ fuerant prius commissi comitatus, regia remotis indignatione; sed comitatuum comprovinciales quorundam optimatum regni juvamine animati ac consilio suffulti, necnon et sagacitate magna edocti, novos repulere viriliter vicedominos, nec eis quicquam intendere volebant nec respondere. Propter quod igitur rex Henricus, gravi mentis anxietate turbatus, ad devotionem plebis excitandam fidelitatemque capescendam, universis comitatibus Angliæ dirigit epistolas valde motivas ad pietatem populique sibi subjecti revocandam benivolentiam, quarum tenor in

Death of P. Alexander IV., May 25.

P. Urban IV.

Disturbances in consequence of the change of the sheriffs in the counties.

---

[1] *tecto*] tectu, MSS.; Cl. has *in tectu*, and om. *etiam*.

[2] *Et . . . . apponetur* (p. 474)] om. N.

A.D. 1261. fine[1] hujus libri, una cum provisionibus Oxoniæ, apponetur.[2]

Discordia regni.

The barons meet armed in London.

Igitur suborta, sicut sæpe dictum est, inter regem et barones magna discordia, et de die in diem plurimum ingravescente, convenere Londoniis et partibus sibi proximis Anglorum optimates armata manu, circa festum Omnium Sanctorum, quorum potentiam

The king in the Tower.

super se aggravatam nimis metuens rex, constitit cum suis in Turrim Londoniarum qui et servitium suum militare cum celeritate, qua potuit, ibidem non distulit ab omnibus generaliter convocare. Cum ergo utriusque partis fuissent congregati confautores, con-

The threatened disturbance quieted.

quievit tandem per internuntios ipsa perturbatio sub spe pacis reformandæ sine strepitu guerræ, quorundam procerum ad hoc electorum considerationibus parte utraque concorditer inclinata. Sicque baronum omnis labor et omne studium diu præcogitatum, quorundam, ut putabatur, astutia intermixta, cassatum est ad id tempus et emarcuit, quia

Lucan. i. 281.

semper nocuit differre paratis.

Death of Q. Sanchia, who is buried at Hayles.

Hoc[3] anno obiit Senchia regina Alemanniæ, et sepulta est apud Heyles, in monasterio, quod dominus suus rex fundaverat. Et Edwardus filius regis Henrici de partibus rediit transmarinis, ducens secum

Return of Edward.

Willelmum de Valencia [et[4] cæteros Pictavenses, qui, ut prædictum est, coacti recesserunt ab[5] Anglia.[3]

---

[1] These are not in the MS., nor are they entered in the Liber Additamentorum, Cotton. Nero D. 1.

[2] *apponetur*] apponentur, W.

[3–3] *Hoc . . . Anglia*] om. Re.

[4–3] *et . . . Anglia*] This, with the following rubrick, has been erased in Ch., and over it written, "Duodecimo die Aprilis obiit "domina Katerina quasi octennis, "filia regis Henrici tertii, et sepe-"litur apud Westmonasterium cum "fratribus suis." It is not in N.

[5] *ab*] de, A.

Canonizatio sancti Ricardi Cicestrensis episcopi.] A.D. 1262.

Anno gratiæ MCCLXII°. Sanctus Ricardus, Cicestrensis episcopus, Romæ canonizatus est et sanctorum dechalogo ascriptus, cujus dies festivitatis celebratur iii. nonas Aprilis. Interea Henricus rex absolutionem impetraverat a papa Urbano de suæ concessionis observatione, quam fecerat Oxoniis, a juramentis et aliis easdem ordinationes seu statuta contingentibus, quas quidem provisiones mox per Angliam dissolvi mandavit. Ricardus Romanorum rex rediit in Alemanniam, et Henricus rex noster mare transiit, circa translationem beati Thomæ martiris, et in Francia per longum tempus perhendinavit. Ubi et graviter infirmabatur, necnon et quod pæne omnes de familia ipsius febre quartana misere cruciabantur, sed multi obierunt. Inter quos Baldewinus de Insula, comes Devoniæ, tanquam in dimidio dierum suorum ex hac luce subtractus est. Et Ricardus de Clare, comes illustris Gloucestriæ et Hertfordiæ, circa hoc tempus obiit in Cantia, et sepultus est apud Teokesberi. De cujus virtute ac morum prærogativa, sic de eo illic heroice intitulatur,

S. Richard de Wyche canonized.

Henry III. obtains absolution from his vow at Oxford.

Richard returns to Germany.

Henry III. goes into France.

Deaths of Baldwin de Insula and Richard de Clare.

Hic pudor Ypoliti, Paridis gena, sensus Ulixis,[1]
Æneæ pietas, Hectoris ira jacet.

Et[2] Henricus episcopus Londoniensis obiit,[3] cui successit Ricardus Thalebot, qui et ipse citissime post vivere desiit. Magister Johannes de Exonia ex collatione domini Papæ episcopatum suscepit Wintoniæ. Cum jam per sex annos vel eo amplius, frugibus in terra deficientibus, deprimeretur Anglia, tandem anno

Bishops of London.

John of Exeter bp. of Winchester.

[1] *Ulixis*] Illuxis, MSS.

[2] *Et . . . jugulatis* (p. 477)] om. Re.

[3] Lamb., where this is given in the margin under 1260, adds "apud Stebenhethe," *i.e.* Stepney.

A.D. 1262. Ps. lxxxiii. 3.

præsenti refloruit terra, rediitque viridantibus[1] arvis annus lætus et frugifer. Sic et *cor* omnium *et caro* omnium *exultarunt in Deum vivum.* Circa festum beati Andreæ Apostoli ventus fuit validus, qui non solum domos et arbores, sed et turres dejecit ligneas et lapideas. Unde et ecclesia de Croylande majori ex parte una cum turri cecidit, et quinque homines subtus astantes obruit. Et[2] hoc anno Andreas prior sancti Swithuni Wintoniæ, suis meritis exigentibus, ab episcopo loci captus in capitulo, apud abbatiam de Hyda incarceratur, sed cito post vincula confringens caute evasit.[2]

Fall of the tower of Croyland.

Andrew, prior of S. Swithin's, Winchester, imprisoned, but escapes.

De Walensium usurpatione super Anglos et eorum strage.

The Welsh lay waste Roger Mortimer's lands.

The castle of Cefnllys besieged and taken, and levelled by the Welsh.

In adventu Domini Walenses cum suo principe Lewlino, de suis sedibus irrumpentes, terras Rogeri de Mortuo Mari hostiliter invadunt et depopulantur. Quosdamque nobiles et strenuos, tam milites quam armigeros, ad munitionem et defensionem castri de Kevetleng,[3] combusti prius ab eisdem, deputatos, intus inclusos obsederunt, et spem victualium eis eripuerunt. Unde tandem castrum illud et aliud quoddam fortissimum et insigne ipsius Rogeri reddita sunt illis. Quæ Walenses, prout eorum mos est, ad solum prostraverunt, et in planitiem redigerunt.

De magnificentia Rogeri de Mortuo Mari.

Slaughter of the Welsh by Roger Mortimer.

Rogerus igitur de Mortuo Mari, fama dignus æterna, in iram nimirum compulsus vehementem, quorundam

---

[1] *viridantibus*] viridentibus, MSS.

[2–2] *Et . . . evasit*] om. N.

[3] *Kevetleng*] Kenet, A. Cl. N. This is Cefnllys or Kevenleece.

magnatum Marchiæ manu intus auxiliari, pro loco pro[1] tempore eis insidias machinans, crebris excursibus eosdem[2] aggressi, nunc trecentos, nunc[3] quadringentos, aliquando quingentos[4] vel eo plures, usque ad innumeram multitudinem, interimendo, stragem eis victrice manu infert miserabilem; ex intrantibus tamen una vice marchionibus pedibus, circiter trecentis fato infelici ab eisdem proditorie jugulatis. A.D. 1262.

De conflagratione pallatii regis apud Westmonasterium.

Eodem anno pallatium regium Westmonasterii ignis conflagratione ex parte maxima consumptum est. Quod quidam omine sinistro portendere interpretabantur. At dominus rex, suorum fidelium salubri consilio interveniente, ad pacem magnatum suorum et regni meliorationem constitutiones Oxoniæ dudum editas de mera ac libera voluntate sua inviolabiliter observari præcepit, easdem cuilibet dirigendo comitatui. Sed necdum per hoc pacificatum est regnum, prout insequentibus videbitur manifeste. Egidius episcopus Sarum obiit; successit Walterus; et Ricardus rex Alemanniæ, exhausto solito more in Teutonicis thesauro suo, Angliam repetiit. De cujus adquisitione pecuniæ vere dici potest, Fire at the palace of Westminster. Bps. of Salisbury. Return of Richard.

Non habet eventus sordida præda bonos. Ov. Amor. i. 10, 48.

MS. Re. [Eodem anno xi. kal. Aprilis obiit Nicholaus de Norwyco monachus hujus loci. Mirandum accidit in Secilia etc.] Death of N. of Norwich, monk of S. Benet Holme.

MS. N. [Eodem tempore frater Johannes de Renham eligitur[5] in priorem Roffensem, magistro N. officiali et fratre Priors of Rochester.

[1] *pro*] et, T. W.
[2] *eosdem*] eisdem, T.
[3] *nunc quadringentos*] om. T. W.
[4] *quingentos*] B^{tos}, Ch., probably for d^{tos}; quintos, T.; v^{tos}, A. N.
[5] *eligitur*] om. N.

A.D. 1262. R. de Lewis singulorum vota scrutantibus, Symone de Clyve debilitato prioratum resignante.]

De expeditione in Walenses.

Expedition of Edward against the Welsh.

Anno Dominicæ incarnationis MCCLXIII°. Edwardus filius regis Henrici venit post Pascha in Walliam cum fortitudine magna militum, tam alienorum, quos secum adduxit de Gallia validissimos, quam Anglorum, progrediensque versus Snowedone, expeditionem movit contra Walenses permaximam, sed eisdem se retrahentibus, et nostratibus pro soli inequalitate aut nemorum densitate paludumque profundarum uligine [1] cum eisdem congredi minime præsumentibus, sicut rebellionem eorum per hæc adjutam, ita virtutem Edwardi et suorum impeditam fore, credendum est. Sed tandem munitionibus in partibus illis victualibus abundanter et armatis potenter instauratis, rediit in Angliam revocatus a patre. Hoc [2] anno obierunt Johannes abbas sancti Albani, et Johannes abbas Gloucestriæ. Illi successit Rogerus, isti vero Reginaldus.[2]

Deaths of the abbats of St. Alban's and Gloucester.

De concilio celebrato pro imperatore Constantinopolitano.

Council at Westminster to obtain aid for the emperor of Constantinople, Baldwin II.

Fuit [3] autem convocatio magna pontificum et cleri Angliæ post festum sanctæ Trinitatis apud Westmonasterium, ad mandatum domini Papæ summonita coram Leonardo et Berardo,[4] nunciis ejusdem, ad extorquendam pecuniam ab Anglia ad opus imperatoris Constantinopolitani, a suo imperio jamdudum ejecti. Quibus nil velle sibi in hujusmodi contribuere tam a regno quam sacerdotio, prætensis in publico rationibus multiplicibus, tum propter discidium regni, tum

[1] *uligine*] caligine, T. W.

[2–2] *Hoc . . . Reginaldus*] om. A. N. Re.

[3] *Fuit . . . preserventur* (p. 479)] om. N.

[4] Berardus de Nimpha.

propter depressionem et inopiam, quæ jam diu,[1] gleba deficiente, in populo grassata est, tumque propter multas alias causas evidentissimas, responsum est præcise; domino suo regi et sibimetipsis, in tanto necessitatis articulo, fore potius subveniendum quam extraneo principi. Hæc ideo ad[2] instructionem posterorum hic inserere curavi, quatinus, sumpta cautela de præteritis per unitatem responsionis ab communione mutuæ voluntatis, ab hujusmodi vectigalium contributionibus præmuniantur posteri et preserventur. Eo tempore celebre monasterium et insigne Becci in Normannia cecidit in cineres. A.D. 1263.

The monastery of Bec burnt.

De perturbatione et deprædatione regni occasione provisionum Oxoniæ.

Igitur barones Angliæ, juramento astricti ad observantiam, ut sæpius dictum est, statutorum Oxoniensium, consilio potiti et opere suffulti efficaci Symonis de Monte Forti, comitis Legrecestriæ nobilissimi ac in bellicis rebus probatissimi, quod diu super præmissis prægocitaverant, effectui mancipare non differunt. Quippe primo et principaliter in omnes alienigenas, quos rex et regina, necnon et Edwardus filius eorum, plus æquo diligentes, ac spretis indigenis, eos in altum nimium hucusque provehentes, . . .[3] guerram movent, et prædas urgent per totam Angliam subito, et nihil tale cæteris præmeditantibus, sed et[4] in domini regis consiliarios, atque omnes quotquot sibi noverant in aliquo adhærere, hostiliter insurgunt, maneria eorum, dominica, munitiones, et oppida, bonaque tam ecclesiastica quam mundana invadunt utrobique et debac-

Incepit moveri bellorum tempestas inter regem Henricum et barones Angliæ.

Barones gwerram incipiunt contra regem.

[1] *diu gleba*] diei glebe, MSS.

[2] *ad instructionem*] administratione, Cl. Re.

[3] The verb, perhaps *fovebant*, is omitted.

[4] From here this has been copied by Rishanger, "*De duobus bellis* "*apud Lewes et Evesham com-* "*missis*," printed by Riley as an Appendix to Walsingham's Ypodigma Neustriæ, p. 502.

A.D. 1263. chantur. Unde et Petrus Herefordensis episcopus, natione Burgundus, captus est in ecclesia sua cathedrali, et ductus ad castrum Erdesleye,[1] thesauro,[2] quem habuit abundanter, et prædiis direptioni datis et confusioni. Sed et canonici seculares, compatriotæ ipsius, quos in eandem introduxerat ecclesiam, similiter comprehensi, mittuntur cum eodem, custodiæ mancipandi. Exinde progreditur exercitus ille usque Gloucestriam, et castrum obsedit per quatuor dies, in quo quidam Mathias de Besillis alienigena, cui comitatus et castri fuerat a rege commissa custodia, fuerat cum paucis intrusus. Qui tam diu se tenuit in illo, exercitui[3] obsidenti se reddere præcise recusans, quousque prima porta versus urbem combusta, deinde quorundam incarceratorum, auxiliandi gratia a carcere absolutorum, proditione, posterna ex altera castelli parte ingressui patefacta, intrarent subito barones. Mathias in turrim fugere compulsus est fortissimam, triplici hostio ferreo ac seris munitam firmissimis. Qui tamen introitus malleis ferreis et securibus viriliter tandem confracti, ingrediuntur belligeri, capto sic Mathia, nec tamen metu mortis vel minis hostium se eis reddere volente, quod ei utique, etiam ab inimicis suis, ad laudem fuerat notatum. Ductus est ergo ad episcopum prædictum simili sorte confligendus. Deinde ivit exercitus ad Wygorniam, et eam sine alicujus contradictionis obice, licet de villa et civitate custodienda litteras regias receperunt cives, intravit. A quibus fidelitate recepta, tendit ad Bruges,[4] et regium ibi cepit oppidum, quod cives, baronibus exclusis, primo die nobiliter defensarunt, sed demum pacto inter eos stabilito, ne videlicet Walenses, quorum turma ex parte altera urbem assiliens extitit innumera, intrarent, reddiderunt se die subsequenti.

Capitur Herefordensis episcopus natione Burgundus.

Obsidetur a baronibus castrum Gloucestriæ.

Capitur castrum de Gloucestria.

Mathias custos castri Glouce-striæ capitur.

Wigornia et Bruges a baronibus capiuntur.

---

[1] Eardisley, Herefordshire.

[2] *thesauro*] altered to thesaurus in Ch., and so the other MSS.

[3] *exercitui*] exercitu, MSS.

[4] Bridgenorth.

Hoc facto, barones illi gressus suos versus Australes regni partes direxerunt, assumpto secum comite prædicto in ducem, per quem regebantur. Augebatur ergo numerus commilitonum suorum cotidie. Nam jam totius regni præstantiores viribus, et nobilitate præpollentes fere omnes, ad eos confluxerant, ac deprædationibus et rapinis, suis quique provinciis, super alienigenas misere debacchati sunt. Tunc erat æmulis alienigenarum videre confusionem eorum. Nam quicunque Anglicum idioma loqui nesciret, vilipenderetur a vulgo et despectui haberetur. Unde contigit quod et multi tam religiosi quam alii nationis extraneæ, exeuntes per clandestinæ fugæ præsidium, mortis supplicium seu dispendiosum captivationis periculum metuentes, fugerent e regno. Sed et Johannes Mansel, multarum in Anglia rector ecclesiarum seu potius incubator, reddituumque quorum non erat numerus possessor magnificus, ita quod ditior eo clericus non videretur in orbe, episcopali puta dignitate minime insignitus, metu baronum aufugit latenter ultra mare de Turri Londoniarum in qua rex Angliæ et regina sua tunc temporis tenuerunt se. Quem cum Henricus filius regis Alemanniæ fugientem insequeretur, et ipse [1] capitur cum applicuisset Bononiæ ab Ingerando de Feenes, procuratione, ut putabatur, reginæ. Interim Edwardus regis primogenitus, castrum illud vernantissimum Windeshore, quo non erat ad id tempus aliud splendidius infra fines Europæ, munivit, militaribus copiis alienigenarum, quos secum, ut dixi, adduxerat in Angliam, ibidem introductis. Rex [2] autem noster in Turrim existens Londoniarum, videns se circumdatum undique atque vallatum hostibus, paci baronum adquievit, et Oxoniæ provisiones observare concessit. Sed regina muliebri irritata angore, pro

A.D. 1263.

Comes Leycestriæ fit dux baronum.

Nota confusionem alienigenarum.

Nam qui nescivit loqui Anglicum despectui habebatur.

Johannes Mansel fugit a turri Londoniarum, sed post captus est.

Castrum Windesore fuerat vernantissimum in Europa.

Rex adquievit paci baronum sed non regina.

[1] *i.e.* Henry of Almaine; the marginal note is incorrect.

[2] *Rex . . . ordinandum* (p. 485)] om. Re.

A.D. 1263. viribus contraire nisa, assensum non præbuit. Unde cum de Turri exisset, tendens per Tamesim versus Windeshore, ubi alieni erant congregati, intercepta est a Londoniensibus, et ab eisdem enormiter blasphemata et exclamata, jactuque lapidum et luti subtus ponte vilissime repulsa. Quod utique pacis impedimentum fuerat hoc incentivum, patebit in sequentibus.

Regina despicitur a Londoniensibus.

De pacis forma inter regem et barones facta.

Et hæc fuit forma pacis, concepta tunc temporis inter regem et barones suos; videlicet, quod Henricus filius regis Alemanniæ per regem et reginam liberetur, et quod castra regis custodiæ baronum committantur. Item quod provisiones et statuta Oxoniæ firmiter et inviolabiliter tam a rege quam ab aliis observentur, et quod regnum de cætero per indigenas fideles et utiles sub domino rege gubernetur. Insuper quod exeant alienigenæ a regno, ulterius non reversuri, exceptis illis, quorum moram fideles regni unanimi assensu acceptarent. At illi qui in castro nobili Windesore fuerant introducti, alienigenæ prædicti, milites strenuissimi, numero quasi c. et satellites multo plures, munierunt illud et instaurarunt egregie, patriam deprædantes et devastantes circumquaque.

Proposed terms of peace.

Interea cum Symon de Monte Forti, consul Leycestriæ, et barones circa partes maritimas pro liberatione dicti Henrici filii regis Alemanniæ fuissent occupati, venit Edwardus ad castrum Bristolli. Qui cum illic in oppido illo per aliquot moraretur dies, ecce, nulla ex parte ei arridente fortuna, oritur inter milites suos et municipes seditio magna, talis profecto quod urbs tota, quæ sui debuerat esse dominii, a sua fidelitate et obsequio penitus se subtraheret, civibus ad ipsum obsidendum jam paratis, de castelli captione jam

Oritur dissensio inter milites Edwardi et cives Bristolli.

securis.[1] Is[2] igitur hinc et inde cuncta sibi sinistro[3] omini[4] cedere perpendens, eo quod jam tota Anglia contra eum et omnes alienorum fautores, vel contra barones recalcitrare volentes, ira exarserit et indignatione; accito ad eum Waltero Wygorniensi præsule, qui de latere bāronum extiterat, sub simulationis pallio cum eis pacificari velle promisit. Quem cum episcopus, accepta securitate ut putabatur, manucepisset ad hoc fideliter prosequendum, pactum quod pepigit, transgreditur. Nam cum versus curiam iter arripuisset, ut promissum confirmaret, inmisit se in prædicto castro cum alienigenis. A.D. 1263. *Walterus episcopus Wygorniensis ex parte baronum.* *Edwardus ingreditur castrum Bristollīæ.*

Igitur ad vincula beati Petri viribus congregatis, proceres regni et provisionum inprisi una cum rege, jam eis per omnia ore tenus hoc intimato, castrum illud assiliendum decreverunt. Edwardus ergo exiens e castro, quasi pro pace tractanda, occurrit patri et baronibus, quasi a Londoniis media via, finitoque tractatu cum redire voluisset, comitis Leycestriæ ac Walteri episcopi Wygorniæ sinistra suspicantium retentus est calliditate, castrum non permissus reintrare. Ergo castrum illud nobile regi redditum est et baronibus, sub hac tamen[5] forma, quod hi qui intrusi fuerant, salvis sibi equis et armis, salvo exirent de regno, sine spe revertendi, quos quidam barones tunc ad mare conduxerunt. Circa id tempus, Lewelinus princeps Walliæ terras Edwardi destruxit in marchia Cestriæ, et castrum de Dissard[6] optimum obsedit, cepit, et ad solum complanavit, similiter et castrum de Gannoc, neque forma neque situ a prædicto secundum. *Edwardus occurrit patri suo et baronibus.* *Walenses diripiunt castra Edwardi.*

Eodem[7] anno iii. kal. Augusti signum quoddam, stupendum valde et admirandum, apparuit in firma-

---

[1] *securis*] securus, A. N.
[2] *Is*] om. A. N. T. W.
[3] *sinistro*] sinistre, W.
[4] *omini*] homini, Cl.; hominum, W.; licet omni, T.
[5] *tamen*] om. A. N.
[6] Disserth, Radnor.
[7] From here to the end of the chapter om. N.

A.D. 1263. mento circa mediam noctem, a parte Aquilonari. Ac nonis Augusti scilicet cito post, fuit eclipsis solis post horam nonam mirabili spectaculo videntium oculis. Ad Nativitatem beatæ Virginis maxima coadunatur congregatio Londoniis procerum et præsulum cæterorumque prælatorum regni, quanta non est visa longo tempore transacto in Anglia. In quo colloquio statuta Oxoniæ publice promulgata sunt et per regnum integraliter jussa observari, sed deprædationes et rapinæ, personis illatæ ecclesiasticis, quod utique valde foret difficile, necnon et quibusdam magnatibus, qui regi favebant, similiter factæ, pro quo discordiæ scisma, inter eos hinc inde subortum, multum timebatur in Anglia, statuuntur restitui. At Petrus Herefordensis episcopus, a custodia qua tenebatur absolutus est, et qui cum eo erant, videlicet Mathias de Besillis et cæteri, liberati sunt. Circa festum sancti Michaelis, rex noster et regina et comes Symon de Monte Forti cum multis nobilibus mare transierunt, ad colloquium regis Franciæ Ludovici, quod tunc tenuit Bononiæ, occasione perturbationis regni Angliæ. Ex procuratione autem reginæ suique generis processerat istud, quæ ex præfato facinore patrato in Londonienses odii traxerat incentivum.

In magno parliamento Londoniis rex et Edwardus multas baronibus possessiones dederunt, unde et barones dividuntur.

Statuta Oxoniæ publice promulgantur Londoniis.

Petrus Herefordensis episcopus et Mathias liberantur.

De divisione baronum.

Et non multum post hoc, magnum celebratum est parliamentum[1] apud Londonias, in quo scissura, heu proh dolor, jam prævalente inter barones, juxta illud Evangelicum, *Omne regnum in se divisum desolabitur*, &c. plures eorum, qui primo in calvacatiis et in deprædationibus faciendis acriter exarserunt, jam regi et Eadwardo magnæ probitatis viro adhæserant, promissionibus conversi delinitis et terris amplis promissis

Parliament in London, and division among the barons.

S. Matt. xii. 25.

[1] Sic Ch.

sibi et collatis. Post hæc ivit rex cum exercitu mag- A.D. 1263.
no, nam jam potentiores regni in manu forti adhærebant ei, ad Dovoriam, ut castrum alliceret de manu baronum, quod non optinuit. Rediens ergo cum indignatione vehementi versus Westmonasterium, missisque interim clandestinis quibusdam civibus Londoniensibus litteris, ut januas custodiendo baronibus interdiceretur ingressus, fere proditus fuit ille Simon de Monte Forti, qui extra civitatem in suburbio Suwerk cum suis paucis admodum, regii respectu exercitus, intererat. Dispositis namque turmis haud longe ab eo loco ad ipsum assiliendum, nihil tale præmeditatum, jam appropinquabat exercitus, jam ad eum capiendum cum summa securitate progreditur, cum ecce comperta deceptione irruunt Londonienses, quorum corda habuere barones valde propicia; cum impetu fortitudinis magnæ cathenas frangunt, portas aperiunt, et ad eum succurrendum catervatim accurrunt.

Symon de Montfort per Londonienses salvatur.

Sicque nutu Dei consul eo die de manu hostili ereptus est. Nam dominus rex, cognita per exploratores numerosa Londoniensium multitudine in adjutorium ei venire, exercitum suum fecit remeare. His ita gestis, de pace hinc inde componenda elaboratum est, tam a parte regis Franciæ quam pontificum regni Angliæ instanter. Tandem vero submittentibus se per compromissionem, rex[1] Angliæ et barones sui, in dicto et ordinatione regis Franciæ super contentionibus, provisiones Oxoniæ contingentibus, necnon et depræ-dationibus et rapinis factis hinc inde multipliciter, pro quo divisio inter multos fuerat, ut dixi, jam suborta, itum est post Natale in Franciam ad recipiendum quod super his dictus rex duxerit ordinandum.

Rex Franciæ et prælati Angliæ pro pace reformanda.

[1] Sic MSS.; *rege A. et baronibus suis* would make sense.

A.D. 1263.

De ordinatione regis Franciæ.

Igitur in crastino beati Vincentii martiris, congregato Ambiani populo innumerabili regum, pontificum, et procerum, rex Franciæ Ludovicus, propositis et defensis ac rationibus partium plenius intellectis, protulit dictum suum et sententiam sollempniter pro rege Angliæ contra barones, statutis scilicet Oxoniæ, et provisionibus, ordinationibus, ac obligationibus penitus annullatis. Huic autem convocationi rex Angliæ interfuit, et regina Alienora, archipræsul etiam Cantuariæ Bonefacius, et Petrus Herefordensis episcopus, Johannes Mansel, qui ab Anglia perturbati, quanta potuere mala baronibus non cessarunt machinari. Ab hoc vero tempore novissimus error pejor factus est priore. Interea Rogerus de Mortuo Mari prædia dominica comitis Leycestriæ in Marchia deprædatur. Consul ergo, jam sibi in amicitias provocato Lewelino principe Walliæ, præclarum illic misit exercitum, qui et terras ejusdem partim destruxit, et castrum Sadenorum[1] cepit et combussit, in cujus succursum, cum Edwardus de partibus rediens transmarinis, militari copia stipatus, convolasset, barones insecutus est, nec tamen eos aggressus, quia nullus factus est inter eos congressus. Castra autem Hunfridi de Bohun junioris, Haye et Huntindone, obsedit Edwardus et cepit, ac castrum Breconiæ in deditionem accepit. Quæ cum provincia appenditicia Rogero prædicto tradidit ad custodiendum.[2]

Rex Franciæ sententiam protulit pro rege Angliæ contra barones.

Leolinus princeps Walliæ fit amicus Symonis de Montfort.

Castles taken by Edward.

De destructione Wigorniæ.

Et ad id tempus Robertus de Ferrariis comes Derebeie cum exercitu magno venit Wigorniam. Cui cum cives, muralia civitatis et portas custodiendo, viri-

Destruction of Worcester by Robert earl of Ferrers.

[1] *i.e.* Radnor; v. Annal. Cambriæ, p. 101.

[2] *custodiendum*] custodienda, T. W. The clause is not in N.

liter restitissent, tandem ex inopinato per vetus cas- A.D. 1263.
trum intravit, qui et villam destruxit ac Judaismum evertit. At barones, redeuntes de Wallia, urbem Gloucestriæ non viribus vel obsidione, sed quadam nacti cautela, introierunt. Edwardus etiam magna usus audacia, subito venit a tergo, ponteque celeriter super ripam reparato Sabrinæ, qui et prius a prædictis fuerat combustus, intravit castellum, baronum præsentia non obstante, inter quos in crastino Waltero Wygorniæ episcopo intercedente, et Edwardi astutia vulpeculari interveniente, captæ sunt induciæ, baronibus ab urbe recedentibus.

Capture of Gloucester by Edward.

De destructione Gloucestriæ.

Edwardus ergo, urbem cum castro sic adeptus, burgenses incarceravit, et villam ad mille libras miserabiliter redemit. Exinde patrem suum regem adivit Oxoniæ, qui jam de Francia reversus, servitium suum militare ad proficiscendum super suos complices generaliter convocaverat per Angliam. Nempe rex universitatem cleri Oxoniam evacuare coegit ad tempus. Sed et sanctam virginem Fritheswitham personaliter et devote visitavit, quod nullus regum Angliæ ante ipsum in persona propria proculdubio ausus fuerat. Interim Edwardus et cæteri magnates in partibus illis baronesque partis adversæ depopulari et incendere terras et maneria alterius cujusque non destiterunt. Ac Londonienses, cum innumera multitudine ab urbe sua irrumpentes, prædia et possessiones regis Alemanniæ atque Philippi Basset, aliorumque plurium regi adhærentium, destruxerunt et combusserunt. Sed et clericos regis et barones de scaccario ac justiciarios de banco ceperunt et incarceraverunt. Sic itaque annus iste, interna hostilitate civilique discordia sauciatus, adeo ut quis cui crederet, quis cui mentis

Quod sanctam Fridesvidam rex Angliæ adierit personaliter.

Londonienses parti regis adversantur, barones de scaccario et justiciarios de banco incarcerantes.

A.D. 1263 suæ secreta committeret, nesciretur, utpote his et illis diversa sapientibus, miserabiliter finitus est.

De captione baronum apud Northamptonam.

Anno Domini MCCLXIV°. Circa mediam Quadragesimam habito tractatu rex Angliæ cum proceribus regn apud Oxoniam, adierunt ipse et Ricardus Romanorum rex, frater ejus, Norhantonam cum exercitu admirabili, vexillis expansis, ubi baronum pars non modica tunc in unum erat congregata. Eosdem ergo in urbe intrusos acriter assiliens, tandem confracto muro intravit exercitus, et omnes quasi subito cepit barones vexilliferos xv. circiter et milites lx. cum satellitibus quorum non erat numerus. Horum erat primicerius Petrus de Monte Forti, qui ad castrum confugerat, sed in crastino reddidit se. Erat et inter illos Symon de Monte Forti junior, filius comitis, qui introitu regalium in municipium pro posse dimicando restitit, ob quod famam promeruit sempiternam. Hoc [1] actum fuit sabbato primo Passionis Dominicæ.[1] Omnes ergo captivi abducti sunt in exercitu, terris eorum in alterum dominium jam translatis. Rex autem Legrecestriam tendens, in ea hospitatus est, quam regum nullus præter eum, etiam videre prohibentibus quibusdam superstitiosis, præsumit. Deinde ad Notingeham, et castrum intravit, nullo sibi resistente. Nam qui intro fuerant ex parte baronum obviam processerunt, et claves ei tradiderunt. Venerunt autem ad regem ibi de partibus Aquilonaribus nobiles in auxilium, videlicet Johannes de Baylol, et Robertus de Brus, et Petrus de Brus, et alii barones plures, cum multis milibus bellatorum, ubi et dominus rex festum tenuit Paschale. Misit etiam rex filium sum Edwardum in

Barones capiuntur apud Norhamptone.

Notingham castrum capitur a rege et Scoti venerunt in auxilium regis.

[1–1] *Hoc . . . Dominicæ*] om. N.

Derebisyre et Staffordesyre cum exercitu præclarissimo, quĩ terras et maneria Roberti de Ferrariis, comitis Derebie, vastando atque incendendo, necnon et castrum ejus Tottebyrie prosternendo, destructionem ei intulit miserabilem. Ubicunque autem progrediebatur exercitus regis et Edwardi, hinc vel inde comitabantur eis tres sociæ, prædatio, combustio, occisio. Frenduit ex hoc quoque, ubi incedebant, provincia, et commota est velut arundinetum Zephiro vibrante collisum. Pax in regno nulla; cædibus, incendiis, rapinis, et deprædationibus omnia exterminabantur; clamor et luctus et horror ubique. Ad id tempus Johannes Giffard, miræ probitatis et audaciæ miles, cum aliis custodiæ castri de Kenylwrthie deputatis, quod quidem comes Legecestriæ mirabili structura atque reparatione firmaverat ac machinis multimodis, hactenus inauditis apud nos et invisis, mirabiliter instauraverat, castrum Warewikiæ dolose cœperunt, ac comitem honoris ejusdem, videlicet Willelmum Maudut, eo quod super conversione sua nuper ad regem suspectus fuerat eisdem, cum uxore sua et familia, adduxerunt captivos, et incarceraverunt apud Kenilwrthe. Castrum autem Warewik, ne regales confugium haberent ibidem, subverterunt. Ac in ipsa Passione Dominica Judæi apud Londonias, de quadam proditione baronibus simul et civibus inferenda deprehensi, omnes fere trucidati sunt, thesauro incomparabili assumpto in Judaismo.

A.D. 1264.

De depopulatione et incendiis partium Aquilonensium.

Willelmus Maudut comes Warewic capitur a baronibus.

[*De obsidione Roffæ.*

MS. N. [Tempore illo Johannes comes Warrenniæ venit cum domino Rogero de Leyburne et quibusdam aliis Rofam, ut civitatem et castrum munirent et custodirent. Comes vero Leycestriæ et barones, qui erant Londoniis et apud Tonebregge, hæc audientes, venerunt cum multitudine gravi, et villam obsederunt et viriliter pugnaverunt. Sed parte adversa strenue resistente, illa die nihil perfecerunt, excepto quod horrea sancti An-

Siege and capture of the city of Rochester by Simon de Montfort.

A.D. 1264. [dreæ et quasdam alias officinas combusserunt extra MS. N.
murum existentes, suburbio circumquaque et aula
regia castri a domino Rogero de Leyburne primitus
18 April. combustis. In crastino autem die quo Dominus pro
peccatoribus extitit crucifixus, Symon comes pontem
et propugnacula superædificata mirabili artis ingenio
fecit concremare. Sicque post multas plagas strages-
que suorum civitatem est ingressus, Gileberto de Clare
ex parte alia cum multitudine armatorum illam hosti-
liter impugnante et prævalente, quasi uno momento et
una hora, sicuti inter se condixerunt, circa horam ves-
pertinam ingressi. Tota civitas et quicquid erat in ea,
Outrages to the churches. ut moris est, præda fiebat diripientium. Ecclesiam in-
super beati Andreæ satellites diaboli gladiis evaginatis
introgressi, filios ipsius et quosque repertos in ea cum
timore et horrore crucifixerunt cum Domino Qui
patitur in Suis electis, auro et argento aliisque pre-
ciosis inde violenter ablatis. Multæ etiam inter alia
regum cartæ et munimenta alia, ecclesiæ Roffensi ne-
cessaria, in capella prioris extiterunt deperdita ac dila-
cerata. Quidam etiam monachi ipsius ecclesiæ nocte
illa custodiebantur incarcerati. Equites vero in equis
armati circa altaria discursantes, quosdam ad illa con-
fugientes nefandis manibus extraxerunt. O luctuosa
funestaque dies, in qua nobilis ecclesia Roffensis cum
omnibus contentis in ea vilium hominum facta fuit
prædatio, cum ipsi non plus honoris seu reverentiæ
quam vilissimo prostibulo seu tugurrio deferebatur!
1 Macc. iv. 38. Thren. v. 15. Job. xxx. 31. *Portæ* siquidem ejus circumquaque *exustæ* sunt, *chorus*
ejus *in luctum*, et *organa* ejus *in vocem flentium*
sunt concitata. Quid plura? loca sacra, utpote ora-
toria, claustra, capitulum, infirmitorium, et oracula
quæque divina, stabula equorum sunt effecta, et ani-
malium immunditiis spurcitiisque cadaverum ubique
sunt repleta.

Siege of Rochester Castle, 19 April, [Sabbato, hoc est in vigilia Paschæ, barones balli- MS. N.
viam exteriorem castri ceperunt, comite Waranniæ

MS. N. [cum suis infra turrim se recipiente. Obsessi itaque septem diebus strenue se defendebant; pluribus tamen intus quam extra vulneratis et interfectis. Septima autem die, hoc est die Sabbato sequenti, comes cum exercitu fugam petiit, audito scilicet quod rex veniret ad succursum obsessorum. Rex itaque cum magno exercitu Cantiam veniens, cito castrum Tonebrigge obtinuit sine labore; indeque maritima peragrans, barones Quinque Portuum sibi subjugavit, recepta ab eis fidelitate cum obsidibus.] A.D. 1264. which is relieved by the king.

De obsidione Rouecestriæ.

Post[1] festum Paschæ, Simon de Monte Forti et cæteri barones secum persistentes, adjuncta sibi Londoniensium manu auxiliari, castrum Rouecestriæ obsederunt. In quo Johannes de Warrenne comes, et comes Arundel,[2] et Henricus filius Romanorum regis, et multi nobiles fuerant introducti, qui et de prædicto colloquio Oxoniis ad partes illas regni custodiendas fuerant a rege deputati. Quo audito rex in partibus existens Aquilonaribus, magna sub festinatione gressus suos retrorsum dirigens, illuc properavit, gratia obsidionis dissolvendæ. Quod et factum est. Nam ut regem cum exercitu suo didicerant supervenire, ipsi, obsidione turris fortissimæ, quam, bellicis insultibus et machinarum ictibus viisque subterraneis expugnatam, fuissent in proximo adepturi, protinus dimissa, Londonias repetierunt. Rex igitur, proceribus suis ab hostili expugnatione liberatis sic, partes adiit maritimas, maneriis et possessionibus suorum complicum, a dextris et a sinistris, datis utrobique deprædationi et incendiis. Castrum etiam Gileberti de Clare, quod dicitur Tonebrugge, cepit. Another account of the siege of Rochester Castle.

Rex dissolvit obsidionem castri Rouecestriæ.

Rex cepit castrum de Tonbrige comitis G. de Clare.

[1] Copied by Rishanger (Riley's Ypodigma Neustriæ), pp. 518 seqq.; N. om. this chapter.

[2] John Fitz-Alan.

A.D. 1264. Barones vero quinque Portuum partim subdiderunt se regi, partim vero non, qui puppibus onustis in mari subtraxerunt se.

De præparatione baronum versus maritimam.

Numerus exercitus baronum ad xv. milia.

Dum hæc circa maritima agerentur, Simon de Monte Forti, comes Leycestriæ illustris, et barones, viribus undique congregatis, tam Londoniensium, quorum exercitus crevit ad xv. milia hominum, quam aliorum innumerabilium, illuc tendunt cum impetu fortitudinis suæ. Constituti igitur apud Flexinge in Susexia, sexto circiter miliario a prioratu Lewes, nudius tertius ante bellum, hujuscemodi mandatum dirigunt domino suo regi:

Mandatum baronum ad regem ante congressum.

Message of the barons to the king.

" Excellentissimo domino suo Henrico, Dei gratia
" regi Angliæ et cætera. Barones et alii fideles sui,
" sacramentum suum et fidelitatem, Deo et sibi de-
" bitam, observare volentes, salutem et debitum cum
" omni reverentia et honore famulatum. Cum per
" plura experimenta liqueat, quod quidam vobis assis-
" tentes multa de nobis mendacia vestræ dominationi
" suggesserint, mala quanta possunt, non solum nobis,
" sed etiam vobis et toti regno vestro intentantes,
" noverit vestra excellentia, quod salutem et securi-
" tatem corporis vestri totis viribus, cum fidelitate
" vobis debita, volumus observare, inimicos nostros
" non solum, sed et vestros, et totius regni vestri,
" juxta posse gravare proponentes. Aliud super præ-
" dictis si placet, non credatis. Nos enim vestri
" fideles semper inveniemur. Et nos Simon de
" Monte Forti, comes Leycestriæ, et Gilbertus de
" Clare, ad petitionem aliorum, pro nobis et ipsis,

" præsentibus sigilla nostra apposuimus." Datum et cætera. A.D. 1264.

Hanc autem epistolam baronum suorum contemnens rex, ad bellum totis affectibus exardescit, ac talem eis diffidationis responsalem misit.

Qualiter dominus rex barones diffidaverit.

" Henricus, Dei gratia rex Angliæ et cætera, Simoni " de Monte Forti et Gileberto de Clara et complici- " bus suis. Cum per gwerram et turbationem genera- " lem in regno nostro, per vos jam subortas, necnon et " incendia et alia dampna enormia, appareat manifeste, " quod fidelitatem vestram nobis debitam non obser- " vatis, nec de securitate corporis nostri in aliquo " curatis, eo quod magnates et alios fideles nostros, " nostræ fidei constanter adhærentes, enormiter gra- " vastis, et ipsos pro posse vestro gravare proponitis, " sicut per litteras vestras nobis significastis, nos gra- " vamen ipsorum nostrum proprium et inimicos eorum " nostros reputamus, præcipue cum dicti fideles pro " fidelitate sua observanda contra infidelitatem vestram " nobis viriliter assistant, de vestra securitate vel " amore non curamus, sed vos tanquam nostrorum et " eorum inimicos diffidimus. Teste meipso apud " Lewes xii. die Maii, anno regni nostri quadragesimo " octavo." The king's defiance of the barons.

Qualiter regi assistentes barones tanquam hostes publicos diffidaverint.

" Ricardus, Dei gratia Romanorum rex, semper " Augustus, et Edwardus illustris regis Angliæ primo- " genitus, cæterique barones omnes et nobiles, prædicto " regi Angliæ constanter sinceræ fidei et devotionis " operibus adhærentes, Simoni de Monte Forti, " Gileberto de Clara, cæterisque universis et singulis, Answer of Richard king of the Romans and Edward to the barons.

A.D. 1264. " perfidiæ suæ complicibus. Ex litteris vestris, quas " illustri regi Angliæ, domino nostro carissimo, trans- " misistis, accepimus nos esse diffidatos a vobis, quam- " vis hujusmodi verbalis diffidatio satis fuit ante " nobis realiter, vestra hostili in rerum nostrarum " incendiis et bonorum nostrorum depopulationibus " persecutione jam probata. Nos igitur vos scire volu- " mus, vos a nobis universis et singulis tanquam " hostes publicos ab hostibus diffidatos. Qui deinceps " personarum vestrarum et rerum dispendiis, ubi- " cunque nobis ad hoc facultas affuerit, totis viribus " insistemus. De hoc autem quod falso nobis imponi- " tis, quod nec fidele nec bonum consilium ipsi regi " domino nostro damus, nequaquam verum dicitis. Et " si vos, domine Symon de Monte Forti vel Gileberte " de Clara, velitis hoc idem in curia domini regis " asserere, parati sumus vobis securum ad veniendum " ad dictam curiam procurare conductum, et nostræ " super hoc innocentiæ veritatem, et vestrum, sicut " perfidorum proditorum, mendacium declarare per " alium nobilitate et genere vobis parem. Omnes " autem nos contenti sumus prædictorum dominorum " sigillis, videlicet Romanorum regis et domini " Edwardi. Datum ut prius."

De miserabili conflictu inter regem Anglicæ et barones suos facto apud Lewes.

Battle of Lewes, 14 May. Cum igitur eorum concordiæ minime assentiret Deus, commissum est bellum inter eos apud Lewes ii. idus Maii, detestandum et omnibus seculis inauditum. Siquidem barones, apud quos in omnibus et per omnia una fides, una voluntas, apud [1] omnes amor Dei

[1] *apud . . . proximi*] written over erasure in Ch. omitted in the other MSS.

et proximi, qui sic erant affectione fraterna[1] unanimes, quod mori pro patria non timerent, venientes summo mane extra Lewes, tentoria sua et sarcinas locaverunt supra montem, curru etiam comitis Leycestriæ, cum vexillo ejusdem desuper ex industria deposito infra summarum strictissime collocato. Disponuntur ergo acies et agmina belli, orationeque facta a duce eorum Simone de Monte Forti persuasoria, animantur omnes pro patria parati cum summa securitate pugnaturi. Præterea omnes confessione prævia super humeros et pectora crucizarunt se. Rex ergo et cæteri nobiles, comperto eorum subito superventu, per castra expergefacti quantocius in arma colliguntur, et ad congrediendum acies bello disponunt, loricatorum[2] maxima multitudine collocata. Sed multi ficti et factiosi ac omine felici carentes, eo die dum inordinatius ac præpropere progrediuntur, incautius pugnant, fictius perseverant. Quin in ipso congressu[3] loricatorum[2] nobilissimi[4] tam milites quam armigeri, circiter trecenti, animis delituere, terga dantes turpiter fugerunt ad castrum Peveneselli. Et hi erant comes Warenniæ Johannes, Willelmus de Valencia, Guido de Liziniaco, ambo fratres regis, Hugo Bigod, et multi alii. Acies tamen regalis, quæ signo regio, quod draconem vocant, digladiale mortis judicium prætendente, extitit insignita, progreditur, et prælium consertum est. Acies namque regia, laxato quantocius cuneo, equos in hostem audacter admittit, et e converso. Sicque ictuum inmanitate ac horrendo fragore sibi invicem acies offenderunt. Igitur baronum acies hac vice penetrata est et dissoluta, Johanne Giffard milite strenuo, qui gloriam primi ictus præripere affectaverat, capto et ad castrum abducto. Edwardus vero Londoniensium

A.D. 1264. Battle of Lewes.

Willelmus de Valencia, Guydo de Liziniaco, fratres regis Henrici III. fugerunt a baronibus.

Acies baronum apud Lewes penetrata.

---

[1] *fraterna*] superna, T.

[2] *loricatorum*] loricarum, Re.

[3] *congressu*] so T. W.; congrediendi, Ch. Cl. Re.; progrediendi, A. N.

[4] *nobilissimi*] nobilissime, MSS. exc. T. W.

A.D. 1264. *Edwardus Londonienses insequitur et occidit.*

miscetur exercitui, eosque fugientes insequitur, nobilioribus dimissis, itinere, ut ferunt, quatuor circiter miliarium stragem eis ingerendo miserrimam. Horum namque sanguinem pro materno sitiebat obprobrio, qui, ut prædictum est, genitrici suæ convicia tot dudum intulerunt. At pars regii exercitus, spoliis et prædis ac sarcinarum direptionibus supra montem interim inhiantes, quosdam cives Londonienses in curru consulis ex cautela introductos, sperantes intro comitem reperisse, trucidarunt. Sed comes ille et Gilebertus de Clara ac cæteri barones, Deo[1] volente, sagacius agentes, circa deditionem regis Angliæ ac captionem regis Alemanniæ cæterorumque totis viribus congrediuntur. Apparuit ibi virtus baronum fulminea, dum inhiantius dimicantes pro patria, tandem victoria potiuntur clarissima. Nam rex Angliæ, equo electissimo sub se confosso, redditus est eis. Rex autem Romanorum captus est; capti sunt et multi alii; videlicet Johannes de Baylol, Robertus de Brus, Johannes Comin, et cæteri barones Albaniæ;[2] peditibus fere omnibus,[3] quos secum adduxerant de Scotia, jugulatis[4] in numero grandi. Capiuntur et Humfridus[5] comes Herefordiæ, Johannes filius Alani comes de Arundel, Willelmus Bardulf, Robertus de Tatteshale, Rogerus de Somery, Henricus de Perci, et Philippus Basset, prior jure nominandus, qui præ cæteris cum rege eo die existentibus in ictibus dandis et recipiendis gloriam promeruit. Item et multi alii, quasi totius regni potentiores ac in militia præstantiores, partim capti sunt, partim vero fugæ indulserunt, ad instar quod duo fugarent decem milia, cæteris qui remanserant, ad duodecim fere milia vel plus (proh dolor), interemptis. O miserabile spectaculum morientium!

S. de Montfort et G. de Clare pro rege caput agunt.

Barones sunt victores.

Nomina captorum ex parte regis in bello de Lewes.

Nota Philippum Basset.

[1] *Deo volente*] over erasure in Ch.; omitted in the other MSS.

[2] A. has *de* interlined; it is in the text in N.

[3] *omnibus*] omnes, Ch. A. N.

[4] *jugulatis*] jugulans, A. N.

[5] *Humfridus*] humiliter, A. N.

